ACTA ET DOCUMENTA CONCILIO OECUMENICO VATICANO II APPARANDO

SERIES I
(ANTEPRAEPARATORIA)

VOLUMEN II

CONSILIA ET VOTA
EPISCOPORUM AC PRAELATORUM

PARS V: AFRICA

(SUB SECRETO)

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLX

AETHIOPIA

1

EXC.MI P. D. HAILÉ M. CAHSAY

Episcopi tit. Sozuseni in Libya
Exarchae Ap. Neanthopolitani (Addis Abeba)

Addis Abeba, die 10 aprilis 1960

Reverendissime Domine,

Litteras Em.mi D. Card. Dominici Tardini die 18 iunii 1959 datas habui; excusationem imprimis deprecor ob moram in responsione, etenim meus in regionibus septemtrionalibus discessus, pastorale opus perficiendi causa, ratio fuit. In sede perventus mea, alteras Tuas die 21 martii 1960 missas denuo inveni; quare ea enuntiare festino, quae, saltem apud nos, maximi videntur esse momenti pro fratrum dissidentium conversione ad catholicam religionem. Nescio utrum eadem exsistat ratio annon in aliis orientalibus partibus; utcumque, cum unus inter principales fines Oecumenici Concilii sit fratrum separatorum unio, fas mihi sit causas exponere quae nostratibus tamquam vera sunt obstacula ne ad catholicam convertantur religionem.

Exigitur locis et temporibus conformare opus missionarium.

Quapropter explanationis causa exponam breviter ea ad quae, Missionarii ad propagandam fidem, saltem in Aethiopiam, venientes, se accommodare debent.

1. Ignorare non licet ea quae fiunt apud fratres, amore quorum impulsi veram instaurare fidem student. Propterea liturgiae summam scientiam aethiopicae non solum habere, sed etiam ad eam in sacris peragendis se conformare debent.

2. *Ieiunium.* Apud dissidentes ieiunium magna prosequitur aestimatione, maximum tamquam doctrinae caput esset, cuius obsequio sui purgatio aeternaque salus solum dependeret. Quamobrem catholici latini id verbo et opere non observantes contrariumque praedicantes tamquam gentiles et Aethiopiae inimici videntur, inexplicabili odio invisi sunt. Bonum ergo animarum postulat ut regula hac in re strictior praescribeatur.

3. *Missa vespertina.* Aethiopes dissidentes a tempore immemorabili contumelia catholicos efficiebant, quasi vitandos, propter eorum Sacrificium et Communionem, uti dicebant, post comesum confectum sumptamque. Catholici aethiopes e contra demonstrare hactenus factis eorum affirmationis falsum conabantur.

Infeliciter tamen postremo tempore, facultate missam celebrandi vespere tres post comesum horas concessa, missionarii disciplinam istam etiam in Aethiopiam, magno cum catholicorum orientalium stupore atque dissidentium scandalo introduxerunt. Modo tali, uti videtur, pristinum adducendi sub unico ovile fratres conatum frustrati sunt.

Apostolatus ergo fecunditas et religionis bonum, ritus disciplinarumque in tota Aethiopia conformitatem exigit, quod ad primarium futuri Concilii finem adipiscendum, uti in Romani Pontificis intentione, saltem in parte iuvabit.

En animadversiones quas submittere opportunum puto prudenti Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae Concilii iudicio.

Tibi add.mus in Domino
✠ HAILÉ M. CAHSAY
Exarcha Ap. Neanthopolitanus

2

EXC.MI P. D. IOSEPHI McGEOUGH
Internuntii Ap. in Aethiopia

Addis Abeba, die 24 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Quamquam respondens invitationi (Prot. N. 1 C/59-1663) Eminentiae Tuae Rev.mae ut aliquod consilii opportunum pro fortuita consideratione Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae relate ad futurum Concilium Oecumenicum proferam, diffidens sentio, sequentes opiniones submitto.

1. Orientales ecclesiae dissidentes, veram ex maiore parte doctrinam atque validitatem praesumptam Ordinum et Sacramentorum habentes, valde proximiores Ecclesiae Catholicae sunt quam sunt sectae protestantes. Hoc non obstante, hi dissidentes membra de « World Council of Churches » (protestanticus) sunt et in suis convocationibus intersunt — illud quod sine dubio progrediente tempore, in materia fidei periculum debilitationis et impulsum ad « indifferentismum » uti effectum haberet. Sitne possibile et opportunum ut studeatur quomodo Ecclesia, sine communicatione in divinis, permittere etiamque incitare possit aliquos catholicos facultatem habentes, ut ad hos dissidentes appropinquent ad discutiendas res communes et cum his in operibus caritatis christianae et auxilii socialis, plus quam praeterito tempore, cooperent ita ut de illis

periculum supra dictum removeatur atque simul status rerum pro sperabili Ecclesiae Catholicae coniunctione propitior creetur.

2. Rogatur si a Pont. Commissione Antepraeparatoria, sine principiis fundamentalibus Iuris Publici Ecclesiastici compromissione, credatur opportunum vel non ut introducatur in Agenda, quaestio melioris vel amplioris definitionis ambitus doctrinae tollerantiae de rationibus cum Statibus modernis quorum leges « constitutionales » separationem inter Statum et Ecclesiam imponunt.

Has animadversiones iudicio meliori Superiorum submitto et ex corde profiteor

Eminentiae Tuae Reverendissimae
oboedientissimus servus

IOSEPHUS MCGEOUGH
Internuntius Apostolicus in Aethiopia

3

EXC.MI P. D. URBANI PERSON

Episcopi tit. Cymaei, Vicarii Ap. Hararensis (Harar)

Die 10 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Pretiosa epistola tua, data die 18 iunii 1959, ad me hisce diebus modo pervenit, et tibi, Eminentissime Domine, maximas gratias ago.

Sentio me esse incertum quomodo tuis quaestionibus respondeam. Laborantes in missionibus, sumus aliquantulum in confiniis distantibus. Episcopi qui ministerium suum in sedibus urbanis implent, aptiores videntur ut aliquod consilium et aliquae opiniones proferant. Nihilominus, rogatus benigne a te, ea quae sequuntur proferre audeo.

1. Quod ad leges liturgicas attinet, prosit vero episcopis missionariis aliqua privilegia concedere ut iudicio suo nonnumquam persolvere possint aliquas difficultates; exempli gratia, in novis missionum locis unam alteramve legem liturgicam sequi impossibile est praesertim de Missa cantata.

2. Plus auxilii mutui inter clerum saecularem et regularem desideratur. Quod augeri forte possit si aliqui episcopi religiosi nominentur etiam pro illis antiquis dioecesibus Europae.

3. Regulae antiquae Ordinum religiosorum (v. g. regula Sancti Fran-

cisci) nostris temporibus consideratis, recognosci possint aut aliquae regulae partes non debeant obiectum voti religiosi esse.

4. Quod attinet ad sanctam legem coelibatus sacerdotalis, pro nonnullis casibus desperatis, possintne dari aliquae dispensationes?

5. In missionibus Diaconi laici sint qui possint, quando sacerdotes desint, baptizare, Sanctam Communionem administrare atque sanctam orationem habere.

Pro bono exitu et salutaribus pro animabus effectibus Concilii atque pro nostro Sancto Patre, Ioanne XXIII, Pontifice gloriose regnante, semper de corde oramus.

✠ URBANUS PERSON
Episcopus tit. Cymaeus
Vicarius Ap. Hararensis

AFRICA AEQUATORIALIS

1

Exc.mi P. D. IOSEPHI COUCHEROUSSET

Archiepiscopi Banguensis (Bangui)

Die 25 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Deo invocato, virisque optimi consilii auditis et re tandem mature considerata, de proximo Concilio Oecumenico haec tibi tradenda esse putavi:

1. Mihi de illo coetu vehementer congratulor cum de tali eventu pro Ecclesia magnus profectus defluere soleat.

2. Cum a Vaticano Concilio primatus Romani Pontificis pariterque eius infallibile magisterium iam perfecte definita sint, nunc valde prodesset *amplior doctrina de episcopis et sacerdotibus.*

3. Multum etiam iuvaret *de munere laicorum in Ecclesia* sicuti de apostolatu ab eis exercendo accuratior ac certior definitio. Etenim dolendum est sic dictam « Actionem Catholicam » aliter se habere in aliis et aliis regionibus seu nationibus; tum laicis tribui videtur quasi sui iuris auctoritas, tum, e contra, habentur ut meri auxiliarii clericorum.

4. Sicuti bene noveris, in territoriis infidelium, pessima *divisio christianorum* in maximum vertitur detrimentum fidei. Revera, hic nobiscum versantur haeretici praesertim sed etiam schismatici. Certo certius totis viribus conari debemus ut ad hos fratres a nobis misere seiunctos accessum largiorem habeamus et quid de rebus dogmaticis nostra Ecclesia exacte sentiat benigne aperiamus. Saepe nobis patefit haereticos, viros de cetero optimos atque honestos, circa nos miris praeiudiciis laborare.

Ut aliquod exemplum in medium afferam, tuam Eminentissimam Dominationem certiorem faciam de aliquo facto quod nuper apud nos advenit. Paucis mensibus anteactis, ministri reformati, e Statibus Foederatis oriundi, libellum in nostra dioecesi vulgabant quod varios usus catholicorum refellere contenderet, inter quos nominabatur « adoratio Virginis ». Porro cum de hoc apud unum ex eis viva voce conquestus sim, ille, urbane sane et sine negotio mihi plane assentitus est, ultro adiciens: « Fatemur nos de catholicis multa ignorare; istum libellum utique adimemus. Faveas apud nos redire nam mutuo nobis opus est talibus congressionibus ».

Ad hanc tamen quaestionem rite solvendam, diuturnae praerequiri videntur actiones ita ut ubicumque haeretici inveniantur, cum illis qui eorum variis sectis praesunt docti theologi nostri iteratas conciliationes habeant ad murum istum triste inter nos erectum primum quam maxime deprimendum.

Etsi, ut patet, depositum fidei incorruptum servari debeat, in re disciplinari mutanda latissimae e contra facultates Ecclesiae nostrae praebentur. Cum, verbi gratia, Ecclesia Christi non lingua sed caritate adunetur, et haeretici a latinis vocabulis saepius abhorrescant, nonne ex hac parte aliquid eis concedi posset? Ceterum te non latet cursus philosophiae et theologiae, apud ipsas ecclesiasticas universitates, minus minusque latine doceri. Hoc sane intelligitur, nam multo facilius discuntur ea quae lingua vernacula traduntur. Quod ad recitationem divini officii attinet, usus linguae gallicae multum, ni fallor, devotionem meam foveret!

Quoad caelibatum et habitum clericalem accommodationes fieri possent pro illis saltem ministris (si de caelibatu agitur) qui ex haeresi in catholicum sacerdotium restituerentur.

5. Eadem aliquatenus valent et pro schismaticis.

6. Mea sententia, recitatio divini officii diutius protrahitur ut possit cum debita devotione fieri. Nonne idem dici deberet de precibus et exercitiis religiosorum (sive virorum sive mulierum) qui in vitam activam incumbunt? Etsi apostolatum exerceant, habent tamen tot orationes solvendas quot a monachis vel monialibus perficiuntur. Quo factum est ut utroque munere, orationis scilicet et apostolici ministerii, imperfecte perfungantur, detrimentum valetudinis accipiant, et denique taedium animi experiantur, carendo illo gaudio et pace quae tantum decent divino servitio.

7. Confusio quae nunc aliquatenus viget quoad ritus adhibendos in cultu liturgico fungendo, certo dolenda est, quamvis signare possit desiderium sanae cuiusdam renovationis. In qua re aptanda, actio sic dictae « Pastoralis Liturgicae » iam magnum laborem impendit bonosque effectus obtinuit; optandum est autem ut illud opus persequatur ita ut mox iterum, ad maius divini cultus decus, eaedem regulae ubique sancte serventur.

8. Nonne sat mirum videtur plerosque episcopos Europae, Galliae verbi gratia, difficilius et quasi aegre votis suorum sacerdotum annuisse qui eos rogabant facultatem petendi Africae regiones ad « Fidei Donum » illis populis nunc bene dispositis quam primum largiendum? Nonne administratio ecclesiastica dioecesium dicenda est, ab illis praelatis modo arcto nimisque traditionali concipi atque exerceri, dum e

contra ex sana aptatione structurarum aliquando possibile evaderet clerum aequius simulque efficacius distribuere? Episcopi omnes gravius curare deberent, collegialiter quidem, de fide toto orbe propaganda.

Precor Eminentiam Tuam, ut religiosi obsequii mei testimonia accepta habere dignetur.

✠ IOSEPH COUCHEROUSSET
Archiepiscopus Banguensis

2

EXC.MI P. D. ALPHONSI C. B. BAUD
Episcopi Berberatensis (Berbérati)

Berbérati, 10 decembris 1959

Eminentissime Domine,

Pergratum mihi est exponere Commissioni Antepraeparatoriae pro futuro Concilio Oecumenico haec vota:

1. Hodie doctrina atque disciplina Ecclesiae ad scholas pertinentes practice ab aliquibus fidelibus necnon ab aliquibus clericis in dubio ponuntur. Occasione Concilii, videtur necessarium vel saltem opportunum, eas, modo quidem sollemni, in mentem revocare et denuo affirmare.

2. Quemadmodum in mortali concretione nostra cum membrum dolet, cetera omnia condolescunt, ita in Ecclesia singula membra non sibi unice vivant, sed aliis adiutricem operam praestent, cum ad mutuam consolationem tum ad ampliorem usque aedificationem totius Corporis.

Atqui aedificatio Corporis Christi in multis regionibus fieri nequit quia sacerdotes pauciores sunt. Summus Pontifex Pius XII f. m. rogavit episcopos qui multos sacerdotes habent ut aliquos ex eis mittant in regiones valde pauperes in quibus sacerdotes pauciores sunt. Videtur necessarium hanc vocem Summi Pontificis Pii XII, occasione Concilii, revocare.

Quaestio magni momenti est. Hodie enim pagani in multis regionibus Evangelium audire volunt, forsitan cras, deficientibus sacerdotibus, hi pagani ad communistas aut mahumetanos ibunt.

3. Vita communis pro clericis, praesertim in regionibus Missionum, valde suadenda est. In hac vitae forma, sacerdotes pericula facilius superabunt.

Eminentiae Vestrae humillimus famulus

✠ ALFONSUS C. B. BAUD
Episcopus Berberatensis

3

EXC.MI P. D. MICHAËLIS BERNARD
Archiepiscopi Brazzapolitani (Brazzaville)

Le 18 août 1959

Eminence Révérendissime,

En réponse à votre lettre circulaire du 18 juin dernier tardivement reçue, j'ai l'honneur de vous adresser quelques lignes où j'ai noté très brièvement quelques pensées en ce qui concerne le prochain Concile Œcuménique.

Daignez, Eminence Révérendissime, agréer, avec mes excuses pour cette réponse tardive, l'expression de mes sentiments respectueux et filiaux.

✠ MICHEL BERNARD
Archevêque de Brazzaville

DE PRESBYTERIS

I. *De caelibatu*

Aliqui forsan censent abrogandam esse legem caelibatus pro presbyteris Ecclesiae latinae, sequentibus innixi argumentis:

1) presbyter assumere debet integram hominis christiani conditionem, ita ut facilitates difficultatesque talis conditionis expertus, propinquior fidelibus, consilia det aptiora maiorisque pretii,

2) ita facilius tentationes fugiet, scandalumque cavebit.

Ad quae respondendum videtur:

*Ad 1^m^* Christus, cuius sacerdotium participat presbyter, perfectae castitatis vitam duxit, talemque vitam commendavit; qui tamen optime humanam conditionem noverat eiusque aerumnas, angustias, culpasque.

Per legem caelibatus castitatemque perfectam, presbyter totaliter Deo consecratur, et sic magis omnibus apparet ipsius sacer character et aptitudo ad ea quae Dei sunt et munus mediatoris inter Deum et homines.

Lex caelibatus, ardua certe, tantummodo per abnegationem sui observatur: quod presbyterum continue vigilem supponit, et ideo magis ad superna intentum, et magis ad gratiarum actiones pronum reddit.

Quoad cognitionem difficultatum quas experiunt fideles in vita

coniugali, optime talem cognitionem acquirere potest per sacri ministerii vitaeque pastoralis exercitium, et ita evadere perfecte aptum ad eos consiliandos. Christiani coniugati sciunt proprias curas infirmitatesque remedium habere non tam humanum quam divinum: ideo ad presbyterum cor suum aperiunt quia separatum a mundo inveniunt.

*Ad 2^m^* Nec matrimonium presbyterum a tentationibus culpisque tutum faciet. Experientia enim constat tentationes culpasque inveniri etiam apud generosos christianos, eo praesertim tempore ubi, in nostris regionibus, relationes coniugales haberi non possunt.

Quae culpae et maiora et ampliora scandala obtinebunt.

Item qui sunt matrimonio coniuncti multas curas habent et quoad familiam et quoad filiorum educationem, et quoad proprios parentes: notandum quod ingerentia familiae maxima est in nostris regionibus.

Denique cura familiae impedimentum erit, zelum et ardorem minorabit in labore apostolico.

II. *De habitu clericali*

Forsan et de veste talari quaestio erit, praesertim extra liturgicas caeremonias.

Quae certe parum apta videtur ad plura negotia et ad itinera. Et non minoris est pretii...

Presbyter tamen catholicus deferre debet semper et ubique vestem distintivam, ita ut a fidelibus discernatur, quod ipsi magnam praebebit tutelam in periculis et tentationibus.

De Liturgia

Quoad usum linguarum vernacularum in Africa

In praesentibus adiunctis, post decretum recenter promulgatum S. C. R. traductionem Ritualis permittens (ad tempus), usus liguarum vernacularum hoc affert commodum ut fideles meliori modo ad Missae sacrificium participent et maiore fructu sacramenta recipiant.

Estne necessarium ut maiores dentur facultates? Non videtur. Pleraeque linguae vernaculae in regionibus istis, intra nimis parvas fines sunt in usum; variantur et mutantur ita ut hodie adulescentes verba, dicta et proverbia multa amplius non intelligant; denique in nostra Republica 79% puerorum scholam frequentant ubi sola lingua gallica docetur, quae proportio de cetero crescit de die in diem.

Quoad reformationem liturgicam in genere

Principia, quae talem reformationem inspirabunt, videntur esse:
— ut maior sit perspicuitas in ritibus, ita ut facilius intelligantur;
— ut ea quae sunt principalia et maioris momenti non obruantur accessoriis;
— ut maior procuretur simplicitas et symbola obscuriora vitentur;
— denique, si maior datur latitudo in verbis et ritibus, servetur tamen necessaria unitas.

De Actione Catholica

Dantur saepe confusiones damnosae inter Actionem Catholicam, actionem socialem et actionem politicam. Videntur provenire ex defectu formationis eorum qui « militantes » vocantur.

Quorum activitates non amplius verum apostolatum sed fines mere temporales spectare videntur.

Imo, aliquando, aegre de finibus ultimis regnoque aeterno sermo fieri potest.

Cum spiritualia desint fundamenta timendum est ne cura ad «militantium » formationem quoad vitam civilem et socialem adhibita, denique tandem in commodum Ecclesiae inimicorum proficiat.

Actio Catholica finem certe prosequitur ut eos attingat qui nec a clero nec ab ipsa paroecia adiri possunt. Sed accidit ut in diffidentia veniat erga paroeciam: sic aliqui « militantes » extra paroeciam practice vivunt nec unquam cum clero paroeciali conveniunt. Et tamen multum possent ad progressum et « animationem » ut aiunt propriae paroeciae.

✠ Michaël Bernard
Archiepiscopus Brazzapolitanus

4

Exc.mi P. D. PAULI DALMAIS
Episcopi Arcis-Lamy (Fort-Lamy)

Pala (Mayo-Kebbi) Tchad, die 29 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Iter faciendo per regiones meridionales meae dioeceseos, cogitavi et laboravi de responsione quam dare velim Litteris Commissionis Antepraeparatoriae Concilii Oecumenici, quas Eminentia Tua benigne mihi communicavit.

Has non a multo tempore accepi, idcirco tempus cogitandi mihi defuit. Imo, cum nec lexicum latinum nec librum grammaticum mihi praesto sint, timeo ne responsio mea, pessima lingua exarata, offendat aures et oculos Eminentiae tuae. De his et ceteris mihi velis indulgere.

I. *De disciplina et liturgia Baptismi adultorum*

a) Episcopus Arcis-Lamy exoptat ut ritus praeparatorii Baptismi adultorum, i. e. qui antecedunt professionem Fidei et triplicem infusionem aquae baptismalis, per partes et successive peragi possint, per plures menses vel etiam per totum annum quo completur praeparatio catechumenorum. Ita ut scrutinia et exorcismi sint velut gradus naturales huius progressionis ad Baptismum.

b) Ut recitari possint lingua vernacula — ab ipso sacerdote celebrante — formulae et verba exorcismorum, unctionum, et formula ipsa Baptismi, quin haec omnia lingua latina repetere necesse sit. Verba maximi momenti videntur esse maxime intelligenda a populo christiano.

II. *De disciplina et liturgia S. Sacrificii Missae*

a) Ut in Missis lectis, Sacerdos celebrans recitare possit directe lingua vernacula totam partem Missae quae dicitur « propria », i. e. orationes, versus et lectiones biblicas. His omnibus non latine repetitis.

b) Item ut recitari possint lingua vernacula, ab ipso sacerdote celebrante, partes sequentes Missae, quae dicuntur « communes »: *Pater, Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi, Corpus Domini Nostri... custodiat...* etc., ante communionem. Relictis latine recitatis de more.

c) Episcopus Arcis-Lamy desiderat aliquas mutationes fieri in lectionibus sive Evangelii, sive Epistolarum, in Missis diebus Dominicis.

Nonnula loca *Sancti Evangelii* manent minus nota a fidelibus, quia numquam leguntur in Missis dominicis, v. g. Evangelia de Nicodemo, de muliere Samaritana, narrationem Resurrectionis Domini et apparitionum in pago Emmaus et in Galilea post resurrectionem... quae lectiones opportune recitari possent loco evangeliorum difficiliorum vel minus aptorum dierum dominicarum post Pascham.

Insuper, *cornu Epistolae,* raro legitur in Missa dominica Vetus Testamentum. Nonnullae epistolae sancti Pauli, plenae sensu spirituali ac theologico, videntur inaequales intellectui populi. Fortasse melius esset praebere populo aliquot narrationes e Veteri Testamento excerptas, v. g. duplicem narrationem creationis, peccati originalis, momenta praecipua Primi Testamenti, ut vocationem Abrahae, somnium Iacobi, nativitatem

Moysis, arbustum ardentem, transitum maris rubri, res propheticas itineris in deserto, mannam, aquam salientem e rupe, theophaniam in monte Sinai, Decologum, orationem Moysis (*Ex.* XXXII, 7-14), vocationem Samuelis, Unctionem David; quaedam loca ex libris prophetarum desumpta, ut theophaniam Isaiae, Canticum Vineae, visionem Ezechielis: aliis verbis, loca biblica quae successive lecta, ut in Breviario, enarrarent quasi per summitatem Historiam Salutis.

III. *De Sacramento Confirmationis*

Episcopus Arcis-Lamy exoptat ut melius et clarius efformetur a Sancta Ecclesia doctrina theologica de Sacramento *Confirmationis.*

IV. *De liturgia matrimonii*

a) Episcopus Arcis-Lamy exoptat ut pronuntiari possint lingua vernacula, ab ipso sacerdote celebrante, quin eas repetere latine necesse sit, formula: *Ego coniungo vos...* et benedictio annuli.

b) Ut pronuntiari possint lingua vernacula, ab ipso sacerdote celebrante, orationes et formulae benedictionis nuptialis intra et extra Missam.

V. *De liturgia defunctorum*

a) Episcopus Arcis-Lamy exoptat ut pronuntiari possint, ab ipso sacerdote celebrante, quin eas latine repetere necesse sit, formulae orationum, versus absolutionis ad feretrum, delationis ad coemeterium et inhumationis.

b) Ut cantus et melodiae huius liturgiae defunctorum desumi possint e modis indigenis usitatis in regionibus missionum.

VI. *De usu linguae vernaculae in genere*

Ut, in genere, enixius declaretur disciplina sanctae Ecclesiae de usu linguae vernaculae in liturgia sacramentorum. Cum non raro latae facultates concedantur aliquibus ecclesiis, non videtur ratio cur doctrina vel disciplina generalis non efformetur de usu linguae vernaculae.

VII. *De recitatione horarum Breviarii*

Episcopus Arcis-Lamy rogat ut, secundum diversitatem vocationum sacerdotalium in Ecclesia, admittatur duplex ratio recitandi horas canonicas:

1) Breviarium Monachorum, seu virorum contemplationi deditorum quibus omnino Breviarium sub praesenti forma congruere posset, ut recitationi chorali bene accommodatum.

2) Breviarium Sacerdotum qui in vita activa versantur. Quod Breviarium accommodari posset necessitatibus lectionis extra chorum a sacerdote individuo factae: v. g. fiant mutationes in forma horarum matutinarum, ita ut reducantur ad lectionem biblicam, lingua vernacula, ordinatam secundum successionem cyclicam.

Contrahantur in unum orationes *laudum* et *primae,* ita ut orationes selectae, nec non et hymni et psalmi, pondere antiphonarum et rerum omnium quae pertinent ad chorum alleviatae, fiant ut oratio matutina sacerdotum.

Ad maiorem simplicitatem reducantur *horae minores* quibus sufficerent psalmi, versibus et repetitionibus choralibus alleviati.

Contrahantur in unum orationes *vesperarum* et *completorii,* ita ut fiant velut oratio vespertina sacerdotum.

VIII. *De coniunctione inter Hierarchiam et Cleros Regulares ad meliorem collaborationem in operibus.*

Episcopus Arcis-Lamy humiliter petit ut, extra consilium Episcopale, constituatur in quacumque dioecesi quaedam *Curia Apostolica* in qua Ordinarius congregaret et vocaret, singulis mensibus, vel maioribus intervallis, non tantum suos Vicarios Generales et Consiliarios ordinarios, sed etiam omnes Superiores Maiores congregationum vel ordinum regularium, quae laborant in sua dioecesi.

Haec curia vel commissio apostolica, ratione habita privilegiorum religiosorum exemptorum, maxime eniteretur ut omnia opera apostolica sint melius distributa, sive pastoralia, sive quae pertinent ad curam Associationum Actionis Catholicae, ad scholas christianas vel collegia, ad vitam spiritualem iuventutis, ad curam alumnorum scholae publicae...

IX. *Propositum de Diaconibus*

Episcopus Arcis-Lamy exoptat ut, saltem in regionibus missionum, quo copia sacerdotum maxime deest, *Ordinatio Diaconalis* conferri possit viris catechistis, sive in caelibatu degentibus, sive nuptis, dummodo ii diaconi, non orti e seminariis, eligantur cum maxima cura, probatione facta eorum morum et scientiae religiosae et catechisticae.

Per probationem aliquot mensium vel etiam unius anni, parari possent, studio et oratione, ad sacram ordinationem recipiendam.

Qui diaconi essent velut capita congregationis christianae in omnibus pagis quo non degant sacerdotes. Custodiam haberent sacellarum vel ecclesiarum, etiam sanctissimi Sacramenti, et potestatem haberent, secundum normas certas, distribuendi sacram communionem in articulo mortis.

X. *De recitatione officii latini in domibus monialium*

Episcopus Arcis-Lamy existimat lectionem latinam Breviarii vel Parvi Officii B. M. Virginis reprobandam esse in omnibus congregationibus monialium quae vitae activae consecrantur. Quibus Officiis vel Horis latinis supplere possent orationes et lectiones lingua vernacula.

Lectio Officii Choralis, vel cantus, lingua latina, servari posset in maioribus Ordinibus monialium, quae linguae latinae notionem sufficientem habere possunt.

XI. *De modo tractandi cum christianis schismaticis orientalibus*

Episcopus Arcis-Lamy rogat ut quoddam temperamentum fiat disciplinae sanctae Ecclesiae de admissione S. Sacramento Eucharistiae, vel Extremae-Unctioni, vel honoribus sacrorum funerum, quorumdam christianorum schismaticorum bonae fidei, quibus nimis durum est mori sine sacramentis, quando constat recursum ad sacerdotem eorum religionis esse impossibile.

XII. *De quibusdam remediis penuriae sacerdotum*

Episcopus Arcis-Lamy rogat ut magno conatu quaestio de penuria sacerdotum, et melioris eorum distributione in toto mundo, studeatur a quadam Commissione Concilii.

Existimat oportunum esse constituere in omnibus nationibus, sub auctoritate EE. DD. Cardinalium et Archiepiscoporum, commissiones inter-dioecesanes, quibus cura competeret inquirendi de meliori distributione sacerdotum. Quae Commissiones consilia et vota communicare possent Ordinariis, quos suadere conarentur ut bonum peculiare suae dioeceseos postponant bono universali Ecclesiae. Rogare possent, quin eorum consilia sint praescriptiva, ut in casibus peculiaribus fiat coadunatio vel fusio plurium seminariorum vel collegiorum.

Item Episcopus Arcis-Lamy rogat ut Romae conficiatur quotannis quoddam *directorium* de mediis supplendi penuriae sacerdotum in missionibus et partibus mundi quae dicuntur « dechristianisatis ». Hoc *di-*

rectorium recensionem daret, singulis annis, necessitatum omnium regionum quae sacerdotibus maxime carent. Quae necessitates committi possent studio ac zelo seu Episcoporum seu Societatum quorum scopus est coordinatio et distributio sacerdotum voluntariorum.

XIII. *De moderatione et discretione in devotionibus*

Episcopus Arcis-Lamy existimat maxime vitandum esse quidquid in devotionibus nostri occasionem scandali vel minoris intellectionis dare posset fratribus nostris separatis, sive protestantibus, sive orthodoxis.

Idcirco exoptat ut sancta Ecclesia foveat spiritum moderationis et discretionis in practica — laudabili — et praesentatione aliquarum devotionum.

Desiderat magnum conatum Pedagogiae fieri in Clero et Populo ut reddatur cultui sanctorum, reliquiarum sanctarum, peregrinationibus, usui et distributioni *indulgentiarum,* eorum sensus catholicus genuinus et authenticus. His omnibus tractatis semper in ordine ad aedificationem non tantum fidelium, sed etiam, cur non? eorum qui extra fidem nostram versantur.

Haec omnia iudicio Commissionis Antepraeparatoriae Concilii humiliter committo. Sanctis Sacrificiis et orationibus Eminentiae tuae me commendo, cuius sum servus indignus et in Christo coniunctissimus.

✠ Paul Dalmais, S. I.
Episcopus Arcis-Lamy

5

Exc.mi P. D. AEMILII E. VERHILLE
Episcopi Arcis Rousset (Fort Rousset)

Fort Rousset, die 21 aprilis 1960

De Liturgia
Quoad reformationem liturgicam in genere

Principia talis reformationis videntur esse:

— ut maior sit perspicuitas in ritibus, ita ut facilius intelligantur,

— ut ea quae sunt principalia et maioris momenti non obstruantur accessoriis,

— ut maior procuretur simplicitas et symbola vitentur,
— ut reformatio Divini Officii, in ratione simplificationis, fieri possit,
— ut necessaria unitas in verbis et ritibus tamen servetur.

Quoad usum linguarum vernacularum in Africa Gallica et in Africa Aequatoriali

In praesentibus adiunctis post decretum promulgatum a S. R. C. traductionem ritualis permittens (ad tempus) usus linguarum vernacularum hoc affert commodum ut fideles meliore modo ad Missam participent et maiore fructu sacramenta recipiant.

Attamen, necessitas ut maiores dentur facultates non videtur. Pleraeque linguae vernaculae, in regionibus istis intra nimis parvos fines, sunt in usum; variantur et mutantur, ita ut hodie, adulescentes verba, dicta et proverbia multa, amplius non intelligant et usus solius linguae gallicae crescit de die in diem.

De Actione Catholica

Dantur saepe confusiones damnosae inter actionem catholicam, actionem socialem et actionem politicam. Videntur provenire ex defectu formationis eorum qui « militantes seu responsabiles » vocantur.

Quorum activitates non amplius verum apostolatum, sed finem mere temporalem esse videntur.

Immo, aliquando, aegre de finibus ultimis regnoque aeterno sermo fieri potest.

Itaque, optamus ut Actionis Catholicae principia, canonice definiantur.

✠ Aemilius Verhille
Episcopus Arcis Rousset

6

Exc.mi P. D. IOANNIS H. ADAM
Archiepiscopi Liberopolitani (Libreville)

Sainte Marie de Libreville, le 28 août 1959

Eminence Révérendissime,

J'ai l'honneur d'envoyer ci-joint à Votre Eminence, en réponse à Sa lettre du 18 juin 1959 N. 1 C/59-746, les questions que je désirerais voir étudiées au prochain Concile Œcuménique.

En assurant Votre Eminence Révérendissime de mon entier et respectueux dévouement, je La prie de daigner agréer l'hommage de ma filiale soumission en Notre Seigneur et Notre Dame

✠ JEAN JÉRÔME ADAM
Archevêque de Libreville

* * *

1) Theologia Episcopatus et Laicatus.
2) Institutio ordinis Diaconorum.
3) Reformatio legis ieiunii et abstinentiae.
4) Nova notio operum servilium.
5) Maior utilisatio linguarum vernacularum.
6) Simplificatio ritualis (praesertim pontificalis) et breviarii.
7) Sollemnizatio aliquorum sacramentorum, uti matrimonii.
8) Missa post benedictionem finienda.

✠ IOANNES H. ADAM
Archiepiscopus Liberopolitanus

7

EXC.MI P. D. RAIMUNDI DE LAMOUREYRE
Episcopi Muilaënsis (Mouila)

Episcopus dioecesis Muilaënsis (Gabon) enixe rogat Pontificiam Commissionem ut ipsum benigne excusare velit. Cum episcopalem consecrationem die 13 septembris 1959 tantum receperit, responsionem suam ad diem determinatam, scilicet 1 septembris mittere non potuit.

VOTA

1. Ut in theologicis studiis, divina praedicatione, catechetica instructione, et ceteris disciplinis exponendis, omnes semper ante se habeant principalem et essentialem veritatem: Deus caritas est.

2. Ut virtus principalis eorum qui se disponunt ad munus Dei praeconum vel qui iam actu ipsum Deum repraesentant, sit revera ipsa caritas.

3. Ut semper et ubique catholici amicitiam et reverentiam praestent

erga eos qui adhuc extra Ecclesiam degunt, ita ut hi ultimi sympathiam sentiant invitationemque ad vitam Ecclesiae catholicae etiam ab extra participandam. Utque in Seminariis magnae religiones cum spiritu vere fraterno studeantur.

4. Ut directio spiritualis, sacramentalis confessio, ad opera activa ingressus, occasionem praebeant ad exigendam maiorem caritatem erga proximum, effective quidem et non tantum verbis.

5. Ut omnis spiritualis coetus, omnis consociatio actionis catholicae, ad finem proprium alium finem addant, scilicet de necessaria caritate corporali vere exercenda.

6. Ut accuratius normae determinentur circa iustitiam et caritatem quoad usum « superflui ».

7. Ut sive presbyteris, sive diversis religiosis ordinibus, sive variis catholicis consociationibus, normae directivae dentur quod ad « superfluum » attinet.

8. Ut extensio proprietatis ordinum religiosorum in omni eo quod non stricte pertinet ad caritatis exercitium stricte limitetur.

9. Ut religiosi ordines vel proprias traditiones servent, vel ad ipsas redeant circa apostolatum erga pauperes egenosque et omni ope destitutos: quae revera traditiones saepe rationem dederunt ordinis instituendi causamque fuerunt eiusdem extensionis et progressus.

10. Ut spiritus vere fraternus regnet inter familias religiosas, qui omnem speciem divisionis de facto excludat.

11. Ut qui in Seminariis curam habent formationis sacerdotalis, alumnos determinatius interrogent de ipsorum tendentiis, charactere, inclinationibus, passionibus. Bonum esset si praepararetur scientificum quaestionarium sine falso timore ponendum. Ita fieret ut arcerentur et nimia discretio superiorum et timiditas inexperientiaque discipulorum et animi magis aperirentur arcereturque causa magni damni in formatione candidatorum ad ordines.

12. Ut a sacerdotio arceantur qui voluntatem nimis debilem praebent, quibus deest spiritus ad sacrificium pronus, qui duri et egoistae se ostendunt, vel ad lasciviam propensi.

13. Ut simul cum formatione theologica clerici generalem ut aiunt formationem vere recipiant, etiamsi sacerdotalis ordinatio procrastinari debeat.

14. Ut qui iam minores ordines receperunt, valeant per plures annos ad apostolatum practice participare, si velint, ut Cleri auxiliatores: quae probatio, de cetero ad omnes extendatur quorum vocatio non plene firma videatur. Et hoc quidem non consideretur ut aliquid extra regularem normam.

15. Ut fratres coadiutores qui sacerdotii probatum desiderium sentiunt, etiam in propria congregatione religiosa, hanc vocationem possint ad effectum deducere.

16. Ut omni modo detur opera ad hoc ut lapsi sacerdotes, qui revera omnino incapaces se praebent ad vitam pristinam redeundi, possint tamen absolutionem invenire vitamque christianam degere.

17. Ut ipsi laici, iam matrimonio iuncti, qui vitam ferventem duxerunt, in datis conditionibus et circumstantiis ad sacerdotium divinumque ministerium exercendum tendere possint.

18. Ut nemo, etiam inter religiosos, ad episcopatum evehatur, quin prius audiatur, ultima utique decisione ad Sanctam Sedem pertinente.

19. Ut numerus episcoporum ex Africa oriundorum semper augeatur quin tamen designatus episcopus necessario ad regionem in qua natus est mittatur.

20. Ut divina Liturgia sit magis ac magis accessibilis fidelibus, ita ut sacerdos qui inter Deum et homines est mediator, sive sacras functiones exerceat, sive divini verbi praedicationem praebeat maiori comprehensione et utilitate populi hoc faciat.

21. Ut « Temporale » et « Sanctorale » ut aiunt, e Sacris Libris semper maiora desumant: sic plurimam diversitatem obtinebunt ad imaginem v. g. liturgiae temporis quadragesimalis.

22. Ut musicale ingenium populorum magis ac magis in usum veniat ad orationem exprimendam.

23. Ut laici qui in Actione Catholica militant, auctoritatem obtineant ad eorum zelum vitamque christianam proportionatam.

24. Ut qui principia et theoriam apostolatus exprimunt, saltem 52 diebus per annum in ipsa actione practica experiantur: quae quidem regula ad eos extendi deberet qui operam dant ad functiones administrativas, aliter saepe nimis longe sunt a praxi.

25. Ut et antiquae regiones christianae cum maiore spiritu fidei invitationes audiant Summorum Pontificum de sacerdotibus mittendis ad regiones recenter evangelizatas.

Episcopus Muilaënsis Pontificiam Commissionem enixe rogat ut gratas habeat ad Deum proprias, ipsius dioecesis et fidelium preces circa bonum eventum Concilii generalis.

✠ RAIMUNDUS DE LAMOUREYRE
Episcopus Muilaënsis

8

Exc.mi P. D. IOANNIS BAPTISTAE FAURET
Episcopi de Pointe Noire (Pointe Noire)

Die 10 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Epistola (Prot. N. 1 C/59-1038-bis), die 21 martii 1960, a Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico emissa, a me recepta, quod sequitur Eminentiae Tuae Rev.mae notum facere mihi honorificum est.

Litteras ab Em.mo Dom. Card. Dominico Tardini, die 18 iunii 1959 scriptas, accepi novembris mense tantum, scilicet tempore peracto ad responsum mittendum, nam erat scriptum « non ultra diem 1 septembris ». Propter quod, vanam et inutilem responsionem facere mihi visum est.

A Concilii Patribus studendas tractandasque has sequentes quaestiones libenter propono:

1. Ut iterum confirmata sit obligationis caelibatus clericalis lex, praetermissis rationibus saepe nostris temporibus allatis ad huius legis abrogationem.

2. Ut principia generalia de « Actione Catholica » in *Iuris canonici codice* intrinsecе definita ac expressa sint.

3. Ut correpta et emendata sit legislatio de poenis ecclesiasticis quae menti nostri temporis conformata non videtur.

4. Ut eucharisticum ieiunium ampliatum sit pro sacerdotibus labore graviter oneratis, praesertim diebus dominicis.

5. Ut simpliciter emendatae sint Missalis et Breviarii Romani rubricae, ad mentem et modum reformationis a Summo Pontifice Pio XII iam promulgatae.

6. Ut, in liturgicis caeremoniis, linguae vernaculae usus amplificatus sit.

Religiosi animi sensus Eminentiae Tuae Reverendissimae profundo quibuscumque me filium ac humilem servum profiteor.

✠ Ioannes Baptista Fauret
Episcopus de Pointe-Noire

9

REV.MI P. D. LEONIS DE ST. PIERRE-DU-CHAMP CHAMBON
Praefecti Ap. Bossangoaënsis (Bossangoa)

Le 11 mai 1960

Excellence Révérendissime,

Nommé Préfet Apostolique de Bossangoa milieu décembre 1959, je viens d'arriver à mon poste le 20 avril 1960.

Le Supérieur de la Mission m'a remis votre lettre du 21 mars dernier Prot. 1 C/59-2775-bis, me rappelant que je n'avais pas répondu à une lettre précédente au sujet du Concile.

Mon excuse est dans ma récente nomination et mon arrivée ici il y a 3 semaines seulement. C'est pour cela que même aujourd'hui je ne me sens pas autorisé à faire une remarque quelconque parce-que vraiment trop novice encore.

Mais la Mission de Bossangoa faisait partie jusqu'ici du Diocèse de Berbérati. Mgr Baud en vous faisant son rapport vous a transmis les « desiderata » de tous les missionnaires qui se résument, je crois, en une liturgie adaptée à la langue et à la mentalité africaines et à la simplification du Bréviaire pour les Prêtres.

Je m'excuse, Excellence, de la simplicité de ma lettre, et de ne pas vous écrire en latin. Mais je suis en pleine brousse, je n'ai aucun dictionnaire, mes bagages ne sont pas tous arrivés encore. Et nous, les Français, il nous est difficile d'écrire couramment le latin sans dictionnaire.

Encore bien perdu dans un monde si différent de celui d'Europe, je supplie votre charité d'avoir pitié de moi.

Mais certain de faire la Volonté du Seigneur je puis vous assurer de toute ma bonne volonté.

Je me recommande à vos prières et avec respect j'ose me dire, de Votre Excellence Révérendissime, le serviteur bien soumis.

Fr. LÉON DE ST-PIERRE-DU-CHAMP CHAMBON
Préfet Apostolique de Bossangoa

AFRICA MERIDIONALIS OCCIDENTALIS

1

Exc.mi P. D. EDUARDI F. J. SCHOLOTTERBACK

Episcopi tit. Balanensis, Vicarii Ap. Keetmanshoopensis

(Keetmanshoop)

Die 26 augusti 1959

Excellentissime Princeps,

In responsione epistolae Commissionis Antepraeparatoriae Pro Concilio Oecumenico, datae 18 iunii 1959, sequentes animadversiones humiliter suggero quae in futuro Concilio tractari poterunt:

1. De prorogatione temporis paschalis usque ad festum Nativitatis Domini (can. 859), si iudicio Ordinarii necesse sit pro fidelibus qui longe ab ecclesia habitant et pro operariis qui non frequenter ex loco operis discedant.

2. De ordinatione Diaconorum nuptorum in locis ubi copia sacerdotum fidelibus deest, vel etiam propter defectionem vocationum ad presbyteratum inter indigenas.

3. De concessu Ordinariis ut licentiam sponsis dare possint ad matrimonium civile ineundum ante matrimonium coram parocho in casibus peculiaribus et remoto scandalo; e. g. in casu sponsorum qui propter prohibitionem civilem nuptiarum inter genera diversa (vir albi coloris cum muliere apparenter albi coloris et vice versa) non possunt nubere, et factum diversitatis generis parocho notum sed auctoritati publicae ignotum est, ut sponsi privilegiis civilibus gaudeant et parochus innocens transgressionis contra legem civilem maneat.

4. De concessu Ordinariis ut licentiam parocho dare possint cadavera peccatorum publicorum et manifestorum (can. 1240) deponendi in loco non sacro seu in sepulchro non benedicto sine paramentis sacerdotalibus et sine translatione ad ecclesiam et exsequiis super illa in aede celebratis, sed cum precibus ad requiem sempiternam defuncti; in casu in quo privatio sepulturae per parochum non ad effectum adducetur, e. g. quando minister acatholicus sepultura talem defunctum afficiet.

Tibi addictissimus in Domino

✠ E. J. Schlotterback, O. S. F. S.

Episcopus tit. Balanensis

Vicarius Apostolicus Keetmanshoopensis

2

Exc.mi P. D. IOSEPHI GOTTHARDT

Archiepiscopi tit. Mopsuesteni, Vicarii Ap. Vindhoekensis
(Windhoek)

Windhoek, 28 augusti 1959

Excellentissime Domine,

Magno cum gaudio recepi nuntium de institutione Commissionis Antepraeparatoriae pro futuro Concilio Oecumenico et hisce aliquas considerationes suggero quae utiles esse fortasse possunt.

1. Imprimis dictum St. Augustini recitare volo dicentis: In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas.

Unitas necessaria respicit veritates dogmaticas, praesertim doctrinas de Deo Uno et Trino, de Incarnatione, de Fundatione Ecclesiae quae Veritates fortasse a doctis viris lucidius enucleari possunt sed absolute retineri debent.

2. Quoad libertatem in dubiis considerari posset modus cultus quoad linguam liturgicam. Similiter quaedam adaptiones ad traditiones populorum uti iam concessae fuerant pro Sinis et Iaponensibus fortasse considerari possint. Fortasse considerari possit diaconatus laicus pro instructione Christifidelium et pro distributione quorumdam Sacramentorum et Sacramentalium.

3. Quoad « In omnibus caritas »: Reminiscor audivisse quondam in iuventute mea Episcopum dicentem; nos debere attrahere adversarios Ecclesiae eos diligendo. Christus pro omnibus mortuus est, vult omnes salvos fieri, pro omnibus oravit ut unum fierent et unirentur in caritate.

Unitas in spiritu et caritate imprimis exorari debet ab omnibus Christianis. Quare velim suggerere: *a*) Orationem Imperatam ad tollendum schisma; *b*) *Veni Creator* recitandum ab omnibus sacerdotibus usque ad initium Concilii Oecumenici.

✠ Iosephus Gotthardt
Archiepiscopus tit. Mopsuestenus
Vicarius Apostolicus Windhoekensis

AFRICA OCCIDENTALIS

1

CONVENTUS EPISCOPALIS PROVINCIAE ECCLESIASTICAE ABIDJANENSIS

EXC.MI P. D. AEMILII DURRHEIMER, *Episcopi Katiolaënsis* (Katiola)
EXC.MI P. D. IOANNIS M. ETRILLARD, *Episcopi Gagnoaënsis* (Gagnoa)
EXC.MI P. D. ANDREAE DUIRAT, *Episcopi Buakensis* (Bouaké)
EXC.MI P. D. PETRI ROUANET, *Episcopi Daloaënsis* (Daloa)
REV.MI P. D. IOANNIS THEPAUT, *Administratoris Ap. Abidjanensis* (Abidjan).

Abidjan, le 12 août 1959

Les Ordinaires de Côte d'Ivoire, réunis à Abidjan les 11 et 12 août 1959, se permettent d'attirer l'attention de la Commission préparatoire du Concile sur les points suivants:

A) *Le Bréviaire*

Sans préjuger de la réforme du Bréviaire, les Ordinaires de Côte d'Ivoire seraient désireux d'en voir simplifier la lecture, en autorisant par exemple la langue vulgaire pour les Homélies ou Leçons.

B) *La Messe*

1. Reprenant l'un des vœux des Congressistes d'Assise, les Ordinaire de Côte d'Ivoire souhaiteraient vivement que soit autorisé l'usage de la langue vulgaire dans ce qu'on a coutume d'appeler la « Messe des Catéchumènes » (des Prières au bas de l'autel à l'Offertoire exclusivement). Cette première partie de la Messe, « Liturgie Evangélique » ayant pour but de préparer à assister avec plus d'intelligence et de piété à la « Liturgie Eucharistique », il leur parait, compte tenu des difficultés rencontrées en territoire de Mission, que ce moyen permettrait de donner toute sa valeur à cette fonction d'enseignement de l'avant-Messe.

2. Rappelant que les territoires des différentes Stations de Mission sont extrêmement vastes et que bien souvent un même Père a la respon-

sabilité d'une centaine de villages, les Ordinaires souhaiteraient pouvoir autoriser leurs prêtres à célébrer la Messe de Noël, à minuit, dans les stations secondaires importantes, durant tous les jours de l'Octave. Et de même en ce qui concerne la Vigile Pascale, durant la Semaine de Pâques, en raison très particulièrement des Baptêmes d'adultes.

C) *Sacrement de Pénitence*

Les Ordinaires émettent le vœu que dans l'administration du Sacrement de Pénitence, la Bénédiction du début et les Prières finales (Passio Domini Nostri) puissent être récitées en langue vulgaire.

E) *Diaconat*

Les Ordinaires de Côte d'Ivoire encouragent vivement les suggestions qui ont été faites récemment en faveur d'une « restauration » du Diaconat.

Cette remise en valeur de la fonction de Diacre intéresserait au premier chef certains « Catéchistes » dont la générosité et la compétence sont reconnues et qui participeraient ainsi d'une manière plus proche et aussi plus qualifiée au travail de l'Evangélisation, sans oublier l'aide supplémentaire très appréciable qu'ils pourraient rendre, au titre de cette fonction sacrée.

E) *Sacrement de Mariage*

Etant donnés les doutes positifs sur la validité des mariages naturels coutumiers dans leurs territoires, les Ordinaires souhaiteraient jouir du privilège de juger par eux-mêmes, chaque cas étant étudié séparément, de la validité ou non de ces mariages pour les catéchumènes qui en feraient la demande, sans avoir recours au Saint Office.

De même les Ordinaires pourraient-ils, par indult spécial, déclarer nuls les mariages conclus après dispense de disparité, dans le cas où la partie infidèle se refuserait absolument à remplir ses engagements?

OMNES SEQUUNTUR SUBSIGNATIONES

2

Exc.mi P. D. PETRI LECLERC
Archiepiscopi Bamakoënsis (Bamako)

Bamako, le 27 août 1959

Eminence Révérendissime,

A l'occasion de la récente réunion des Ordinaires de la Province du Soudan, j'ai sollicité, comme Vous le demandiez dans votre lettre 1 C/59-187, les avis et suggestions des Chefs de Mission, en vue de la préparation du Concile dont l'annonce nous a réjouis.

Sans vouloir méconnaître les préoccupations du Saint Père et de l'Eglise, c'est la situation des Missions qui nous sont confiées qui a retenu avant tout notre attention.

Dans cette part du champ de l'Eglise que sont les Missions en général, mais au Soudan tout particulièrement nous avons, dans les circonstances actuelles, besoin d'être aidés moralement et matériellement.

On peut prévoir, à bref délai, la sortie du Soudan de la Communauté sans rompre totalement avec la France semble-t-il; l'instauration d'un régime autoritaire où s'exercera une influence marxiste.

Or, au Soudan qui a toujours été sous-évangélisé, les diocèses sont trop vastes. Il faudrait d'urgence diviser et rediviser les circonscriptions ecclésiastiques pour que le travail d'apostolat soit normal. Des régions entières sont en dehors de l'atteinte des Missionnaires. « Fides ex auditu! ». Il serait opportun que ces divisions nouvelles et les anciennes soient des diocèses plutôt que des Préfectures Apostoliques.

Il y a trop peu de prêtres: cent environ pour une population de 3.700.000 âmes, chrétiennes ou non. Les chrétiens (16.000 environ dans le Soudan entier, pays d'animisme mais surtout d'islam) sont dispersés, noyés.

Trop peu de Religieuses aussi. Il est très difficile d'obtenir que d'autres Congrégations, missionnaires ou non viennent nous aider ou partager le territoire. Le clergé séculier local n'est encore qu'à ses débuts: 8 prêtres. (Nous comptons cependant une bonne cinquantaine de séminaristes dont 5 au Grand Séminaire). Une Congrégation religieuse africaine compte une bonne vingtaine de professes. Nous avons encore besoin d'être aidés de l'extérieur. Ces jours prochains, une Congrégation enseignante vient prendre, à Bamako, un collège de jeunes filles. C'est la 23me Congrégation sollicité qui a répondu! Le petit nombre de chrétiens — qui montre nos difficultés —, la présence de

l'islam et l'évolution politique rapide sont cause de ces réticences. Pour obtenir d'être aidés rapidement et plus largement, il faudrait, sans délai une action centralisatrice, un appui moral marqué en faveur des missions moins favorisées.

Pour ces mêmes Missions, il faudrait pouvoir disposer d'une aide matérielle plus large. Il est dur de ne pouvoir fonder des missions nouvelles, de ne pouvoir ouvrir un collège de garçons, de ne pouvoir fonder une maison de Religieuses, faute de ressources. Sur place, nous n'en avons pas et ne pouvons en avoir et les chrétiens, sont peu nombreux et pauvres. Il est dur aux missionnaires de ne pouvoir occuper plus complétement la mission et l'équiper pendant qu'il en est temps encore.

5. Efficere ut persaepe et ordinate fiant congressus theologorum catholicorum et schismaticorum (protestantium), et, sub quibusdam legibus et coram theologis, laïcorum militantium actionis catholicae et protestantis.

Dignare, Eminentissime ac Reverendissime Domine, acceptum habere obsequium summae reverentiae meae in Christo Iesu et in Maria.

✠ IOANNES B. MAURY
Archiepiscopus tit. Laodicensis in Phrygia
Delegatus Apostolicus in Dakar

13

EXC.MI P. D. BERNARDINI GANTIN

Episcopi tit. Tipasitani in Mauretania, Auxiliaris Cotonuensis

Cotonou, die 30 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Imprimis, devotissimum ac gratum me praebere faveas erga Summum Pontificem Dominum ac Patrem Nostrum Ioannem XXIII fel. regn. quem Deum vivificet et conservet.

Pariter, Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico illustrissimo ac reverendissimo Praesidi gratias ex intimo corde et humiliter agere velim quia, illo sic disponente, me etiam inter excellentissimos consultores qui litteras receperunt aggregari honorificum ac fas est.

Nuntium futuri Concilii Oecumenici hac in Archidiocesi, immo tota in Provincia ecclesiastica nostra, maximo cum gaudio receptum est. Singulariter vero nos iuvat character oecumenicus praedicti Concilii. Non mirum nec mirandum quidem est factum, in suo genere novum, secundum quod, prima vice in Historia Matris Ecclesiae, Episcopi Nigrae Africae huic augusto coetui qua Patres astabunt.

Hoc ergo gratum argumentum in nobis urget munus praeces vividissimas et frequentissimas effundendi pro felici exitu futuri Concilii. Ad quod, modesto cum animo, haec sequentia vota breviter adiungere velim, consiliis auditis et rite perpensis aliquorum virorum peritorum utriusque nostri cleri missionarii scilicet et africani.

1. Quoad doctrinam, ominamur ut dogma *Mystici Corporis* et consequenter *Ecclesiae* denuo et clarius et profundius enucleatur. Nobis quidem magni momenti apparet hoc punctum nostrae Religionis tam ad pascendos spiritualiter nostros neophytos quam ad demonstrandum infidelibus characterem « familiarem » seu communitarium Ecclesiae.

De Communione Sanctorum quidquid novi declaratum opportune reciperetur.

2. Pariter de nefanda Communismi doctrina sensim, pro dolor!, per nostras regiones grassante solemnis condemnatio Patrum valde opportuna erit. Hoc, ut omnes catholici unicam eamdemque methodum contra Communismum assequantur.

3. Doctrina Socialis Ecclesiae ad instar brevis codicis edatur.

4. Humiliter et ardenti animo exoptamus ut celebratio S. Missae, saltem in nostris regionibus, omnino a strictis horarii regulis seponatur, manentibus tamen sacris praescriptis circa ieiunium eucharisticum.

5. Visitatio pastoralis missionum et cappellarum dissitarum, ubi sacerdos solus habetur, saepe impedire potest communionem quotidianam Religiosarum quae intra huius fines degunt ac laborant. Quapropter, nonne beneficum esset si permissio Matri Superiorae, occasione data et certis condicionibus praemissis, concederetur ut S. Communionem suis consociis distribuat?

6. Quoad S. Breviarium, sit breve, clarum, documentis omnino certis confectum, hodiernis necessitatibus consonum.

7. Matrimonii Cerimoniae liturgicae iuxta Rituale Romanum valde concisae nobis apparent; ergo nova formula in solemniori ritu proponenda valde nos iuvabit. E contra, Baptismi formula actualis et etiam S. Paenitentiae, saltem in missionum regionibus, aliquando onerosissima videtur. Abbreviatio in hac parte cum gratitudine sincera accipietur.

8. Ut magis magisque crescat devotio marialis quae in magno honore est apud nos, suppliciter exoptamus ut doctrina Mediationis Universalis Mariae explanetur, et si fieri potest, definiatur a Patribus futuri Concilii.

Mihi tandem remanet ut Tibi denuo, ferventer ac devotissime, Eminentissime ac Reverendissime Domine, gratos animos offeram in Christo Domino Nostro Iesu.

✠ BERNARDINUS GANTIN
Episcopus tit. Tipasitanus in Mauretania
Auxiliaris Cotonuensis

14

Exc.mi P. D. IOANNIS BAPTISTAE BOIVIN

Archiepiscopi tit. Viminaciensis

8 août 1959

Eminentissime Seigneur,

L'Administrateur Apostolique du diocèse d'Abidjan qui m'a remplacé après que ma démission de mon siège a été agréées par le Souverain Pontife m'a fait part de votre circulaire concernant le futur Concile.

Je suis au regret de ne pouvoir vous donner les renseignements demandés étant depuis six mois sur un lit d'hôpital.

Je ne puis que prier pour le succès de ce Concile et demander au Bon Dieu qu'Il envoie à tous les participants son Divin Esprit afin que l'Eglise, après ces assises, sorte plus belle encore et que l'unité se fasse autour du successeur de Pierre.

En m'excusant et en sollicitant votre bénédiction,

Je suis de votre Eminence le très humble et très obéissant serviteur.

✠ Jean Baptiste Boivin
Archevêque tit. de Viminacium

15

Rev.mi P. D. STEPHANI COURTOIS

Praefecti Ap. Kayesensis (Kayes)

Kayes, le 29 août 1959

Eminentissime Seigneur,

En réponse à la lettre Prot. N. 1 C/59-1945 du 18 juin que Votre Eminence a bien voulu m'adresser, j'ai l'honneur de Lui communiquer très respectueusement les remarques et les vœux suivants:

I. Personnel missionnaire:

Les religieux ou religieuses ne peuvent ériger une maison religieuse quelconque dans les territoires soumis à la S. C. de Propaganda Fide qu'avec l'assentiment de cette même Congrégation (can. 497), il faudrait qu'il y ait plus:

que les congrégations religieuses qui veulent aller en missions pour

seconder le clergé local ou missionnaire s'adressent à la S. C. de Propaganda Fide, laquelle leur indiquerait dans quelle juridiction elles devraient aller fonder, selon les nécessités de l'apostolat exprimées par les Ordinaires à cette même Congrégation.

Il y aurait ainsi une meilleure répartition du personnel missionnaire. Que constate-t-on en effet? C'est que les religieux ou religieuses qui veulent aller dans les missions se tournent de préférence vers les régions où les conversions sont nombreuses, tandis que les missions où l'apostolat est difficile ne voient personne répondre à leurs appels.

II. SACREMENTS:

1) *Baptême*:

que les cérémonies du baptême des adultes puissent être réparties en deux fois au cours du catéchuménat, ne réservant pour le jour même du baptême que celles à partir de « in baptisterio ».

2) *Confirmation*:

que ce sacrement, l'onction exceptée, puisse être administré en entier en langue vernaculaire.

3) *Saint-Sacrifice de la Messe*:

qu'aux messes paroissiales chantées, le célébrant puisse proclamer en langue vernaculaire l'épître et l'évangile sans avoir à les chanter d'abord en latin. Cette proclamation pourrait être chantée sur une mélodie très simple selon celle du chant de l'épître et de l'évangile.

que le « Pater » puisse être chanté par les fidèles avec le célébrant.

que toute messe se termine à la bénédiction donnée par le célébrant.

4) *Extrême-Onction*:

qu'elle puisse être administrée, même les onctions, en langue vernaculaire.

5) *Ordre*:

que certains laïcs mariés, des catéchistes par exemple, puissent recevoir le diaconat afin de pouvoir administrer le baptême solennel et donner la Sainte Communion en l'absence de tout prêtre dans les chrétientés éloignées du centre des missions et qu'à cette fin le Saint-Sacrement puisse être conservé d'une manière habituelle dans les chapelles de succursales.

que tous les Ordinaires des missions soient revêtus du caractère épiscopal et que les Préfectures Apostoliques soient érigées en diocèses là où la Hiérarchie est établie: dans les circonstances actuelles d'évolution rapide de nos régions, les fidèles admettent de moins en moins que leur chrétienté ne soit pas à égalité avec les autres.

6) *Mariage*:

que soient supprimés les empêchements mineurs pour lesquels la dispense est toujours accordée.

que la Bénédiction Nuptiale solennelle puisse être donnée à la messe uniquement en langue vernaculaire.

que la légitimation des enfants soit facilitée dans certains cas, par exemple:

un enfant né d'une union purement coutumière entre une mère catholique et un père infidèle sera légimité lors du mariage de ses parents avec dispense de disparité de culte;

mais si son père vient à se convertir et que le mariage ait lieu après son baptême, l'enfant n'est pas légitimé, il faut recourir au Saint-Siège: il ne semble pas que dans ce cas, la conversion à la vraie foi soit favorisée.

III. Sépulture ecclésiastique:

qu'elle puisse être accordée aux chrétiens orientaux schismatiques qui n'ont pas de leurs prêtres près d'eux, et qui sont morts dans leur bonne foi.

IV. Délits et peines:

Que l'infamie de droit pour la bigamie (can. 2356) soit supprimée, qu'il n'y ait plus qu'une infamie de fait, afin qu'elle ne soit plus perpétuelle sans recours au Saint-Siège.

En transmettant ces remarques et ces vœux à Votre Eminence je Lui exprime mes sentiments de filiale soumission à toutes les décisions du Saint-Siège.

Daignez agréer Eminentissime Seigneur, l'hommage de profond respect, avec lequel j'ai l'honneur d'être de Votre Eminence le très humble et très obéissant serviteur.

Etienne Courtois
Préfet Apostolique de Kayes

16

REV.MI P. D. CONSTANTII QUILLARD
Praefecti Ap. Niameyensis (Niamey)

Niamey, 1 novembris 1959

Excellence,

Je vous adresse avec un peu de retard les animadversiones demandées par votre lettre du 18 juin pour la Commission antépréparatoire du Concile œcuménique.

J'étais en congé et j'ai dû rassembler les réponses à des questions présentées aux Missionnaires.

Daignez agréer, Excellence, nos plus respectueux sentiments en N. S. et N. D.

CONSTANCE QUILLARD
Préfet Ap. de Niamey

1. Cum incipimus evangelizare populum, Summus Pontifex nos monuit ne agamus, ut lignarius qui omnes arbores scindit sine discrimine et omnia brevi tempore delet.

Intelleximus quantum haec verba essent opportuna: in Missione Fantyo-Dolbel, in praxim duximus hac consilia, inter mores incolarum servavimus omnia quae bona acceptabilia aut purificanda nobis visa sunt. Nunc magno cum gaudio vidimus hanc firmiter aedificatam esse.

2. *Sacrificium Missae in Missionibus*: Activam participationem fidelium prosequi, ostendere neophytis se in christiana religione invenire verum et melius sacrificium quam illud in paganismo derelictum.

In quadam Missione, cum incolae adhuc in paganismo essent et capras, gallinas, tauros immolarent, catechista dixit: relinquite, quaeso, vestra sacrificia et venite ad Missam quae est sacrificium Iesu Christi a sacerdote oblatum et locum tenet omnium sacrificiorum. Responderunt nonne verum est quod dicis? — Absque dubio certum est; etenim magnus dux noster Papa docuit: — Plerique sacrificia paganorum reliquerunt et ad Missam venerunt. Nunc edocti sunt et baptizati.

3. Desideratur ut fideles in *sacrificio Missae* sequantur et intelligant quae a sacerdote peraguntur. Idcirco bonum esset si quis semper in lingua vernacula explicaret quae a sacerdote peraguntur. Si nemo hoc facere posset, ipse sacerdos deberet explicare gestus et preces. Saltem pro regio-

nibus Missionum optatur ut prima pars Missae, Catechumenorum dicta, *in lingua vernacula* legi possit.

4. Caveamus ne haec *falsa opinio* irrepat: bono non efficitur Christianus nisi derelinquat nationem suam, mores, familiam. Saepe accusantur Christiani esse fautores aut servos « imperialismi », quod vitaretur si implantatio religionis secundum praescripta Summi Pontificis fieret; non prius « europeanizare » sed directe implantare Ecclesiam africanam.

5. *Quoad rituale sacramentorum* iam multa concessa sunt in vernacula lingua; hoc multum bonum affert; Desideramus et reverenter petimus nobis liceat uti amplius lingua vernacula, idem pro Benedictionibus.

6. *Quoad matrimonium*: cum sit contractus a Domino Iesu Christo ad dignitatem Sacramenti elevatus, deceret rationem habere de hoc contractu et de usibus apud eos solitis, in quantum honesti sunt nullo modo contra fidem catholicam.

Magna difficultas exsurgit in pluribus casibus utrum matrimonium inter paganos aut cum pagano sit validum, nam de indissolubilitate non rectam habent notionem.

7. *De modo orandi*: Africani delectantur precibus longioribus et memoria pollent in recitationem ad Deum.

Animadvertimus in coetu puerorum secundum hunc modum orandi edoctorum, orationem esse veram elocutionem ad Deum et nos admirati sumus. Unus ex illis seminarium adivit. Deus illum ad montem sacerdotii perducat.

8. *Vita divina in anima*: hoc verbum *vita divina* melius intelligitur et melius exprimit rem quam verbum *gratia.*

Aliquoties advenit quod puer aut adultus, intelligat nos in statu gratiae esse non solum quia sine peccato simus et in amicitia Dei degimus sed quia Deus vere vivit in corde. Haec res mirabilis mente capta producit quod in gallica lingua dicitur « choc ».

Audivimus iuvenem viginti annos natum dixisse: cum puer eram saepius communionem suscepi, non intelligebam; nunc in conventu iuvenum qui dicitur *I.O.C.* plane intellexi et fecit « choc » in anima mea.

Ergo magnum interest ut sacerdos in praedicatione et in catechismo clare explanet quid sit status gratiae.

9. *Commercium cum Mahumetanis*: quaerendum est potius quae sunt communia inter nos quam quae nos separant. Duo sunt quae unioni favent: certamen contra atheistas et contra communistas.

10. De modo inepto *et falso exponendi Sacras Scripturas*: id est modus protestantium; unusquisque ad arbitrium suum explanare potest.

Caveant ergo catholici praesertim catechistae in Sacra Scriptura explananda ne ad mentem suam loquantur sed se subiciant magisterio Ec-

clesiae. Multae sectae ortae sunt, non adhuc apud nos, sed in Stationibus proximis, unde periculum. Notamus hodie magnam diffusionem librorum sacrorum in omnibus territoriis effectam esse. Multam attentionem praebere debemus ne neophytae more protestantium Sacram Scripturam legant aut explanent.

11. *Commercium cum protestantibus*: requirenda ea quae nos conciliant. Functi sumus precibus annualibus pro Unitate... currente hac hebdomada amice ac benigne eos visitavimus domi. Plures pastores protestantes valde commoti sunt, quod in posterum favet unioni. Unus ex illis dixit: filius meus semper me de religione catholica interrogat, puto hunc in mente habere intentionem se convertendi. Si hoc verum est nullum ponam impedimentum. Sic.

12. *Quoad religiosas*: Summus Pontifex voluit illas accommodatas esse hisce temporibus. Varia praescripsit de vestitu et de apostolatu moderno. In hac re valde progressae sunt. Opto ut habitus earum adhuc simplicior fiat saltem pro aliquibus. Velim ut mutent tempus quorumdam exercitiorum spiritualium et numerum diminuant (praesertim pro eis quae in scholis docent) ut magis liberae sint pro apostolatu et ut status valetudinis melior sit.

Quidam sacerdotes experientia praediti hoc votum exprimunt: utinam Sorores maiorem habeant libertatem pro confessione.

13. Quidam sunt christiani sine praxi, quidam nomine tantum, ut polygamae et concubinarii. Quidam sacerdotes eos expellere et eorum infantes baptizare nolunt. Sed multi alii hoc esse severius iudicant, quod mihi verius videtur. Variis mediis ad conversionem adduci possunt mali christiani.

14. Inter *alumnos scholarum nostrarum* valde optandum est ut quidam eligantur magis idonei, ducantur ad gradus academicos; quadam die Statum civile regent aut munera magni momenti obtinebunt, cum magno fructu pro religione ut in Territoriis proximis Dahomey et Haute Volta videtur. Iam nunc et nos quosdam alumnos in tribus nostris Missionnibus ubi sunt scholae, ad gradum superiorem (brevet, bac, licence) ducimus. Mox habebimus iuvenes aptos ad regendam civitatem.

15. *Plurimum interest ut cum gubernio* et aedilibus et omnibus qui dicuntur « les élites » optimas relationes habeamus.

Multis modis ad hunc finem laborare possumus:

— promotionem socialem promovendo,

— coetibus publicis in quibus res publica tractatur, si decet, assistendo,

— omnibus aliis conventionibus quae unioni aut culturae favent participando,

— omnes dissentionum causas vitare conando,

— numquam se politicae miscendo,

— omnes adversarios benigne tractando.

16. *De Diaconis creandis* inter laïcos (diacres à vie) opiniones diversae sunt. Sed si adsint quadam die melius est ut matrimonium contrahant et exemplum familiae christianae praebeant; illi diaconi eligi possunt tam inter catechistas quam inter militantes membra Actionis Catholicae.

17. Aliqui dicunt etiam pro sacerdotibus (hoc provenit ex Europa praesertim post bellum) celibatum odiosum, scandalosum, nefandum, incongruum esse hisce temporibus. Generaliter haec affirmatio falsa est. Si rationes cur celibatus sacerdotalis observatur fideles intelligant et si ipsi missionarii exemplum castitatis dent, admirationem et aedificationem concipiunt.

Quadam die quidam regulus intra catechezim interrogavit cur missionarius secum non adduceret propriam mulierem et infantes sicut protestantis sectae pastor. Missionarius coram populo explanavit rationes celibatus: non matrimonii contemptu, nec egoïsmo ductus sed ut melius Deo vocanti respondeat et melius vobis doceat viam salutis. Et ut melius se fidelem voto suo servet, moderationem in cibo et potu observat, preces die ac nocte Deo offert et loquendo cum mulieribus pactum fecit cum oculis. Regulus attonitus et admiratione plenus rationes admisit et populo suo rursus et melius vernacula lingua explanavit.

18. *Quoad breviarium* optatur ut hisce temporibus melius adaptetur et humiliter omnes unanimo consensu petimus:

— ut sit brevius propter multos labores qui onerant sacerdotes hodiernos,

— ut in duas partes dividatur, una pro matutino tempore et altera pro vespere,

— ut lectiones minuantur et melius intra annum distribuantur praesertim lectiones Scripturae Sacrae,

— ut psalterium melius distribuatur in hebdomada aut in mense.

Spiritus Sancti gratia illuminet sensus et corda nostra. Amen.

✠ CONSTANTIUS QUILLARD
Praefectus Ap. Niameyensis

17

REV.MI P. D. ROBERTI CHOPARD-LALLIER
Praefecti Ap. Parakuensis (Parakou)

Parakou, 16 augusti 1959

Ill.me ac Rev.me Domine,

Honorifice subsignatas has litteras circa concilium accepi 30 mensis iulii et diligentissime perscribo secundum vota magni momenti Ecclesiae Sanctissimi Patris Nostri.

I. *Ad unitatem fovendam*

Membra ecclesiarum quae fidem aliquam christianam profiteantur ut eminenter proxima inter acatholicos fratres, sicut filios christianae traditionis, *non ut excommunicatos* spectanda censeo.

Possibile sit favere quasdam preces communes sive inter baptizatos, sive inter pastores animarum, iuris canonici relaxando articulos: 1258 - 2314 - 2319.

II. *De personis*

Antiquae disciplinae ecclesiae romanae rigor debet ecclesiae africanae convenire: nihil debet mutari de obligationibus *clericorum*: *C.I.C.* can. 132 § 1 et can. 134.

Erga *episcoporum* personam, opportunum est ratione evangelicae simplicitatis, signa aliqua exteriora minuere v. g. annuli deosculationem extra ceremonias; titulum nobilem « Excellentia » praestandum...

III. *De ritibus*

Relative ad laicorum apostolatum, ritus *confirmationis* et *matrimonii* amplificandus est.

Commissio de re liturgica apud afros permanenter instituenda sub vigilantia Sanctae Sedis ut directorium pastorale componenda est.

Dum autem Amplitudini Tuae fausta omnia precor a Domino, Tui permaneo

Addictissimus in Christo

ROBERTUS CHOPARD-LALLIER
Praefectus Apostolicus Parakuensis

ALGERIA

1

Exc.mi P. D. LEONIS S. DUVAL

Archiepiscopi Algeriensis (Alger)

Algeri, die 22 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Nimium honorem Eminentia Tua, votis obsecundans Sanctissimi Patris, mihi tribuit petendo a me animadversiones, consilia et vota circa futuri Concilii celebrationem.

Auxilio Dei implorato, haec mihi visa sunt scribenda:

I. Conditio praesens ecclesiae

Scopus Concilii oecumenici in eo videtur consistere ut remedia afferantur malis saeculi praesentis, tum in Ecclesia tum in societate.

Qua in re duo notanda sunt:

1. In hoc differt praesens conditio Ecclesiae a conditionibus anterioribus quod Ecclesia obsistere debet non peculiaribus haeresibus seu negationibus aliquorum dogmatum sed negationi omnis vitae spiritualis, cuiusvis generis cultus Deo praestiti, scilicet atheismo absoluto qui « adversatur et extollitur super omne quod colitur » (II Thes. II. 4). Cuius atheismi forma principalis est marxismus imperium tenens in praegrandi hominum multitudine et minis insequens reliquam partem generis humani.

2. Sed, sicut saepe dictum est a pastoribus Ecclesiae, praesertim a Summis Pontificibus, maius periculum non venit ab extrinseco, sed est interius:

a) multi catholici laborant ignorantia rerum divinarum, etiam mysteriorum Sanctissimae Trinitatis, Incarnationis ac Redemptionis, ita ut ignorantia religiosa appareat ut vulnus cruentum in latere Ecclesiae;

b) multi filii Ecclesiae erubescunt de Ecclesia vel non amant Ecclesiam ut matrem; ideoque alii despiciunt eius disciplinam etiam in rebus maioris momenti, verbi gratia in educatione parvulorum et iuvenum; alii parvi faciunt eius hierarchiam; alii cadunt in errores graves circa fidem, componentes cum marxismo vel laicismo;

c) dum delecti catholici vitam degunt vere evangelicam et exhorta-

tionibus pastorum plane consonam, multi contenti sunt vitae spiritualis mancae atque inchoatae, tum quoad frequentiam orationis, assistentiae missae dominicali, sacramentorum, tum quoad mores: valde dolendum est in vita multorum catholicorum, etiam eorum qui fideliter intersunt actibus cultus, inveniri partem vere paganam v. g. quoad castitatem et officia coniugum, quoad ethicam socialem et politicam, sive nationalem sive internationalem;

d) non obstantibus exhortationibus Summorum Pontificum et episcoporum, multi catholici non curant de exercendo apostolatu, quod quidem gravissimum est in nostris diebus: saepe dictum est tempora nostra similia esse primis Ecclesiae saeculis; sed perspectis hodiernis circumstantiis, tum velocissimi incrementi generis humani — praesertim in massis non christianis —, tum profectus cuiusvis generis communicationum, tum incrementorum « culturae », Ecclesiae occurrit inaudito saeculis praecedentibus conatu incumbere ut lumen evangelicum diffundatur toto orbe terrarum, omnium conditionum hominibus, et quidem vitae propriae periculo. Notandum est etiam quod, saepius iusto diffunduntur non solum a laicis sed etiam a sacerdotibus saecularibus vel religiosis, ideae falsae et pontificalibus documentis contrariae circa apostolatum laicorum; inde fit ut laici detrahantur a veri nominis apostolatu supernaturali et operam dent in variis societatibus quae non gaudeant Ecclesiae patrocinio;

e) incrementum ordinum, congregationum religiosarum et maxime status sacerdotalis valde impar est inauditis necessitatibus hodiernae Ecclesiae.

II. Res et argumenta quae in futuro Concilio tractari poterunt

Quae cum ita sint, optandum est ut ad *vitam Ecclesiae* vergant futuri Concilii curae et labores. Quod quidem suadetur etiam hisce rationibus:

1) conveniens videtur ut res maioris momenti quae in Concilio Vaticano tractari non potuerunt, in futuro Concilio examinentur;

2) hodie multi non-catholici, quod in nostris regionibus verum est speciatim de musulmanis, in honore habent Ecclesiam propter eius doctrinam socialem, auctoritatem Sedis Apostolicae, caritatem veri nominis catholicorum. Experientia constat quam verum sit quod Concilium Vaticanum definivit, Ecclesiam esse, per se ipsam, « magnum quoddam et perpetuum motivum credibilitatis » et, « veluti signum levatum in nationes », ad se invitans eos qui nondum crediderunt.

Proinde argumenta tractanda videntur esse sequentia:

1) *Natura Ecclesiae*: Ecclesia, constans Summo Pontifice, Episcopis et christifidelibus, est Corpus Christi mysticum.

2) *Necessitas Ecclesiae*: Ad adipiscendam salutem necesse est ut quisquis adhaereat Ecclesiae sive in re, sive in voto, saltem implicito.

3) *Potestas et munus episcoporum,* tum circa propriae dioecesis gubernationem, tum circa universalis Ecclesiae actionem in mundo (Encyclica *Fidei donum*).

4) *Vita spiritualis et apostolatus sacerdotum*: recentia documenta Sedis Apostolicae, praesertim S. Pii X, Pii XI, Pii XII et feliciter regnantis Ioannis XXIII, hoc maximi momenti argumentum perfecte tractarunt, sed valde optandum est ut totus coetus Episcoporum affirmet suam concordiam circa puncta principalia vitae ecclesiasticae, videlicet necessitatem orationis, vitae honestatem interiorem et etiam exteriorem (Concilium Tridentinum, sessio XXII, caput I), sensuum et voluntatis mortificationem, obedientiam et fraternam caritatem.

5) *Sacra virginitas*: eius momentum speciatim quoad vitam et progressum Ecclesiae.

6) *Delectus iuvenum* ad statum ecclesiasticum promovendorum: notio vocationis, officia episcoporum, presbyterorum curam animarum habentium et demum fidelium.

7) *Vita spiritualis fidelium*: tam gravis est influxus laicismi ut maxime opportuna videatur affirmatio necessitatis gratiae Christi et consequenter orationis, frequentiae sacramentorum.

8) *Officia fidelium,* praesertim Actio Catholica: testimonium quod catholici debent reddere Christo ad mentem Epistolae I^ae^ Beati Petri Apostoli, cooperatio hierarchiae ad salvandas animas et societatem, officium sustinendi materialiter opera Eclesiae, praesertim missionaria. Circa apostolatus officium, optandum est ut futurum Concilium applicet vitae uniuscuiusque fidelis, proportione servata, quod dixit Vaticanum de vita Ecclesiae ut signo credibilitatis (Vaticanum, sessio III^a^, cap. 3, *De fide*, Denz. 1794); scilicet omnis christianus debet in se recipere, una cum Ecclesia cuius filius et membrum est, pondus regni Dei; eius vita, consentanea doctrinae Ecclesiae, debet esse « Epiphania » Christi.

9) *Necessitas unionis inter catholicos* per obedientiam filialem erga Summum Pontificem, Episcopum proprium eorumque vicegerentes, per conatum cohaerentiam et per caritatem fraternam. Quae quidem unitas inter catholicos maxime alliciens esse videtur invitatio erga acatholicos ut ipsi ad unitatem Ecclesiae redeant.

10) *Promotio iustitiae in mundo*: iustitiae commutativae, socia-

lis, nationalis, internationalis. Maior pars hominum laborat fame corporali, intellectuali et spirituali. Vox Ecclesiae, praesertim occasione Concilii oecumenici, debet sonare ut vox conscientiae generis humani in favorem praesertim pauperum omniumque iniustitias cuiusvis generis perferentium. Ista vox tam clara tamque vehemens esse debet ut cunctis certum sit Ecclesiam, sicut Christum, a Deo missam esse ad « evangelizandum pauperibus » et « sanandos contritos corde ».

11) *Collaboratio cum acatholicis etiam non-christianis*: cum agitur de fundamentis societatis, de defendenda dignitate personae humanae, de pace universali, valde opportunum esset ut Concilium provocet non solum ad catholicos sed ad omnes homines bonae voluntatis (cf. Encyclica *Divini Redemptoris* Pii XI). Inde Concilium induceretur ad determinandas prudentes normas circa collaborationem inter catholicos et acatholicos, tum quoad materiam huius collaborationis (iustitia promovenda, fides in Deum defendenda, ethica propugnanda, opera caritatis exercenda ...) tum quoad periculum syncretismi vel communicationis in divinis vitandum. Experientia constat multos acatholicos libenter collaborare cum catholicis, etiam in operibus stricte catholicis et in hac collaboratione, ipsis patefieri veritatem sanctae Ecclesiae.

12) Circa *ius canonicum,* optandum est:

a) ut retenta lege abstinentiae feriae VI servandae aliqua moderatio seu mitigatio interveniat circa causas excusantes et circa potestatem dispensandi maiorem Ordinario concedendam;

b) ut tollantur de medio sequentia impedimenta dirimentia matrimonii:

1° cognatio spiritualis (can. 1079 et 768);
2ª consanguinitas in tertio gradu collaterali (can. 1076 § 2);
3° crimen neutro patrante homicidium (can. 1075, § 1).

Ratio est quia haec impedimenta non detrahunt a contrahendo matrimonio et quia facile evenit ut bona fide aliqua matrimonia inveniantur invalida cum, praesertim propter tam frequentes locorum mutationes, haec impedimenta tardius detegantur.

Animadversiones

Praecedentia argumenta non multum difficilia videntur, perspectis omnibus quae in Encyclicis iam clare proposita sunt.

Sed tamen opportunum videtur ut ea in Concilio tractentur, et omnibus populis proponantur clare, sollemniter, vivide et fortiter ita ut omnes videant verum vultum Ecclesiae.

Conclusio

In diversis paginis Sacrae Scripturae (*Gen.* III, *Apoc.* XII; cf. *Ioan.* II et XIX) Mulier apparet quae inseparabiliter est Ecclesia Christi et Beata Maria Virgo. Utraque enim, sicut S. Augustinus saepe docuit, est Mater et Virgo.

Concludi potest futurum Concilium de Ecclesia valde imperfecte acturum esse nisi de Beata Maria Virgine quoque agatur, praesertim in hisce temporibus ubi maximus conflictus adest fideles inter et Satanam. Ceterum sensus fidelium, non dissonans voci Ecclesiae et doctrinae theologorum, videtur victoriam tam desideratam tribuere speciali protectioni et interventui Beatae Mariae Virginis quae vocatur Consolatrix afflictorum, Auxilium christianorum, Regina pacis.

Sanctissimus Pontifex, pro Sua maxima erga Beatam Mariam Virginem pietate, grata dignetur habere haec duo vota humiliter Sanctitati Suae proposita:

1) ut futuro Concilio definiendum proponatur dogma de Beata Maria Virgine Mediatrice caelesti omnium gratiarum;

2) ut omnes Patres Concilii, una cum Summo Pontifice, renovent sollemniter Consecrationem totius humani generis Sacratissimo Cordi Iesu per Immaculatum Cor Beatae Mariae Virginis.

Dignetur Eminentia Tua acceptos habere sensus filialis reverentiae cum quibus, osculando sanctam purpuram, observantissimum servum Eminentiae Tuae me profiteor.

✠ Leo S. Duval
Archiepiscopus Algeriensis

2

Exc.mi P. D. PAULI P. PINIER

Episcopi Constantiniani et Hipponensis Regionum (Constantine)

Constantine, le 24 augusti 1959

Eminentissime Pater,

Non dedignetur Eminentia tua reverendissima hic reperire simpliciter deducta quaedam vota, quaestiones et animadversiones ad futurum Oecumenicum Concilium pertinentia.

Maiora a doctioribus proponentur. Ad meliora tamen conducet Spi-

ritus Sanctus omnes in unum congregatos sub dilecta auctoritate Summi Pontificis nostri Ioannis Papae vigesimi tertii.

Humiliter precor, Eminentissime Pater, ut meum pium et devotum obsequium benigne accipias, in quo me confiteor indignum servum et filium.

✠ Paulus P. Pinier

Episcopus Constantinianus et Hipponensis Regionum

De Episcopis quoad universalem Ecclesiam et missiones ad esteros

Satis opportunum videtur doctrinam elicere qua episcopi particularis ecclesiae regimini praepositi aliquo modo una cum Summo Pontifice omnium ecclesiarum sollicitudinem participant, non tantum quando in Oecumenicum Concilium convenerunt, sed etiam quando potestatem suam ordinariam exercent.

Recenter enim (Litt. Encycl. *Fidei Donum*) Pius Papa duodecimus Episcopos monuit ut universalis ecclesiae labores quisque pro modulo suo ipsi sustineant et iusta adiumenta praestent dissitis etiam ecclesiis, illis praesertim quae apud infideles populos, prementibus vehementer rerum adiunctis, clero opibusve deficientibus, laudabili nisu conantur novae nasci, vel antiquae renasci, vel impares aptiores effici.

Concilio docente, clarius ostenderetur quo iure et officio, rogante aut permittente Romano Pontifice, de communi aut universali causa episcopi tractent, v. g. quando per provincias sive regiones sive nationes conventus tenent, vel quando ad propagandam fidem collectas imperant, vel quando de suis clericis aliarum ecclesiarum penuriam sublevaturos quosdam excerpunt.

Attamen propter huius levaminis parcimoniam, quaestio, urgente causa, urgens oritur: Num suum amicum tantum unusquisque iuvabit, maioribus necessitatibus quamquam obviis alio spretis? An potius, bono communi praestante, commissiones specialiter constitutae et paratae iustas indicationes dabunt impetrantibus, opportuna consilia tractantibus, utiles praeparationes proficiscentibus?

Num Oecumenicum Concilium de missionibus ad exteros disserens plane elaboratam doctrinam et normas agendi in hac parte illustrare voluerit?

De re liturgica

I

Quoad divinum officium persolvendum, optatur a multis clericis pastorali ministerio incumbentibus ut quotidiani breviarii onus, iam feliciter allevatum, allevietur adhuc.

De modo quo fieri potest consulent expertes. Hic tantum paucae inter multas sententias referuntur:

— Psalmorum numerus in hebdomada minuatur;

— Ad Matutinum unum tantum nocturnum quotidie habeatur, tribus lectionibus apparatum, scilicet, prima de Scriptura occurrenti, altera de Sancto (si adsit), tertia de homiliis Patrum; in fine, *Te Deum* omittatur et transferatur post Missam loco Cantici « Benedicite omnia opera Domini... »;

— Laudum secundum schema aboleatur, psalmo Miserere ad Primam certis diebus translato.

II

Quoad Missae celebrationem, praeter vota a doctis elucubrata, quaedam simplicia hic notantur:

— Orationes (Collectae, Secretae, etc.), si plures adsint, sub una tantum conclusione semper recitentur;

— Preces leoninae post missam eliminentur, facultate data Ordinariis illas (aut alias) praescribendi temporibus determinatis, v. g. per modum novemdialium;

— De linguae vernaculae usu principia firmiora et clariora edantur, ut nulli celebranti tentatio veniat ultra se protrahendi;

— In festis solemnioribus, aliquoties in anno, in favorem fidelium valde dissitorum et raro sacerdotis visitatione fruentium et diu eucharistia orbatorum, una missa supra tertiam in uno die ab eodem sacerdote celebrari possit, quando omnibus graviter perpensis iudicio Ordinariorum bonum fidelium horum id exigere videatur.

III

Quoad festa paschalia, quae in ecclesiastico calendario intra mensem mobilia sunt, animadversiones magis ac magis frequenter producuntur.

In nostris africanis provinciis, sicut in multis, vigent simul calendaria diversa mahumetanorum, iudaeorum et aliorum, quae fidelibus suis suas vacationes imperant. Civilis autem auctoritas vacationes suas

suis diebus saepius superimponit, independenter a religiosis festis. Inde pertubationes et confusiones oriuntur in mentibus et vita catholicorum praesertim opificum et scholas frequentantium.

Si Resurrectio Domini dominica fixa celebrata veniret, v. g. circa initium mensis aprilis, istae varietates paulo minuerentur et forte via aperiretur ad quamdam optatam unitatem et ad calendarium... oecumenicum!

De re doctrinali

Inter venena nostris temporibus grassantia et inter etiam catholicos serpentia, sanae doctrinae corruptiones non paucas iam luculenter exposuit relatio de re doctrinali anno 1957 habita in coetu vulgo dicto « Assemblée plénière de l'Episcopat français ». Nonnulli sunt enim qui hodiernis scientiis et artibus imbuti, prodigiosa in terra et in coelo attentantes et superbia intumescentes, veteres errores qui vocabantur naturalismus, rationalismus, materialismus, socialismus etc. sub modernis vocibus pervulgant et populos fallaciis seducunt.

Quaeritur ergo num Oecumenicum Concilium voluerit supernaturalis ordinis principia et fundamenta modis periculo paribus atque huius temporis philosophiis consentaneis iterum explanare, ita ut Vaticani concilii de ratione et fide doctrina magis ac magis illustretur et docentis Ecclesiae auctoritas, etiam in rebus socialibus, apud multos melius agnoscatur.

Quaestio intervenit: quibus auxiliis ordinarium Ecclesiae magisterium hodie sufficere posset ad tam subtiles ubique vigentes errores detegendos et ad sanam doctrinam retorquendam?

Imparia videntur consilia « a vigilantia » nuncupata et in unoquoque dioecesi creata post Litt. Enc. *Pascendi.* Pene caduca autem inveniuntur concilia sive provincialia sive plenaria a iure praescripta, cum iam habentur saepius per nationes et inter nationes episcoporum coetus, e quibus emanant tam valde utilia studia et monita.

Cum tamen de die in diem velocius et latius disseminantur libri et opiniones, circumeunt personae, migrant familiae, necessariae ad sanam doctrinam vindicandam evadunt institutiones seu « commissiones » per nationes speciatim erectae, episcopis et theologis constantes, ita ad omnes investigationes paratae, ut pericula subodorent, damnosas theses quam primum denuntient et de librorum prohibitione aut emendatione, sub auctoritate Sanctae Sedis, curam habeant.

De re administrativa

I

Peculiares relationes quae, rogantibus SS. Congregationibus de Seminariis et Concilii, de Seminariorum et Catechesis statu, ab Ordinariis conficiendae sunt, sufficere videntur si quinto quoque anno, recurrente ad limina Apostolorum visitatione, una cum relatione S. Congregationi Consistoriali competente, suis respective praesidibus praesentantur.

II

De inscriptionibus et notificationibus ad personarum statum religiosum spectantibus formulae multiformes non sine gravi incommodo inveniuntur tot quot provinciae aut mundi regiones.

Nonne unum schema a peritis exstructum ubique valens operam uniuscuiusque scribentis aut legentis securiorem redderet?

De vita clericorum

I

Quoad clericorum vestitum, praesentes iuris normae sufficere videntur, cum iam iustae locorum consuetudines approbantur. Usus vestis talaris in nostris provinciis mahumetanorum moribus nullo modo repugnat. In peculiaribus casibus, Ordinario permittente, opportunae accomodationes facile inveniuntur.

II

De sacerdotibus ministerio apud opifices fide abiunctos speciatim addictis, satis vehementer disputatur num et sub quibus conditionibus opportunum sit ut ad eos efficienter alloquendos sudorem participent.

Hic et illic valde differunt principia et praecepta.

Nonne doctrina clarius elaborata rectitudinem et unitatem mentibus feliciter conferret?

✠ Paulus P. Pinier
Episcopus Constantinianus et Hipponensis Regionum

3

Exc.mi P. D. GEORGII MERCIER
Episcopi Laguatensis (Laghouat)

Le 15 août 1959

Eminentissime Seigneur,

Il m'est d'autant plus agréable de répondre à la demande de Votre Eminence Révérendissime (Prot. N. 1 59/712, 18 junii 1959) que l'occasion m'a été donnée à Rome même, à plusieurs reprises, de l'entretenir de vive voix des questions qui intéressent l'avancement du Royaume du Christ en Afrique du Nord.

Pour les problèmes d'ordre plus général, il me semble d'abord que la tâche du Concile Œcuménique, annoncé par Sa Sainteté Jean XXIII, sera de continuer celle du Concile du Vatican.

Une brusque interruption a empêché ce dernier de mener à bonne fin les travaux qu'il avait entrepris sur la théologie de l'Eglise, de l'Episcopat, sur les réformes nécessaires dans le Clergé (parmi les questions devenues très actuelles: la formation des clercs, les grands séminaires régionaux ou inter-diocésains, la répartition judicieuse du clergé dans les villes et les campagnes, le remaniement territorial de certains diocèses en accord avec les nouvelles réalités géographiques, économiques et sociales, la création d'organismes de liaison, de coordination, de sommet, pour l'étude et l'efficacité pratique des solutions à apporter à des problèmes actuellement posés, en bien des pays, à l'échelon national).

La théologie du laïcat et de l'Action Catholique, reprise à partir des fondements et des orientations si magnifiquement développés par Sa Sainteté Pie XII, semble devoir être la grande œuvre du prochain Concile Œcuménique, pour une participation toujours plus étroite et éclairée du laïcat à l'apostolat hiérarchique.

Les progrès alarmants de l'ignorance et de l'indifférence religieuses, qui sont la plaie vive de la Société moderne, même chrétienne, seront une invitation pressante à rassembler et à concentrer sur ce point d'une urgence extrême, toutes les forces quelque peu dispersées dont dispose la Sainte Eglise dans son clergé, ses congrégations religieuses d'hommes et de femmes, et surtout son laïcat.

De toute première importance aussi se révélèra l'étude plus approfondie des adaptations liturgiques nécessaires en pays de mission ou

déchristianisé, comme aussi de l'institution du diaconat, dans le célibat ou le mariage, selon les régions et les mentalités.

Le problème qui nous touche très à cœur est évidemment celui de la conversion de l'Islam. Tant d'obstacles encore sont dressés dans nos régions contre la libre adoption du message du Christ! Et la Sainte Eglise enregistre toujours la douleur de constater qu'aucune Congrégation religieuse n'a pu jusqu'ici faire de cette conversion son unique but! De l'aveu même de Son Eminence le regretté Cardinal Costantini, il faut en chercher la raison dans la difficulté considérable que représente l'acquisition de la culture et de la langue arabes, devant laquelle buttent la plupart des sujets. L'Islam reste, aux portes mêmes de la Sainte Eglise, et mêlé de plus en plus à ses fidèles, son adversaire le plus irréductible.

Il semble pourtant que peu de pays au monde aient assisté à un commencement d'accord et de vie commune qui ait été poussé aussi loin qu'en Afrique du Nord, en Algérie particulièrement, entre chrétiens et musulmans, et cela sur tous les plans: familial, social, politique. Les réalités de la situation de guerre en Algérie, si dures soient-elles, n'infirment pas totalement cette situation.

Le temps est passé où seuls les Pères Blancs et les Sœurs Blanches représentaient en Afrique du Nord les « spécialistes chargés de Mission » en terre musulmane. Tous les diocèses ont maintenant à leur tête des Archevêques et des Evêques très activement appliqués à donner à leur clergé et à leurs fidèles le sens aigu de leurs responsabilités missionnaires. La Sacré Congrégation de la Propagande compte maintenant parmi ceux qu'elle aide financièrement ces diocèses, au même titre que les Missions. Il ne semble pas que cette innovation soit suffisante.

Pour qu'une coordination de tous les efforts missionnaires devienne une réalité de Tunis à Rabat et d'Alger à Laghouat, en passant par Oran et Constantine, ne serait-il pas opportun, à défaut d'un Nonce Apostolique (ou d'un Délégué comme en Proche-Orient, qu'un des archevêques d'Afrique du Nord obtienne une part au moins de ces pouvoirs et puisse avoir mandat pour exposer à Rome, au nom de tous, les besoins d'un apostolat si difficile et si urgent? C'est la question qu'avait posée Sa Sainteté Jean XXIII, alors Nonce Apostolique à Paris, en 1950, en conclusion d'un voyage à travers l'Afrique du Nord. Il semble qu'une décision pourrait intervenir, qui ne mettrait pas l'accent sur l'aspect officiel de la nomination et ménagerait ainsi des susceptibilités qui peuvent se révéler très vives, tant de la part des milieux politiques que des milieux religieux musulmans.

Enfin pour aider puissamment au succès de nos Missions en terre d'Islam, c'est la vœu de tous les Missionnaires qu'une définition dogmatique, si tous les éléments doctrinaux en sont solidement établis, proclame la Bienheureuse Vierge Marie Médiatrice universelle de toutes les grâces, de celles surtout qui agrègeront un jour au troupeau de son Divin Fils ses brebis les plus rebelles!

La joie des Missionnaires et des fidèles du Diocèse de Laghouat serait à son comble, si, en glorieuse conclusion du Concile Œcuménique, Sa Sainteté Jean XXIII pouvait consacrer solennellement le genre humain tout entier au Cœur Immaculé de Marie.

La très touchante sollicitude pastorale de notre Bien-Aimé Souverain Pontife nous fait communier avec joie et ardeur à son immense et brûlant désir de réunion des Eglises chrétiennes dissidentes. Nous prions de tout cœur pour que ce soit un des résultats les plus consolants pour Lui du futur Concile Œcuménique.

Baisant votre Pourpre Sacrée, daignez agréer, Eminentissime Seigneur, les sentiments de profond respect avec lesquels je suis,

de Votre Eminence Révérendissime
le très humble et très obéissant serviteur
✠ Georges Mercier
Evêque de Laghouat

4

Exc.mi P. D. BERTRANDI LACASTE
Episcopi Oranensis (Oran)

Le 29 août 1959

Eminence,

Je me fais un honneur et un devoir de communiquer à la Commission Pontificale dont vous avez accepté la présidence, les brèves notes suivantes que Sa Sainteté Jean XXIII, dans sa grande bonté, a estimé pouvoir être de quelque utilité pour la préparation des problèmes qui seront examinés au futur Concile.

Doctrine

1. Il semble — et c'est une profonde joie de le constater — que l'immense famille catholique attende, implicitement si l'on en juge par

le caractère de confiance totale de sa piété mariale, que la définition de l'Assomption de la Très Sainte Vierge soit suivie bientôt de la définition de sa Médiation dans l'application des grâces méritées par le Christ, son Fils.

Cette Médiation, première, unique par sa qualité, universelle dans le temps et l'espace, est la conséquence de sa Maternité divine qui fait d'Elle celle qui a le mieux connu, le mieux compris, le mieux accepté, le mieux réalisé la collaboration demandée par le Christ au mystère de sa Mission salvatrice.

2. Proclamer la vérité à tel moment de l'Histoire est la première des charités. N'y aurait-il pas profit pour beaucoup que soient dénoncées, sous forme de décisions conciliaires, les erreurs majeures et mêlées de l'athéisme scientifique, du laïcisme et du communisme, erreurs déjà signalées et combattues depuis le Concile du Vatican par les Encycliques des Souverains Pontifes et les Décrets des Congrégation romaines.

En France, de toute évidence, l'Eglise souffre de ces plaies chaque jour davantage, malgré l'effort conjugué des Pasteurs et des meilleurs fidèles.

C'est au niveau des écoles publiques, fréquentées par les quatre cinquième des enfants de 7 à 14 ans que l'intoxication commence; l'instruction, quoiqu'on en dise, a éliminé l'éducation; la morale naturelle, qui devait se substituer à la morale révélée, a pratiquement disparu des programmes en cours.

Les débuts de ce mal se situent aux environs de 1880. Cinq générations successives ont été contaminées, au point que les dernières ne réagissent presque plus, elles s'étonnent même qu'on les déclare malades. Il arrive que des catholiques pratiquants refusent la lutte et que des prêtres, réguliers ou séculiers, ne sont pas très sûrs que le mal existe. Si cet aveuglement continue, l'Action catholique, organisée et menée avec tant de patience, d'ingéniosité et de dévouement, n'aboutira qu'à des résultats sporadiques et bien fragiles. Ni les collèges libres du second cycle, tenus par des éducateurs et éducatrices de grande valeur, ni les individualités éminentes des Instituts catholiques, tout en limitant les dégâts, ne peuvent empêcher la chute de la masse.

Rien de surprenant si les conséquences désastreuses de ces mentalités faussées se manifestent dans l'attitude quotidienne des chrétiens lorsque l'Eglise les invite à respecter les disciplines établies; qu'il s'agisse de liturgie, de morale conjugale et familiale, de conseils évangéliques, de morale civique ou de justice sociale. On se heurte à l'ignorance des préceptes les plus élémentaires ou à des hésitations étranges qui laissent croire qu'on ne sait plus où est le vrai et le faux, où est le bien et le mal.

Liturgie

Reprenant à leur compte et bien souvent à leur insu des hérésies du XVIe et XVIIe siècles (Protestantisme, Jansénisme, Quiétisme, Gallicanisme) des auteurs catholiques confondent le mot de célébration avec celui de consécration, comme si le laïc avait le pouvoir de changer le pain et le vin au Corps du Christ! Ils supprimeraient volontiers le Tabernacle, comme si la Présence Eucharistique dans les églises n'avait plus aucune d'être, une fois la Messe terminée; ils attachent une importance capitale à des détails; désirent l'emploi exclusif de la langue nationale et conseillent de substituer aux rites officiels une paraliturgie qu'ils jugent plus expressive et plus émouvante. Ce faisant, ils oublient que la véritable cause de ces insuffisances, plus ou moins réelles, n'est autre que le manque de catéchèse, et que les ennemis de l'Eglise se sont appliqués et s'appliquent encore à rendre cette catéchèse extrêmement difficile de fait, sinon de droit.

Morale conjugale, familiale, individuelle

Faut-il parler de « morale nouvelle », de « morale de situation », de « morale des profondeurs »? Quand on ne croit plus, ni à la grâce du Christ qui s'obtient par la prière et les sacrements, ni à son propre libre arbitre, comment croire que l'on peut résister à la tentation?

D'où la manie d'expliquer par de subtiles analyses et de savantes dissertations une conduite désordonnée, et d'essayer ainsi d'amenuiser jusqu'à les faire disparaître les réactions d'une conscience saine. D'après ces novateurs, la vertu serait le privilège des malades, et l'amoralisme, la condition normale des bien portants. Hélas, la sécheresse brutale qui nous surprend chez un grand nombre d'adolescents, les divorces qui se multiplient, l'insatisfaction sentimentale qui accompagne l'avilissement des mœurs, disent combien sont pauvres les raisonnements de ces humanistes, même quand ils sont sincères.

Discipline ecclésiastique

Il est pénible de constater que ce négligé, ce laisser-aller dans la pensée et dans les actes a déteint, quelque peu, sur les séminaristes, les novices et les jeunes prêtres. Ce n'est pas toujours avec la certitude de travailler plus efficacement à la conversion des âmes qu'ils souhaitent, par exemple, le changement du costume ecclésiastique; ne serait-ce pas plutôt le désir confus de communier, eux aussi, à la licence générale des gestes extérieurs, avec les dangers qu'elle comporte.

Quant au célibat, plus discuté qu'hier, s'il n'est pas nécessairement lié au Sacerdoce, il l'est à l'état de perfection, quand on entend par là, pratique ordinaire et continue des trois Conseils évangéliques; Pauvreté, Chasteté, Obéissance. Le Christ lui-même a déclaré que cet état de perfection, ainsi défini, est un don de Dieu, voulu pour l'extension de Son Royaume. En conséquence, l'Eglise qui, seule, a la charge de cette extension, a le droit de réserver le Sacerdoce aux célibataires volontaires, quand elle le juge utile.

Il conviendrait, plus que jamais, de rappeler aux jeunes vocations la nécessité d'un ascétisme qui requiert de longues années d'entraînement. C'est dans ce but que l'Eglise a lentement établi les règlements des Séminaires et des Noviciats.

Morale civique

Combien de chrétiens ne croient plus que l'autorité dans la Cité temporelle émane de Dieu aussi bien que dans la Cité ecclésiale, et que si l'on ne veut pas admettre cette vérité pour l'une on finit par la refuser pour l'autre. C'est le cas présent. La cité temporelle se veut sans Dieu. Or, qui donc dans les rangs du clergé et du laïcat chrétien parait s'en accommoder? Ceux-là mêmes qui refusent de reconnaître dans l'Eglise visible cette autorité, sous prétexte qu'elle ne peut exister que dans l'Eglise invisible! Il en résulte pour eux que les deux Cités sont pratiquement sans Dieu et que les Concordats qu'elle peuvent signer ne se distinguent en rien des autres contrats profanes. A cause de cet athéisme civique de fond, on voit osciller la société du libéralisme politique anarchique à la dictature totalitaire l'Etat avec impossibilité, pour elle, de résoudre les problèmes de justice sociale.

Justice sociale

La dignité de l'homme, telle que Dieu la confère exige qu'il ait un minimum de propriété privée et un minimum de libres initiatives. Dans la mesure où la Société procure ce double bien à tous, elle fait la volonté de Dieu; mais si, par système, elle accorde abondamment aux uns ce qu'elle refuse aux autres, elle ajoute aux inégalités naturelles inévitables, des inégalités qui sont des injustices. Elle prive de leur fonction sociale la propriété privée et les libres initiatives qui perdent alors leur équilibre et leurs légitimes dimensions.

Il ne trompe personne le mot de « démocratie populaire » qui voudrait couvrir des réalités contraires à celles que l'on stigmatise sous le

mot de capitalisme, car ce sont les mêmes abus découlant d'erreurs identiques. Ne serait-il pas souhaitable, là aussi, que les décisions conciliaires enlèvent à ces régimes économiques le masque usurpé de l'honnêteté sociale. On consacrerait ainsi, par l'avis de l'Eglise universelle, ce que le Saint-Siège a enseigné, dans d'immortelles Encycliques où sont signalés les moyens qui pourraient améliorer les relations du capital et du travail, par l'amitié et les délicatesses de la charité chrétienne.

Eglise et Missions

Oserai-je aborder le problème missionnaire en terre d'Islam? Nos missions, cruellement dévastées par le communisme, risquent de faire perdre de vue le péril que constitue l'expansion islamique en Afrique et ailleurs. Tandis que le communisme, fier de ses conquêtes gigantesques, emploie toutes les ressources d'une propagande incomparable, l'Islam, hier humilié, relève aujourd'hui la tête, encouragé d'une part par la diplomatie communiste, malgré les démentis officiels d'une presse gagnée à sa cause, et d'autre part, chose curieuse, par la naïveté de trop nombreux catholiques qui croient ne devoir jamais parler de l'Islam qu'en lui octroyant publiquement, alors que rien ne l'exige, une valeur spirituelle égale à celle du christianisme. C'est tout juste s'ils ne demandent pas à leurs frères chrétiens d'avoir autant de force dans leur foi et de vigueur dans leurs espérances que les Musulmans eux-mêmes!

Il y a bien, direz-vous, pour leur éviter semblables excès, la croyance au Fils de Dieu. Ils vous répliqueront que pour les Musulmans, le Christ, s'il n'est pas Dieu, est le plus grande de leurs prophètes. Il y a aussi Marie, Mère de Dieu, insisterez-vous. Ils vous répondront: « Pour les Musulmans, Marie est comme pour nous la Vierge Immaculée! ». Comme si les trois principaux mystères du catholicisme ne traçaient pas une ligne de démarcation infranchissable entre les dogmes des deux religions comparées!

Un judaïsme rabbinique du VIIe siècle, assorti de quelques séquelles nestoriennes, ne doit tout de même pas faire oublier aux catholiques la richesse unique qu'est, dans l'économie du salut, le Christ et son Eglise. Pourquoi, sous prétexte de ne pas froisser l'amour-propre de ces hommes qui sont nos frères en humanité, fortifier l'erreur par des louanges qui sont, trop souvent, le fait de notre ignorance religieuse ou celui d'ambitions temporelles fort suspectes. Pourquoi ne pas condamner dans l'Islam ce qui est condamnable? Comme nous l'écrivions au début, proclamer la vérité, à tel moment de l'Histoire, est la première des charités.

En terminant, nous dirons que, rien dans l'infime portion du monde,

qui nous a été confiée, n'échappe à la sollicitude du Siège Apostolique. Ce serait singulière ingratitude de l'oublier, lorsque la Divine Providence a placé à la tête de son Eglise tant de Pontifes Suprêmes aussi lucides, aussi vigilants, aussi fermes, et dont Sa Sainteté Jean XXIII est le digne successeur. Dans son Auguste Personne et dans la phalange dévouée de ses collaborateurs, les Evêques qui participeront aux travaux du Concile auront l'occasion exceptionnelle de chanter ensemble leur gratitude envers *Rome,* la Glorieuse, Tête et Cœur de l'*Eglise.*

Daigne Votre Eminence agréer l'hommage profondément respectueux de votre humble serviteur.

✠ BERTRAND LACASTE
Evêque d'Oran

5

REV.MI P. D. FELICIS ERVITI

Praefecti Ap. de Sahara Hispanico et Ifni (Sahara Spagnuolo e Ifni)

Sidi Ifni, 22 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Perlibenter obsequens desideriis a Pontificia Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico expressis die 18 iunii 1959 (Prot. N. I C/59-1981), haec vota et optata circa argumenta quae in futuro Concilio tractari poterunt Eminentiae Tuae humiliter subicio:

A) *Quoad rem doctrinalem*

1. Opportunum videtur ut clarius et expressius determinentur quaestiones relativae ad dogmatum evolutionem et adaptationem, de quibus iam egit Encyclica *Humani Generis.* Exponatur quousque, ex. gr. conceptus philosophiarum orientalium et modernarum assumi poterunt ad dogmatis christiani expositionem.

2. Optarem ut modo accurato et praeciso definiatur doctrina de inspiratione divina Scripturae, de qua quidem videntur nimis libere sentire et nimis confuse loqui. Quaestio de generibus litterariis poterit etiam clariorem expositionem nancisci.

3. Quaestiones quaedam de Ecclesia ut Corpore mystico, de identitate Ecclesiae « iuris » et Ecclesiae « amoris », de Ecclesiae unitate contra sententias oecumenistas et irenistas, tractandae et exponendae videntur.

B) *Quoad rem liturgicam*

4. Ad pleniorem fidelium participationem in ritibus sacris, optandum videtur ut linguae vernaculae adhibeantur sive in parte didactica S. Sacrificii, sive in rituali Sacramentorum.

5. Eliminanda videntur e ritu S. Missae quaedam elementa quae medio aevo sunt introducta, v. gr., psalmus *Iudica me,* lotio manuum post offertorium cum psalmo *Lavabo,* ultimum Evangelium, et preces finales.

C) *Quoad rem disciplinarem et pastoralem*

6. Suppressio institutionis canonicatus, saltem prout nunc exsistit, opportunum videtur, designatis tamen sacerdotibus — vel etiam quibusdam laicis qualificatis — qui consiliarii episcoporum sint, et mandato munere chorali viris regularibus ad hoc bene instructis, ut in Dei domo decor splendeat.

7. Bonum animarum postulare videtur ut parochi non sint inamovibiles ut sunt in praesenti iure.

8. Ad auxilium pastorum et propter animarum salutem bonum esset ut instituerentur Diaconi absque caelibatus obligatione qui, convenienter instructi, administrationem Baptismi et Eucharistiae, necnon expositionem catechisticam et adiutorium in sacris ritibus et functionibus praestarent. Praesertim in locis missionum et aliis ubi copia sacerdotum deest. Tales possent esse etiam Religiosi Coadiutores.

9. Propter bonum animarum expediret ut Parochi omnes possent delegare per modum actus quemlibet sacerdotem a suo Ordinario rite approbatum, ad confessiones excipiendas. Item forte expediret ut Superiores Religiosi possent facultatem eandem habere pro suis ecclesiis.

10. Optandum foret ut normae circa religiosarum confessores simpliciores reddantur, ita, v. gr. ut semper et valida et licita sit confessio apud quemlibet sacerdotem ab Ordinario pro mulieribus approbatum, sive singularum religiosarum sive totius communitatis.

11. Lex ieiunii et abstinentiae videtur, ob vitae praesentis adiuncta, modificanda, ita ut, spiritu christianae paenitentiae servato, praesertim pro tempore Quadragesimali, alia opera ieiunium possent supplere, sive poenalia (abstinentia a theatris et spectaculis, ab alcoholicis), sive pia (assistentia S. Sacrificio, auditio explicationis catechismi, exsecutio exercitiorum spiritualium), sive caritativa (eleemosynae, infirmorum visitatio ...).

12. Optarem ut modo accurato definiatur doctrina moralis de operibus servilibus; et etiam, ut vitentur innumera peccata, possint parochi

vel confessores ad aliam hebdomadae diem transferre obligationem audiendi Missam, quae saepe, et non semper propter necessitatem, omittitur.

13. Abolenda videtur consuetudo taxarum, quatenus religiosa officia diverso splendore et ornatu celebrantur iuxta diversa fidelium stipendia. Diversitas ista nocet caritati et unioni christianae, et fovet in clericis avaritiam, in fidelibus vanitatem.

14. In locis ubi paroeciae nimis magnae sunt, assumantur, si adsint, ecclesiae religiosorum ad illud munus, ut bonum animarum postulat.

15. Actione pastorali curetur ut fidelibus infundatur spiritus « communitarius », spiritus familiae christianae, sensus realis solidarietatis in Christo, qui in tota vita practica ostendi debet.

Dum haec vota et desideria Eminentiae Tuae modeste profero gratum mihi est sensus humilis subiectionis et filialis devotionis erga eamdem exprimere.

Eminentiae Tuae add.mus in Domino

FELIX ERVITI

Praefectus Ap. de Sahara Hispanico et Ifni

ANGOLA

1

Exc.mi P. D. MOYSIS ALVES DE PINHO

Archiepiscopi Luandensis (Luanda)

Episcopi S. Thomae in Insula (São Tomé e Principe)

Luandae, 2 septembris 1959

I. Illud multis optandum est, ut ad simpliciorem brevioremque formam redigantur tres Ritus qui sequuntur:

a) Consecratio Ecclesiarum necnon altarium immobilium;

b) Benedictio solemnis ecclesiarum, oratoriorum publicorum et semipublicorum;

c) Benedictio primarii lapidis pro ecclesia aedificanda.

II. *Tonsura clericalis.* Huic legi nostris temporibus parum obtemperatur apud populos ubi antea in moribus erat.

Defectus observantiae in hoc capite magis in dies diffunditur et difficilis est Ordinariis locorum efficaciter adimpletionem legis urgere.

Ceteroquin, exempla exstant personarum praeeminentium, quae ad imitationem trahunt. Videtur quod, nisi arcte urgeatur lex, melius est eam abrogare.

III. Optatur etiam ut vestes monialium, quae in clausura stricta non degunt, ad simpliciorem formam redigantur.

IV. Ut ex Litteris Encyclicis ultimorum SS. Pontificum epitome vel codex extrahatur doctrinae Ecclesiae circa problemata hodierna de re sociali.

V. Ut in ritu Baptismatis absolute tollatur impositio salivae.

VI. Ut reprobetur copia imaginum piarum super altaria necnon extra eadem super parvula fulcimenta.

✠ Molses Alves de Pinho
Archiepiscopus Luandensis

2

Exc.mi P. D. EMMANUELIS NUNES GABRIEL

Episcopi Malanjensis (Malanje)

Malanje, die 15 decembris 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Cum ab Eminentia Tua Rev.ma litteras accepi ut animadversiones, consilia aut vota suggererem circa res et argumenta in futuro Concilio tractanda, absens eram a Dioecesi Malanjensi, nam post mensem maium in Lusitania eram. Per tres hebdomadas mense augusto Olysipone in nosocomio mansi ut chirurgicae operationi me subicerem.

Propter discessum a dioecesi et valetudinem meam impossibile fuit mihi responsionem mittere usque ad diem primam mensis septembris.

Episcopus nominatus abhinc duos tantum annos, mihi deest diuturna experientia pastoralis ut animadversiones valde utiles suggererem. Itaque mallo imprimis consilia et vota accipere ab eis qui experientia pastorali gaudent quae, sic credo, Eminentia Tua Rev.ma etiam ad episcopos mittet.

Meis humilibus precibus Deum precor ut proximum Concilium ad Sanctam Ecclesiam Catholicam omnia bona afferat.

Interim omnia fausta Eminentiae Tuae Rev.mae a Domino adprecor,

✠ Emmanuel Nunes Gabriel
Episcopus Malanjensis

3

Exc.mi P. D. DANIELIS GOMES JUNQUEIRA

Episcopi Novae Lisbonae (Nova Lisboa)

Eminentia Reverendissima,

In referentia Prot. N. C/59-933, 18 iunii 1959, puto coram Domino proponere quaestiones sequentes tractandas in futuro Concilio Oecumenico:

I. *Caput Doctrinae*

Definitio dogmatica Beatae Mariae Virginis Omnium Gratiarum Mediatricis et eius Festum celebrandum sub ritum Duplicis Classis toto orbe terrarum quotannis die vigesima mensis maii.

II. *Disciplina Cleri*

Reductio obligationis Breviarii, in privata recitatione, ad *Horas minores, Vesperas et Completorium.*

III. *Liturgia*

1. Renovatio Ordinis Diaconatus ut functio ecclesiastica a Presbyterato independens.

2. Magna reductio caeremoniarum in Dedicatione seu Consecratione Ecclesiarum et Consecratione Altarium quae fit sine Dedicatione Ecclesiae et in Consecratione Altarium Portatilium.

IV. *Disciplina populi christiani*

Lex ieiunii et abstinentiae non obligans sub poena peccati gravis.

Hae quaestiones visae sunt mihi profuturae Ecclesiae animarumque bono.

Eminentiae Vestrae Reverendissimae
Add.mus

✠ DANIEL GOMES JUNQUEIRA
Episcopus Novae Lisbonae

4

EXC.MI P. D. ALTINI RIBEIRO DE SANTANA
Episcopi Sadabandeiropolitani (Sá da Bandeira)

Sá da Bandeira, die 29 augusti 1959

Eminentissime Domine,

De iis quae in litteris Eminentiae Tuae Rev.mae, sub N. I C/59-1136 die 18 iunii huius anni datis, proponuntur et requiruntur, haec mihi humiliter exponere liceat:

Quaestio, ex praecipuis, vitam Ecclesiae hodiernam ubicumque respiciens, est procul dubio ea quae cum sic dicto communismo, eius scilicet doctrina et praxi, connectitur.

Etsi a Sancta Sede et Summis Pontificibus, his novissimis temporibus, argumentum hoc multis modis tractatum sit, nova mihi videtur vis et lux advenient si, solemni et maximo conventu, nempe in proximo Concilio Oecumenico, quaestio de communismo afferri posset ut am-

plissime et omnibus sub aspectibus, theoricis scilicet et practicis perscrutari posset.

Item, simul formulari potuisset et declarari tota doctrina socialis Ecclesiae, quae nunc multis sparsa in documentis, vix in summa quadam authentica et auctoritativa inveniri potest.

Praeter propositiones quasdam ex doctrina marxista exhaustas quae damnandae essent, alias exhibere convenit quae periculum prae se ferunt. Demum multa alia quae in re familiari, sociali et politica reflexa habent ita enucleare ut omnibus fidelibus notum sit quid agere et quid vitare debeant in re tanti momenti in qua, infeliciter, aliqua videtur confusio regnare.

Isti Pontificiae Commissioni haec humiliter subicio et qua par est reverentia Eminentiae Tuae Rev.mae me profiteor

Addictissimum in Domino
✠ ALTINUS RIBEIRO DE SANTANA
Episcopus Sadabandeiropolitanus

5

EXC.MI P. D. EMMANUELIS A. PIRES
Episcopi Silvae Portuensis (Silva Porto)

Silva Porto, die 25 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Ex oboedientia tempore statuto respondeo ad ea quae Veneranda Pontificia Commissio Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico significavit in Litteris diei 18 iunii 1959, sub Prot. N. I C/59-1274. Nam, propter climatis conditiones hac in regione, mensibus iunii- septembris uti tenemur ad dioeceseos visitationem peragendam, quae omnino necessaria apparet, et in his asperis et diuturnis itineribus, propter corporis et spiritus fatigationem, deficit tempus utile et fugit dispositio animi ut talia et tanta accurate tractentur.

Attamen haec sint:

I. *Res Theologicae*

1. Reassumenda est, ut mihi videtur, tractatio dogmatica (Sess. IV) Concilii Vaticani, ut ad ulteriora procedatur.

2. Antiqui errores, iam denuntiati vel etiam formaliter damnati a

Magisterio Ecclesiastico, forma nova nostris temporibus apparuerunt; ideo, ut mihi videtur, forma nova et clarius denuntientur et damnentur.

3. Summa horum errorum, et quidquid est claudicatio intellectus et voluntatis humanae, conficienda est ex relationibus Episcoporum per orbem, ex encyclicis, epistolis, allocutionibus et aliis documentis Romanorum Pontificum post Conc. Vaticanum et ex Decretis et declarationibus Sacrarum Congregationum.

4. Commissiones peritorum deputandae ut hanc summam errorum colligant et eos accurate examinent in eorum radicibus, progressu et consequentiis.

5. Relate ad protestantes (in hac dioecesi multae inveniuntur sectae) iterum, ut mihi videtur, declaranda est clarius et extensius doctrina circa Gratiam et iustificationem, naturam et constitutionem Ecclesiae, circa necessitatem et existentiam in Ecclesia Magisterii vivi et infallibilis.

Omnes fere sectae protestantium recentiores tenent doctrinas millenaristarum et plura deliramenta circa parousiam Domini. Haec doctrina iterum declaranda est.

Protestantes vehementer impugnant sanctum sacrificium Missae, existentiam Purgatorii, intercessionem sanctorum praesertim Beatae Mariae Virginis, cultum sacrarum imaginum, etc. Haec doctrina declaranda est.

Etiam declarandus verus sensus illorum locorum Sacrarum Scripturarum a protestantibus adhibitis ad suos errores propagandos.

6. Contra materialistas omnis generis declaranda est doctrina de anima humana, de resurrectione mortuorum, de iudicio et de vita futura.

7. Lues « Existentialismi », tum in re Theologica, morali et philosophica, tum in litteratura et arte, negans Deum et animam, immo et omnem spiritualitatem et metaphysicam, quae magis in dies propagatur, denuntianda est.

8. Omnis naturalismus, praesertim in pedagogia, ignorans Gratiam et media supernaturalia ad educationem hominis, denuntiandus est.

9. *Unitas Ecclesiae*:

Unitas quidem fidei et regiminis, non simplex et vacua unio in caritate Christi, ut fiat « Unum ovile et unus Pastor ».

Protestantes et Orientales de necessitate huius unitatis cum caritate instruantur et exortentur, suaviter et firmiter, ut praeiudicia, tum dogmatica tum historica, deponant, et tandem, omnibus difficultatibus superatis, ad unicam et veram Ecclesiam redeant.

10. Protestantes et Orientales ad Concilium invitandi sunt? Mihi videtur respondendum affirmative. Nam utile erit eos audire et illis occasionem praebere cognoscendi veram Ecclesiae Catholicae doctrinam, quam generatim ignorant.

Immo, ut mihi videtur, Concilium Oecumenicum ad omnes homines bonae voluntatis appellare deberet ut ipsi suos errores agnoscant et ad Ecclesiam Christi confugiant.

11. Tandem tractanda est, ut mihi videtur, doctrina circa materiam et formam essentiales ad Sacramentum Ordinis.

II. *Res Moralis*

Pauca addenda, nam claudicatio et corruptio voluntatis humanae hisce temporibus iam consequentia est, maxima ex parte, idearum falsarum. Progressus materialis multa et gravia problemata ponit conscientiae humanae, fidei et moribus.

En quidam elenchus:

Sic dicta « Segregação racial »;

Limitatio natalitatis; media anti-conceptionalia;

Seminatio artificialis mulieris (sine concursu viri);

Sic dictus « Tráfego das Brancas » vel commercium meretricium;

Sollicitationes plurimae contra castitatem, pudorem, sanctitatem matrimonii, etc.;

Migrationes gentium;

Iura Caesaris et iura personae humanae;

Documentum ab ONU editum circa « Iura Hominis », ignorans finem supernaturalem ipsius hominis, corrigendum;

Abusus Status circa educationem, sic dictum monopolium educationis, denuntiandum;

Societates suspectae atheismi, indifferentismi, naturalismi, ut « Rotary Club », denuntiandae;

Damnatio formalis atheismi moderni et materialismi tum historici tum dialectici, etc.

III. *Res Liturgica*

1. Reformatio Pontificalis Romani ut actualis fiat.
2. Revisio lectionum sanctorum, in Breviario, et expurgatio narrationum quae non sint vere historicae.
3. Usus linguae vernaculae in sacramentorum administratione, formula excepta.
4. Idem in celebratione sancti sacrificii Missae, Canone integro excepto. (Excepta tantum duplici consecratione?).

✠ Emmanuel A. Pires
Episcopus Silvae Portuensis

CAMERUN

1

Exc.mi P. D. THOMAE MONGO

Episcopi Dualaënsis (Douala)

15 decembris 1959

Eminentissime,

Episcopus Afer nuperrime constitutus, haud facile multa, quae ad proximum Oecumenicum Concilium pertineant, proponere possum.

Primum: de Officio Divino: ita brevius effici posse videtur, ut unum tantum Nocturnum, tres vero lectiones, ex vetere vel novo Testamento, ex Patrum Scriptis, vel Sanctae Sedis Litteris, vel denique Sanctorum vita sumptae, accuratius diligentissimeque excerptae, servari possint.

De Divino vero Sacrificio: vota « Liturgici Congressus » qui in Bataviae urbe « Nimègue » habitus est, cum nostris votis menteque omnino consonant.

Praeterea — res et exoptanda et magni momenti esse videtur (in quaestionibus de Matrimonio, praesertim) — Archiepiscopis, vel etiam Episcopis concedantur ampliores facultates. Quibus concessis, et magnae difficultates, et longissimae morae vitari poterunt.

Persaepe omnino tardius ad nos perveniunt mandata, quae postea ad Missionarios deferri debent. Nam si aëronautica via facillime inter continentia patet, ingentia brevissimo tempore percurrens spatia, teneri tamen non possumus, quin recordemur inter diversa nostrarum regionum loca, iter laboriosum tardumque tantum patere per arduas lentissimasque vias.

Eminentissime Pater, Te humiliter precor ut pro nostra Camerunensi Patria, quae paucas post hebdomadas, integram « independentiam » obtentura est, Dominum rogare velis, ut in Regnum suum et in Catholicum Ovile nostras nationes admittere dignetur.

Eminentissime Pater, gratam habe, quaeso, humillimam Nostram in Te reverentiam, sineque Nos Te rogare ut in tuis orationibus memoriam coram Domino facias et Nostri et omnium Nostrae Dioecesis Sacerdotum, Fidelium, Infideliumque.

Tuus Totus in Christo

✠ Thomas Mongo
Episcopus Dualaënsis

2

Exc.mi P. D. IACOBI TEERENSTRA
Episcopi Dumensis (Doumé)

Die 22 augusti 1959

Eminentissime Pater,

Litterae quas mihi misisti in Dioecesim meam Dumensem, ad obtinendum consilium pro futuro Concilio Oecumenico, mihi pervenerunt in hisce diebus in Hollandia, ubi iam sum per tres menses.

Tempus ideo breve est et circumstantiae vitae meae in patria tales sunt ut mihi valde impossibile sit profunde tractare quaestiones quas cognoscere desiderat Summus Pontifex Ioannes XXIII.

Impossibile mihi est uti consilio virorum qui consultores mei sunt dioecesani.

Rogo ergo Te, Eminentissime Pater, ut me excuses in hisce circumstantiis.

Communicare volo tamen quaedam desideria mea (brevissime):

1) Ut extendatur in Sacra Liturgia et in distributione Sacramentorum facultas utendi lingua vernacula, ita ut populus maximam utilitatem habeat.

2) Ut quintum annum theologiae pro religiosis missionariis aboleatur. Experientia (quamvis brevis) usque nunc probat hoc annum difficile esse ad exsequendum eiusque utilitas non magna videtur.

Quaestiones meae, Eminentissime Pater, parvae et non multae sunt, iterum rogo excusationes pro hac vice.

Eminentiae Tuae Rev.mae
addictissimus

✠ Iacobus Teerenstra
Episcopus Dumensis

3

Exc.mi P. D. IVONIS PLUMEY

Episcopi Garuensis (Garoua)

Die 20 augusti 1959

Eminentisime Domine,

Die 18 iunii huius anni, epistolam sub N. 1 C/59-531 Eminentia tua dignata est mittere, in qua observationes ac suggestiones meas pro Pontificia Commissione Antepraeparatoria Concilii Oecumenici liberalissime petiit.

Quapropter, re mature perpensa, et de consulto aliquorum sacerdotum S. Theologiae ac Iuris Canonici peritorum, quasdam *de episcopis* et *de diaconis* adnotationes ausus sum Eminentiae tuae proponere, quas in foliis hic adiunctis inveniet.

Obsequio meo, quod ex corde in Domino gavisus sum humiliter exprimere, faveat Eminentia tua.

Eminentiae tuae Rev.mae
addictissimus

✠ Ivo Plumey, O. M. I.
Episcopus Garuensis

De Episcopis

Ut in can. 329 dicitur, « Episcopi sunt Apostolorum successores », ac proinde Romani Pontificis erga totius Ecclesiae curae participes efficiuntur adeo ut non solum ecclesiae particularis cui praeficiuntur bonum spiritualem specialiter procurare teneantur, sed etiam aliis dioecesibus et territoriis missionum, quae ea indigeant, opem ferre debeant.

Quapropter, in relatione quinquennali, de qua in can. 340 agitur, omnes Episcopi specialem mentionem facient, sive de ope quam dioecesis sibi credita aliis dioecesibus vel territoriis missionum praebuerit, sive de ope quam ab aliis receperit.

De Diaconis

Cum in multis terre partibus bonum fidelium et extensio regni Dei apud infideles parvo numero sacerdotum refrenetur, petitur ut ordinarie sacerdotes adiuvari possint a diaconis, quorum officia sequentia essent:

— praedicatio verbi divini;
— administratio S. Baptismi, etiam solemnis;

— distributio S. Communionis;
— expositio SS. Sacramenti et benedictio Eucharistica;
— Viatici ad infirmos delatio.

Ut vero diaconi possit ita sacerdotes in ministerio adiuvare, petitur ut sacrum Diaconatus ordinem suscipere possint viri laici, sive coelibes, sive matrimonio iuncti, bonis moribus praediti, bona fama gaudentes, qui requisitam sacrae doctrinae institutionem receperint.

Secundum locorum ac ministerii necessitates, iudicio Ordinarii, diaconi possent, sive unice ministerio sacro incumbere, sive coniunctim cum suis civilibus ac familiaribus obligationibus hoc ministerium adimplere.

✠ Ivo Plumey, O. M. I.
Episcopus Garuensis

4

EXC.MI P. D. RENATI GRAFFIN
Archiepiscopi Yaundensis (Yaoundé)

Die 14 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Cum in litteris suis (1484 bis die Martii XXI) dignaretur Eminentia Reverendissima Tua mihi mandare ut ad Antepraeparatorium Concilii Oecumenici Coetum mitterem de quibus rebus hoc Concilium mundo moderationes dare posset, iam diu expertus quo usu Missionibus nostris in Africa opus esset, haec putavi utilia fore:

1. Ut denuo Communismus impius damnaretur: prosperitas enim technicarum artium qua pollet URSS tam penitus Africanos mentes movet ut talia vulgo audiantur: « Haud sane malus ille Communismus, utpote qui Russias regiones, ex rudibus inter Europae nationes, florentissimas effecit: scilicet doctrinae propagatio ab eo militat nos divertere ne per eum mature ad plenam libertatem perveniamus, repulso occidentali adiutorio. Verum, aiunt, a Summis Pontificibus damnatus est, sed ii ipsi occidentales sunt homines! ».

Sollemnis ergo condemnatio ab universi orbis Episcopis lata magni momenti gravitatisque videatur.

2. Ut instanter affirmaretur quo modo valeret Ecclesia moderari nationes ad sui iuris potestatem accedentes: nimis enim prona aestimatio habetur Ecclesiam debere in actione sola spirituali se continere, obliviscendo quod vitae materialis conditiones multum in illas spiritualis vitae impellent.

3. Ut monerent Deum honorandum esse non solum hominibus singulis, sed etiam societati et nationibus ut talibus.

4. Ut instanter disciplinam in sinu Ecclesiae memorarent, nam oculis nostris, democraticae opiniones quae ex liberarum rerum publicarum in regionibus Africae formatione pervulgantur etiam Ecclesiam penetrant, atque clerici etiam iuvenes nonnunquam vix mandata Episcopi accipiunt, ne S. Patris dicam: fas esse, putant, de eis disputare; illam quae olim oporteret oboedientiam, non iam hic valere; sed hodie, ratione iugiter progressa, nemo oboedire tenetur nisi iussa iusta et opportuna esse percipiat: sic vulgo in dies coeptum est putari. Quod spoliat, in facto, oboedientiam omni qualitate supernaturali, sed etiam graviter laedit unitatem qua viget actio sacerdotalis.

Dignetur Eminentia Tua Reverendissima altissimi respectus mei deferentiam in D. N. accipere

✠ Renatus Graffin
Archiepiscopus Yaundensis

5

Exc.mi P. D. PAULI ETOGA

Episcopi tit. Cyparissiensis, Auxiliaris Yaundensis

Yaoundé, 5 maii 1960

Eminentia Reverendissima,

Ut responsum darem litteris quibus Vestra Eminentia mihi mandavit de quaestionibus utiliter proponendis Commissioni Antepraeparatoriae pro futuro Concilio Oecumenico, utile visum est instari:

1) in litteris Encyl. *Fidei Donum;*

2) ut renovetur in fidelium cordibus amor quo Christus dilexit nos, ille scilicet amor qui proprium fuit Primaevae Ecclesiae, ad testimonium proferendum specialiter requisitum in regionibus oeconomice retardatis, ut in Africa, ubi imminet communismus.

Vestra Eminentia Reverendissima officium submissae meae venerationis gratum habere dignetur

✠ Paulus Etoga
Episcopus tit. Cyparissiensis, Aux. Yaundensis

CONGO

1

EXC.MI P. D. GULIELMI VAN KESTER

Episcopi Basankusuensis (Basankusu)

Basankusu, die 21 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Receptis alteris litteris sub n. 1 C/59-1726 d. 21 martii 1960, quibus E. V. placuit iterum me rogare ad consilia et vota pro proximo Concilio Oecumenico patefacienda, primo E. V. humiliter sincereque peto ut bene me excusare velit quod primae illarum litterarum expeditioni responsum non dedi.

Hae enim litterae, datae die 18 iunii 1959, mihi transmissae sunt tempore, nempe a mense maii usque ad nov., quo in patria degebam et magnopere occupatus eram ad nova pro ista Missione auxilia quaerenda. Quam rationem, si me non per integrum excuset, E. V. saltem ut circumstantiam attenuantem pro mea negligentia excusanda accipere dignetur.

Deinde, nisi ut preces quam fervidas pro felici Concilii exitu effundam, me haud capacem existimo ad promovenda negotia quae praeparatoria nuncupantur. In hac enim remotiori Africae parte omnia quae ad religionem spectant, adhuc in inceptis potius sunt et vix alicuius pro universa Ecclesia momenti putari possunt.

Quae tamen habeo vota, pauca tantum et ab aliis Praesulibus certo certius iam proposita, E. V. in scheda annexa invenire velit.

Dignetur Eminentia Vestra sensus devotissimos acceptare quibus me profiteor,

Eminentiae Vestrae addictissimum in Domino

✠ GULIELMUS VAN KESTER
Episcopus Basankusuensis

1. Ut doctrina de universali mediatione B. Mariae V. quoad gratias diligenter examinetur ab obtinendum ut Deo volente quam proxime veritas fidei evadat.

2. Ut in privata recitatione Breviarii Ordinarius loci suis sacerdotibus permittere possit usum textus in lingua vernacula ab Ecclesia approbati.

3. Ut regulae tradantur secundum quas Ordinarius loci in suo

territorio usum linguae vernaculae permittere possit tam in celebratione Missae quam in administratione sacramentorum et sacramentalium.

4. Ut saltem in Missionibus in casu necessitatis confessarius ordinarius religiosarum intra annum ab expleto munere vel extraordinarius deputari vel etiam rursus ordinarius in eadem domo renuntiari valeat (can. 524 § 2).

5. Ut in Missionibus ubi stipendia Missarum ad sustentandum opus missionale adhibentur, sacerdoti bis in die sacrum facienti liceat pro utraque Missa eleemosynam recipere (can. 824 § 2).

✠ GULIELMUS VAN KESTER
Episcopus Basankusuensis

2

EXC.MI P. D. URBANI S. MORLION
Episcopi Balduinopolitani (Baudouinville)

Die 13 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Die 18 iunii 1959 datae sunt mihi litterae Eminentiae Tuae Reverendissimae, Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico Praesidis, ut sententiis, consiliis ac votis utilitati sim pro Concilii argumentis adparandis.

Cum hactenus ob rationes a voluntate mea alienas nullam responsionem Eminentiae Tuae Rev.mae miserim, nunc omni cum alacritate pro pastorali sollicitudine argumenta quae sequuntur expono.

Pro prudentia ac consilio mihi videtur optandum esse:

1) Ut ritus et caeremoniae qui nunc in solemni baptismi administratione observantur et ad baptismum ipsum praeparant, gradatim et per partes tempore catechumenatus catechumenis administrari valeant. Illi ritus (v. g. exorcismi, impositio symboli, traditio orationis dominicae, renuntiatio satanae, impositio salis, effetatio, unctio cum oleo catechumenorum) hoc modo catechumenos pedetemptim ad religionem initiabunt et simul cum religionis instructione ad vitam christianam accurate praeparabunt.

2) Ut magis ac magis in celebratione Sacrae Liturgiae lingua vulgaris adoptari queat, ut exinde christiani significationem sacri ritus intelligant et vitam hac viva instructione conformare valeant.

3) Ut ordinarius, secus ac in canone 806, § 2, facilius facultates impertire queat, ut sacerdotes bis vel ter in die, etiam non diebus festis

ac dominicis, Missam celebrare valeant in locis ubi deest copia sacerdotum vel a missione centrali dissitis.

4) Ut sacerdos, secus ac in canone 824, § 2, pro pluribus Missis eodem die celebratis eleemosynam recipere queat, ea tamen conditione ut eleemosyna pro secunda aut tertia Missa accepta pro operibus missionalibus adhibeatur.

5) Ut Sacra Communio distribui valeat horis postmeridianis non tantum durante celebratione Missae postmeridianae aut immediate ante vel post Missam, sed etiam extra celebrationem Missae.

6) Ut laici ordinem diaconatus recipere queant, adeo ut hi diaconi Sacram Eucharistiam custodire ac distribuere valeant istis in oratoriis in quibus sacerdotes solummodo per intervalla temporis transeant.

7) Ut Litaniae Minores transferri valeant tempore sationis.

8) Ut disciplina ecclesiastica prout in Codice Iuris Canonici exponitur, plerisque in materiis flexibilior eveniat, ita ut facilius huius temporis ac regionum necessitatibus (maxime in missionibus) accomodari valeat.

Nonne exoptandum ut Ordinarii locorum pro suo prudenti iudicio in disciplinam ecclesiasticam non solum dispensare, sed etiam hanc disciplinam consuetudinibus ac moribus populorum positive adaptare valeant, modo isti mores non sint religioni ac bonis moribus contrarii.

Exempla sint:

Impedimenta matrimonialia: affinitas in secundo gradu collaterali; consanguinitas in tertio gradu collaterali.

Haec impedimenta plerumque moribus indigenarum infensa sunt.

Irregularitates ex defectu natalium pro ordinandis quorum parentes infideles sunt et plerumque matrimonio illegitimo iuncti.

9) Tandem ut regulae pro dissolutione matrimonii infidelium in favorem fidei prout inveniuntur in Privilegio Paulino, in Constitutionibus Pauli III (Altitudo), Pii V (Romani Pontificis), ac Gregorii XIII (Populis) minus implicatae ac faciliores reddantur pro usu pastorum animarum.

Interim, impenso animi obsequio Eminentiam Tuam prosequor meque profiteor

Eminentiae Tuae Rev.mae
humillimum servum

✠ URBANUS S. MORLION
Episcopus Balduinopolitanus

3

EXC.MI P. D. ANDREAE CREEMERS
Episcopi Bondoënsis (Bondo)

Bondo, le 21 avril 1960

Eminence Révérendissime,

J'ai l'honneur de faire parvenir à Votre Eminence quelques suggestions, demandées en vue du Concile Œcuménique.

M'excusant du retard, je prie Votre Eminence Révérendissime de daigner agréer l'hommage de profond respect, avec lequel j'ai l'honeur d'être de Votre Eminence, le très humble et très dévoué serviteur.

✠ A. CREEMERS
Evêque de Bondo

1. Accommodatio vitae liturgicae circumstantiis in Africa.

a) Sancta Missa dialogata.

b) Aliqua opera, die dominica ut servilia prohibita, eradere.

c) Obligatio, sub gravi, precandi die dominica, pro christianis in impossibilitate audiendi Sanctam Missam.

2. Accommodatio Breviarii.

a) Africanorum mentibus nominationes repugnantes et divisiones (nempe pars verna, aestiva, autumnalis et hiemalis) eripere.

b) Duas partes tantum retinere.

c) Numerum Psalmorum minuere.

d) Ad Matutinum, duas lectiones tantum habere, scilicet:

1) de Scriptura occurrenti;

2) de festo.

3. Rituale scrutari; ab eo omnia, ex Europaeis consuetudinibus oriunda abscindere et aliam compositionem quaerere, usibus africanis inspirantibus.

4. De impedimentis Matrimonii legum Ecclesiasticarum simplificationem exquirere vel eas propriis legibus populorum neo-christianorum aptare, praesertim quod pertinet ad can. 1076, §§ 1 et 2.

✠ ANDREAS CREEMERS
Episcopus Bondoënsis

4

Exc.mi P. D. GEORGII D. RAEYMAEKERS
Episcopi Butaënsis (Buta)

Buta, die 27 aprilis 1960

Reverendissime Domine,

In primis humiliter veniam peto pro responsi omissione litteris ab Eminentissimo Domino Praeside Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico huic Dioecesi die 18 iunii 1959 missis.

Huius oblivionis ratio haec est:

Exeunte anno 1958, Excellentissimus Dominus Ordinarius in gravem morbum cecidit, iubenteque medico, ad otium absolutum adductus fuit usquedum mense aprilis 1959 iter ad patriam suscipere potuit. Mense februarii huius anni, Dioecesim denuo consecutus est; munus tamen suum, valetudinis causa, nondum resumpsit.

De relationibus ac argumentis quod attinet, quae Commissioni pro adstante Concilio suggerere vellet Excellentissimus Ordinarius, *vota,* ab Episcopis vicinis id est de *Stanleyville, Niangara* et *Bondo* proposita, valida pro hac Dioecesi aestimari possunt.

Interim enixas profundit preces Excellentissimus Ordinarius pro pleno successu huius tanti momenti Concilii, stimulatque clerum populumque christianum, praescriptis iam oratione imperata « De Spiritu Sancto » precibusque peculiaribus.

Interea, humiliter referens gratias, qua par est reverentia, me profiteor

Addictissimum filium in Christo

R. Hébette
Secretarius

5

Exc.mi P. D. IOANNIS VAN CAUWELAERT
Episcopi Inongoënsis (Inongo)

Inongo, le 9 avril 1960

Excellence Révérendissime,

Ci-joint j'ai l'honneur de faire parvenir à Votre Excellence le rapport qu'elle me demande au nom du Saint-Père pour la Commission préparatoire du Concile Œcuménique. Je m'excuse du grand retard avec lequel je fais parvenir ce rapport.

De tout cœur je prie Votre Excellence de bien vouloir agréer l'expression de mes sentiments très respectueux en N.-S.

✠ Jean van Cauwelaert
Evêque de Inongo

I. *Revisio codicis*:

1. In codice revisendo ratio habeatur iuris missionis, in commissione praeparatoria eligantur et doctores, qui bene versati sint in iure et in rebus missionis.

2. Addatur titulus de institutis saecularibus (in libro 2°, parte 2ª) et de institutione auxiliatricium apostolatus, vulgo dicta « Auxiliaires de l'Apostolat ».

3. Addatur in libro 2°, parte 3ª caput de actione catholica in quo bene definiatur participatio hierarchico apostolatui et necessitas missionis canonicae.

4. Ieiunii lex definiatur, quae ab omnibus observari queat, ita ut omnes saltem aliquid faciant v. gr. refectio unica completa, de cetero tantum sumant ut opus ordinarium detrimentum non patiatur aut normaliter agere queant. Sic omnes agant aliquid mortificationis, mortificatio non est in quantitate omissi sed in spiritu subeundi incommodum. Contenti esse debent de necessario etiam adsit incommodum. Adest omnis latitudo pro eis qui perfectiora anhelent.

II. *In re liturgica*:

1. Attente considerentur conclusiones congressus studiorum internationalis de Liturgia in Missionibus qui habitus est mense septembri 1959 in pago Uden in Neerlandia.

2. Ritus omnes ad trutinam vocentur:

— Quid significare debent?

— An hoc optime significent?

Eliminentur quae habent momentum potius historicum, v. gr. plures exorcismi in Baptismo, si simul fiunt, uno tractu. Retineri possunt pro casu quo fiant per plures dies.

Sensus dubius corrigatur.

Sensus introductus per errorem auferatur vel corrigatur v. gr. « in odorem suavitatis in impositione salivae » (Ephpheta).

Ritus sint instructio i. e. incitamentum ad fidem quae requiritur ad bene recipiendum sacramentum. Nunc saepe sunt quid inintelligibile, quod nauseam dat ex eo quod non intelligantur etiam post multas explicationes cum vel ipsi docti dubitent de significatione. Praesertim in regionibus missionis omnis ritus in lingua inintelligibili pro populo magice interpretatur sicut formula occulta alicuius ritus magici.

3. *Praesertim attendatur S. Missa*:

Significatio omnium rituum et verborum sit perspicua pro populo, secus ipsa participatio activa et intelligibilis tam necessaria ad vitam christianam valde difficilis fit vel saepe valde imperfecta.

Ipsa structura Missae quae est convivium sacrificale bene appareat, sollemnis oratio eucharistica (praefatio et canon) habeat suum locum prae-eminentem etiam pro populo et iis aperiat genuinam significationem Eucharistiae sicuti a Domino instituitur. Ita omnia verba illius orationis dicantur vel cantentur a celebrante ita ut ab omnibus intelligi queant, ideo et dicantur in lingua vernacula.

Ipsa processio ad recipiendam communionem exprimat festivam participationem totius populi ad convivium eucharisticum.

Ipsa hostia melius habeat figuram panis ordinarii.

Communio sub utraque specie valde optabilis est ut melius appareat quod per communionem participamus convivio. Praxis ecclesiae orientalis ostendit possibilitatem practicam illius ritus.

Assistentia ad sacrificium eucharisticum reservatur ipsis christianis qui non excommunicati sunt, ita ut publice peccatores et pagani non possint assistere celebrationi eucharistiae, sed tantum ad primam partem Missae admittantur. Ita melius magna dignitas christiana appareat, et ipsa participatio eucharistiae magis aestimabitur a fidelibus.

Prima pars Missae melius distinguatur ab ipsa celebratione Eucharistiae. Ita melius fiat ad scamna, sicuti in Missa pontificali, et non ad ipsum altare. Ita etiam minister non annuntiet verbum Domini dorsum versus populum. Etiam omnes lectiones et orationes fiant lingua vernacula, quia in Missa sunt ad instructionem populi, et a sacerdote non iterentur.

Cf. *Conclusiones Congressus Uden*: « Lectiones Missae immediate ab

ipsis ministris (vel a sacerdote celebrante) versus populum et in lingua populi adstantis proferre liceat ».

Numerus pericoparum dominicalium e S. Scriptura desumptarum augeatur quatenus cyclo e. g. quatuor annorum, thesaurum S. Scripturae fidelibus magis aperiatur.

Lectiones et cantus Missae a Sacris ministris vel a choro vel a populo exsequenda a sacerdote non amplius iterentur.

Eliminentur orationes quidem pulchrae, sed quae non augent devotionem, quia attentionem avertent a principali.

Orationes ita clarae sint ut non indigeant commentatore, idem dic de actibus.

In tota celebratione Missa appareat omnibus convivium sanctum ex ipsa sua actione.

III. *Sanctificatio dierum festorum*:

Etiam ubi Missa celebrari nequit, ut sanctificetur dies festus, Christiani conveniant sub ductu praesidis, qui ad hoc percipiat missionem canonicam ut membrum actionis catholicae (vel instauretur diaconatus pro illa functione).

In hac coadunatione fiant lectiones et orationes adaptatae: uti epistola, evangelium, glorià, credo, explanatio evangelii. Ad hoc praeparari posset missale, in quo tamen latitudo aliqua relinquatur Ordinario loci, pro praescribendis eligendis orationibus, contione etc.

IV. *Festum paschale* habeat diem fixum.

V. *Breviarium* ita adaptetur ut quae non habent momentum nisi in choro, a sacerdote privatim omitti queant.

Etiam in compositione maior locus detur lectioni S. Scripturae, ita ut totum Novum Testamentum et magna pars Veteris Testamenti ab omnibus sacerdotibus durante cyclo duorum vel quatuor annorum legantur, cum necessariis commentariis praesertim ex scriptis Ss. Patrum.

Lectiones historicae adaptentur ad scientiam historicam.

VI. An privilegium pianum de quo in documento VII ad calcem codicis et in c. 1125, extendi posset ad matrimonium contractum inter partem non baptizatam et aliam baptizatam extra Ecclesiam Catholicam. Partes acatholicae talia matrimonia quae omnino eodem iure contrahuntur ac inter infideles aeque facile rumpunt. Ideo ratio quae militat pro polygamis, qui respuerunt infidelem aeque valet pro talibus matrimoniis.

Nec periculum quod matrimonium minus aestimetur.

Actualis disciplina multos avertit a conversione vel interim pergunt in concubinatu.

VII. *Catechismus* praeparetur sicuti post-tridentinus, qui non sit

compendium theologiae scholasticae, sed vere kerygmaticus, adaptus progressui scientiae paedagogicae et spiritui catecheticae instructionis. Quam maxime fieri potest adhibeatur evangelium seu prima compendia catecheticae instructionis et alii libri S. Scripturae. Verba ipsius Domini vel S. Scripturae multam afferunt auctoritatem doctrinae traditae, maxime apud catechumenos et neoconversos. Plus loquatur de Spiritu Sancto seu de gratia increata et de caritate divina, quam de gratia creata, quae difficile intelligitur.

Etiam bene indicetur quomodo ista mysteria nostrae salutis in celebratione liturgica Ecclesiae in decursu anno liturgico recolantur et repraesententur (reddere praesentem) ita ut fideles per liturgiam istis mysteriis vivide participent.

Tractatus de sacramentis praesertim sit initiatio ad celebrationem istorum rituum, per quos concrete et vivide exprimantur gratiae uniuscuiusque sacramenti et obligationes quae inde sequuntur.

Tractatus de sacramentis in genere potius sit synthesis totius vitae christianae sicuti per sacramenta realizatur, potius quam theoretica expositio quae nimis abstracta est pro intellectu maioris partis fidelium.

Textus tradendi memoriae potius sint textus S. Scripturae, Orationum liturgicarum et canticorum vel psalmorum quae in liturgia maxime adhibentur.

VIII. Restauratio minorum ordinum et praesertim diaconatus sine obligatione celibatus videtur optabilis. Praesertim in istis regionibus ubi fideles vivunt valde dispersi et ubi deest copia sacerdotum.

Ita communitates melius organizentur, baptismus, et communio possint administrari etiam absente sacerdote, instructiones dentur cum maiore auctoritate.

In functionibus liturgicis melius functiones ministrorum appareant ut functiones sacrae, et populus christianus per praesentiam illorum ministrorum qui possunt vivere cum illis melius conscii erunt praesentiae Ecclesiae.

IX. Doctrinam de Maria omnium gratiarum Mediatrice, si satis expolita apparet, definiatur, prouti opportunum videretur. Utique ratio est habenda de protestantibus, qui non debent detereri per talem definitionem. Videtur necessarium pro ista ratione quaerere formulationem doctrinae catholicae de Maria quae melius praeiudicia protestantium elidat.

✠ IOANNES VAN CAUWELAERT
Episcopus Inongoënsis

6

Exc.mi P. D. RENATI TOUSSAINT
Episcopi Ipamuënsis (Ipamu)

Idiofa, die 15 aprilis 1960

I. *Mysterium christianum exponere,* nempe consilium divinum oeconomiae salutis, sicut fecerunt opera eorum qui rem biblicam ultimis his annis coluerunt. Cuius mysterii christiani explanatio mihi videtur minime cognosci ab ipsis fidelibus christianis non paucis et idonea esse ad expugnandos errores doctrinarum rationalismi, materialismi ex omni genere, necnon determinismi historici.

II. *Synthesim conficere* ex omnibus doctrinis quae his ultimis temporibus a theologicarum disciplinarum cultoribus ex omnibus nationibus elaboratae sunt ita ut vera Ecclesiae Traditio vivens authentice exprimatur, praesertim circa quaestiones de quibus infra:

a) *Mysterium ipsius Ecclesiae accuratissime scrutare,* non mere sub respectu institutionali, sed potius in intima natura et in superabundantibus divitiis supernaturalibus: scilicet:

1) Ecclesia: supernis in bonis communio omnium communicantium Christo et Apostolis, mediantibus Apostolorum successoribus Vicarioque Christi.

2) Ecclesia, populus Dei et novus Novi Testamenti Israël gensque omnium redemptorum.

3) Ecclesia, divina fundatio quae aedificatur ex omnibus mysticis membris Corporis Christi gloriose suscitati.

4) Agatur etiam de Spiritus Domini actione in Ecclesia, speciatim de nexu relationibusque quae vigent inter duas unicae Traditionis Ecclesiae formas quae sic vocantur ab auctoribus: forma auctoritaria et forma prophetica.

5) Agatur etiam de regali sacerdotio fidelium.

6) Etiam de sorte Ecclesiae quae tendit ad gloriosum Divini sui Fundatoris capitisque adventum, quae tamen super terram fideliter militat et dolores patitur antequam coronetur gloriosa in coelis.

7) Profundius studeatur qua ratione et quo modo acatholici ex omni genere ordinentur ad Ecclesiam Christi.

8) Exaltetur unitas Ecclesiae Christi; ideoque evolvantur media quibus oves errantes ad unitatem fidei possint redire.

9) Curent Patres Concilii de modis optimis ad Ecclesiae puritatem

evangelicam suscitandam, praesertim quoad eius spiritualem missionem in mundo.

b) *Quod ad vitam liturgicam Ecclesiae spectat,* nullo modo expellantur, praesertim quae ad sacramenta et ad Sacrificium Missae pertinent. Viri theologici doctissime locuti sunt de dogmatica et pastorali doctrina uniuscuiusque sacramenti. Nonne evenit ut Concilii Patres profundiorem scrutationem naturae horum sacramentorum instituant?

Mihi liceat quasdam animadversiones exponere quae ad hanc rem pertinent.

1) Lingua vernacula proclametur Verbum Dei fidelibus inter missarum sollemnia, praesertim preces et lectiones quae ponuntur in Sacra Missa ad Mysterium christianum sollemniter proclamandum et ad laudes Deo reddendas (Missa catechumenorum).

2) Praefationes omnes, olim generatim usitatae necnon hodiernis diebus in aliquibus dioecesibus adhibitae ad mysterium christianum proclamandum, de novo adsumantur: verbi gratia: praefatio in Coena Domini, in festo Corporis Christi, in festo Sanctorum Omnium, in dedicatione Ecclesiarum, in tempore adventus etc.

3) Cantetur ad modum praefationis (vel saltem clara voce dicatur in Missis lectis) pars Canonis Missae omnino primitiva (Te igitur, Hanc igitur, Verba consecratoria... etc., et praesertim doxologia finalis: Per Ipsum et cum Ipso...).

4) Lingua vernacula recitentur preces omnes ad sacramenta conficienda, praeter verba ipsius formae sacramentalis.

5) Expellantur devotiones illae quae perducunt extra viam authentici sensus christiani.

6) Convenientes devotiones dirigantur ad verum finem id est ad authenticam spiritualitatem liturgicam renovandam secundum sensum Ecclesiae et Mysterii christiani.

7) Reformetur etiam Breviarium romanum ita ut lectiones ex Antiquo Testamento desumptae eligantur quae maxime illuminant Mysterium christianum prout in plenitudine exprimitur in Novo Testamento. Ad sobriam simplicitatem reducantur lectiones secundi nocturni; praesertim in lectionibus supprimantur omnia quae ad historiam fictam pertinent. In publica recitatione, unoquoque psalmo cantato vel recitato, per aliquod tempus sileatur ad orationem mentalem fovendam, et post silentium concludatur psalmus per collectam praebentem applicationem christianam psalmi, sicut plurimis locis in antiquis temporibus Ecclesiae mos erat.

c) De re pastorali, multa scripta sunt ab auctoribus. Maximi momenti mihi videtur uti conclusionibus ad quas auctores illi devenerunt et atten-

dere his conclusionibus quae vere utiles sunt in labore pastorali Ecclesiae.

1) In ordine theologiae pastoralis liturgicae: Patres Concilii veram secundum Traditionem Ecclesiae orientationem indicent et excessus deviationesque denuntient.

2) In ordine theologiae pastoralis catechismi: Ex his omnibus quae dicta et scripta fuerunt ab auctoribus peritis, colligant Patres Concilii ea omnia quae utilia videntur ad catechismum elaborandum qui sit ab omnibus abstractis conceptibus philosophicis alienus, proximusque historiae salutis et consilio divino oeconomiae salutis ad modum ipsarum Scripturarum.

3) In ordine theologiae pastoralis missionariae et paroecialis, studeant Patres Concilii methodos quae his ultimis temporibus expertae sunt in pluribus locis. Forsan frequentior contactus inter diversarum regionum ecclesias maxime interest ad invenienda media aptiora ad actionem missionariam efficaciorem. Non inutiles videntur conclusiones librorum scriptorum a peritis viris circa rem sociologicam (enquêtes sociologiques), repartitionem in universo mundo sacerdotum, clericorum et divitiarum (ressources) ad evangelizationem, circa officia praebenda a laicis christianis tam in regionibus sic dictis christianis, quam in longinquis regionibus missionum externarum, circa media adhibenda in prima evangelizatione vel in nova evangelizatione. Mihi videtur laborem maximi momenti Concilium aptum esse aedificare in hac re pastorali.

III. *Elucubrationes in re liturgica et pastorali,* magis ac magis valorem ostenderunt missionis commissae Episcopo in dioecesi tam in cultu quam in onere pastorali. Ex alia parte, Episcopis omnibus collective sumptis, sub tutela Petri, mandavit Dominus noster Iesus Christus: « Ite, docete omnes gentes ».

Ergo solidaritate coadunati sunt episcopi in evangelizando mundo universo et in apostolatu. Exinde necessaria videtur constitutio doctrinae theologicae de episcopo et de corpore apostolico.

IV. *Neque omittenda est doctrina theologica de laicis in Ecclesia.*

Haec quaestio theologiae de laicis multum agitata inter theologos, maximi momenti videtur et a Patribus Concilii pro felicissima utilitate totius Ecclesiae populique baptizatorum tractaretur.

Occasio praebetur interrogandi Concilii Patres an opportunum iudicaverint diaconos ordinari in Ecclesia qui tantum ad ordinem diaconatus ordinarentur.

Si accipit Concilium hanc ideam ordinis diaconatus, quaestiones multae debent agitari circa mores, studia, onera... (baptizare?... sacerdoti

ministrare in sollemnibus? catechizare...?), relationes cum Episcopo et cum sacerdotibus secundi ordinis, obligationem caelibatus etc.

V. *Opportunum videtur Concilii Patres quaestiones quae magni momenti* sunt in vigesimo saeculo praesenti nullo modo praeterire, verbi gratia:

— de scientiarum progressu: beneficia, pericula, scientiae a multis hominibus huius saeculi considerantur ut finis ultimus;
— de quaestione sic dicta sociali et de mediis utendis in praedicatione Evangelii in hac parte hominum;
— de miseria et fame in mundo;
— de regionibus pauperioribus;
— de hominibus qui expelluntur a sua patria;
— de inimicitia inter nationes;
— de discriminatione inter homines qui non sunt eiusdem stipitis et eiusdem coloris quantum ad corpus.

VI. *Vigilent quoque Patres Concilii sanctificationi* sacerdotum et congregationum religiosarum omnium necnon formationi clericorum in seminariis.

✠ Renatus Toussaint
Episcopus Ipamuënsis

7

Exc.mi P. D. ANDREAE LEFEBVRE
Episcopi Kikuitensis (Kikwit)

Kikwit, die 8 aprilis 1960

Reverendissime Domine,

Gratias Tibi habeo quod per tuas litteras utile duxisti ad consilium me adhibere, quoad animadversiones vel vota de iis quae in futuro Concilio Oecumenico tractanda venient.

Cum iampridem in Africa Centrali multa experiendo colligere potuerim, quae nostrorum christianorum fervori quam maxime utilitati erunt, enixe commendandum duco Patribus Concilii votum quod primo loco venit inter ea quae annexa schedula Tibi communico.

Vehementer spero et alios bene multos Africae animarum Pastores, eadem sollicitudine permotos, optare ut incultis etiam fidelibus maxima fiat potestas intimius suas partes agendi, tam in liturgicis caere-

moniis quam in his quae sacramentorum administrationem et receptionem comitantur.

Cum omni reverentia,

servus in Christo
✠ ANDREAS LEFEBVRE
Episcopus Kikuitensis

Magnopere cordi habet Ecclesia ut christifideles in liturgicis caeremoniis necnon sacramentorum administratione suas re vera partes habeant. Eo consilio, episcopis copiosam facultatem dedit in linguas vernaculas vertendi quae in Rituali Romano latino sermone proponuntur.

Timendum tamen apparet ne optimum istud decretum ex parte dumtaxat intentum scopum reapse assequatur.

Experientia enim constat latinas preces in linguas vernaculas adamussim translatas, in Afrorum mentibus meram potius mirationem quam devotionem movere, quippe quae religiosum sensum inusitato prorsus sermone suggerant.

Adhibet enim haec lingua latina periodos eleganter libratos, figuras antiquitus usitatas in regionibus ceterum valde dissitis, et exempla in communi sermone iamdiu obliterata.

Afrorum autem sermo sententiis constat brevissimis admodum concretis, et comparationibus cum latino ingenio maxime discrepantibus. Unde sequitur translationes Ritualis quae et in Africa ad verbum hactenus necessario e textu latino usurpantur, auditorum mentes in devotionem non ita movere.

Ut praecaveatur ab inani dumtaxat fidei exercitatione, quae meris aut occultis formulis continetur, iisque haud nimis perceptis, omni modo pervigilandum videtur ut fideles e fontibus publicarum Ecclesiae precum, proprio ingenio et linguae convenientium, incrementum fidei obligationumque intimum sensum efficaciter haurire valeant.

Votum. - Considerandum ergo venit num Sancta Sedes episcopis concedere possit ut tales translationes, latini sermonis sensui omnino concordantes, congruenter tamen efficiantur cum ingenio et lingua eorum quibus proderunt, quod spectat praesertim ad numerum sententiarum, tropos et metaphoras ab Afrorum mente nimis alienas. Tale opus, linguae peritis commissum, recognoscatur oportet a theologiae lectoribus ad hos deputatis, antequam praesuli approbandum praebeatur.

Ut efficacius provideatur sanctificationi quorumdam festorum, quorum celebratio magis ac magis hodie meri laicismi, immo paganismi spiritu praeoccupatur, optandum apparet ut episcopi suis sacerdotibus licen-

tiam concedere possint binandi die prima ianuarii et die prima maii, in festo S. Ioseph Opificis.

Cum cultus defunctorum antiquitus in Afrorum mentibus insitum sit; cumque in eorum regionibus Commemoratio Omnium Defunctorum nusquam ut feriatus dies habeatur, opportunum videtur Ordinariis facultatem concedere permittendi ut in unaquaque ecclesia publica, die dominica istam Commemorationem proxime sequenti — vel, si casus inciderit — die dominica 2ª novembris, unicum officium solemne de Requiem celebrari possit.

✠ ANDREAS LEFEBVRE
Episcopus Kikuitensis

8

EXC.MI P. D. ALFONSI VERWIMP
Episcopi Kisantuensis (Kisantu)

Scribebam kalendis aprilis anni 1960

Eminentissime Princeps,

Eminentia Vestra excusatum me habere velit quod tam tarde suis litteris respondeam: ultimis hisce temporibus mille curae me impedierunt quin de rebus Concilii considerandis sufficiens otium invenirem.

De proximo Concilio haec quae sequuntur mihi videntur Ecclesiae animarumque bono profutura:

1. Opportunum est proximum Concilium persequi quod Concilium Vaticanum, de primatu et infallibilitate Romani Pontificis disserens, de Ecclesia iam optime exponere incepit:

a) definiendo ea omnia quae pertinent ad potestatem sive ordinis sive iurisdictionis episcoporum;

b) determinando locum et partes laicorum in Ecclesia;

c) vitam intimam Ecclesiae, Corporis Christi, describendo;

d) distincte indicando nexum quem cum Ecclesia necessario habent omnes homines non baptizati vel haeretici qui bonae sunt fidei;

e) principia proclamando quae relationes inter Statum et Ecclesiam regunt.

Quoad terras missionum attinet, valde exoptandum mihi videtur ut Concilium declaret onus apostolatus ad paganas vel haereticas gentes non incumbere tantum Summo Pontifici sed etiam *collegialiter* omnibus Ecclesiae episcopis. Omnibus enim apostolis *simul* Dominus Iesus potestatem et officium dedit praedicandi evangelium in toto mundo.

2. Opportunum etiam mihi videtur benedictiones Ritualis melius adaptari ad modum vivendi et cogitandi nostri temporis.

3. Et licentiae amplae concedantur circa usum linguae indigenae in diversis Missae partibus, sive cantetur, sive legatur.

Has concludendo litteras, Vestram Eminentiam certiorem facio « Comitatum Permanentem » episcoporum ex Congo et Ruanda-Urundi conventurum esse ad finem mensis aprilis et quaedam desiderata collectiva missurum esse Romam de futuro Concilio.

Quae dum expono Eminentiae Vestrae, me libentissime, cum devoto obsequio, et sacrae purpurae oram exosculando, profiteor

Servum humillimum in Christo
✠ Alfonsus Verwimp
Episcopus Kisantuensis

9

Exc.mi P. D. IOSEPHI NKONGOLO
Episcopi Lueboënsis (Luebo)

Luebo, 23 aprilis 1960

Excellentissime Domine,

Initio mensis aprilis, litteras accepi a Pontificia Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico sub N. 16/59-2768 bis.

His in litteris mentio fit de litteris mihi missis ab Eminentia Vestra, die 18 iunii 1959.

Cum tantum recenter ad dignitatem episcopalem elevatus sim, illae litterae numquam ad me pervenerunt.

Eminentia Vestra habeat me ergo excusatum me non prius responsum dedisse.

Quoad doctrinae capita tractanda in Concilio Oecumenico, mihi videtur utile fore doctrinam de Ecclesia Christi quae tantum secundum primam partem definita fuit in Concilio Vaticano, complere per doctrinam de Episcopatu et de laicatu.

Quoad Sacram Liturgiam: animadvertere vellem quod praescriptio, quae prohibet Episcopum cantare Missam... praeter Missam pontificalem, in Missionibus magna incommoda habet. Quando visto christianos dioecesis meae, illi mihi saepe enixe rogant ut coram eis Missam cantatam celebrem; sed non possum tali desiderio satisfacere quia, propter penuriam sacerdotum, non possum celebrare Missam pontificalem.

En pauca quae reverenter Pontificiae Commissioni mihi proponere libet.

Eminentiae Vestrae purpuram deosculans, summa qua par est devotione permaneo, Eminentiae Vestrae

servus in Christo
✠ IOSEPHUS NKONGOLO
Episcopus Lueboënsis

10

EXC.MI P. D. BERNARDI MELS
Archiepiscopi Luluaburgensis (Luluabourg)

Luluabourg St Joseph, le 12 avril 1960

Eminence Révérendissime,

J'ai l'honneur d'accuser bonne réception de votre lettre du 21 mars 1960, ayant pour objet la préparation du Concile Œcuménique.

J'ai attendu la réunion des Evêques de l'Archevêché de Luluabourg, nouvellement constitué, pour examiner quelques problèmes qui seraient, peut-être, utilement proposés au futur Concile Œcuménique.

I. *Questions Liturgiques.*

1. Les Ordinaires de l'Archidiocèse de Luluabourg seraient heureux que les facultés accordées à des circonscriptions Ecclésiastiques particulières ou à des régions déterminées soient élargies et uniformisées, au moins pour un pays entier. Ceci pour éviter de multiples recours à Rome et aussi pour éviter des différenciations assez prononcées dans l'Administration des Sacrements ou dans l'exercice des fonctions liturgiques.

2. Ils seraient heureux surtout de voir généraliser les facultés accordées dans l'emploi des langues vivantes du pays pour les fonctions liturgiques. Adaptation aux coutumes, chants etc.

3. Ils seraient heureux de voir généraliser dans les fonctions liturgiques solennelles (Messe solennelle, etc.) le régime introduit dans les Offices de la Semaine Sainte, notamment qeu l'Officiant ne devrait pas réciter à part, de façon privée, les textes (Evangile, Epître etc.) lus ou chantés par un ministre assistant.

4. Ils seraient heureux de voir uniformiser la récitation de l'Office Divin et de le voir comporter, d'une façon générale:

a) un seul Nocturne avec lectures appropriées,

b) des « Heures » de durée sensiblement égale.

De voir fixer éventuellement des exercices destinés à la remplacer quand sa récitation est difficile.

5. Ils seraient heureux de voir réintroduire la séparation des cérémonies des différentes étapes du catéchuménat, actuellement regroupées dans une seule cérémonie religieuse. Ceci aiderait les catéchumènes à se préparer d'une façon plus vécue et efficace à la réception du Sacrement de Baptême.

6. Ils seraient heureux de voir rééditer le « Cérémoniale » des fonctions Pontificales, d'une façon plus claire et plus simple.

En Mission, on ne dispose généralement pas de spécialistes en matière de cérémonies pontificales et en aurait besoin d'un compendium clair et net.

7. Ils seraient heureux d'obtenir la faculté de pouvoir chanter une Messe Pontificale simplifiée, car, bien souvent, dans leurs visites aux postes de Mission, ils ne disposent pas de prêtres en nombre suffisant pour pouvoir fare une fonction pontificale, ni des autres accessoires nécessaires pour officier pontificalement.

Ceci rend difficile, voire impossible à l'Evêque, d'officier devant de nombreux fidèles dispersés à l'intérieur du pays, ou de rehausser personnellement certaines solemnités liturgiques dès qu'il quitte son Eglise principale. D'une façon générale en effet, il n'y a que deux ou parfois trois prêtres dans les postes de l'intérieur.

II. *Autres suggestions.*

1. On constate que les textes des Encycliques sont, bien souvent, rédigés dans un latin, certainement modèle, mais assez difficile pour la compréhension. Leur traduction en langue vulgaire pose bien souvent des problèmes ardus.

De même, la traduction de certaines prières ou d'autres documents Pontificaux s'est avérée très difficile, voire impossible parfois. Ceci provient évidemment en premier lieu du fait que nos langues locales sont, en quelque sorte, primaires, connaissant peu ou pas l'abstraction des idées. Il semble cependant qu'un effort pourrait être fait pour ne pas compliquer trop le style latin.

2. On voudrait attirer l'attention sur la situation psychologique difficile, et même parfois réellement pénible, dans laquelle travaillent actuellement la plupart des missionnaires, surtout en Afrique.

On a tellement attaqué le colonialisme d'une façon générale; on a si souvent condamné, presque en bloc, tous ceux qui vivent ou travaillement dans des pays colonisés; on a si aisément mal expliqué tout ce qu'ils ont fait, tout ce qu'ils ont dit, on a si facilement cru tout ce qu'on racontait sur les colonisateurs, les missionnaires y inclus, que nous nous trouvons dans une situation réellement dramatique et dangereuse pour l'avenir de l'Eglise.

On a sapé la confiance dans le prêtre-missionnaire d'une façon systématique, même jusque dans les milieux catholiques et parfois ecclésiastiques. On les a jugés et, bien souvent, trouvés trop légers ...: « ils auraient dû faire ceci... ils auraient dû faire cela... ils n'ont pas compris la mentalité indigène... ils ne se sont pas adaptés... ils n'ont pas formé suffisamment de collaborateurs... prêtres... laïques... ils ont travaillé de façon archaïque... ils n'ont pas formé d'élite etc. ».

Avec quelques pauvres hommes, dans des conditions de vie et de travail parfois impossibles, il auraient dû réaliser ce qu'on ne semble même pas pouvoir obtenir dans nos vieux pays catholiques avec des milliers de prêtres.

La conséquence en est cependant que, suite à toutes ces critiques venant souvent de milieux autorisés, bien souvent, nos prêtres locaux et nos élites locales qui souffrent aussi du complexe de colonialisés et qui n'ont pas connu le passé difficile ni ne réalisent le conditionnement des problèmes qui se posent, nous soupçonnent d'être de connivence avec les colonialistes...: « nous ne voulons pas leur avancement... nous voulons les tenir au deuxième rang... nous ne leur faisons pas confiance etc. ». Une collaboration franche et totale devient souvent difficile. Permettez-nous de dire que, même en lisant les documents Pontificaux, nous avons parfois l'impression qu'on nous suspecte malgré tout, d'être encore possédés par le démon du Colonialisme.

Il faudrait se rendre compte qu'en fait ces temps sont passés et que le danger vient d'ailleurs. Il faudrait, et d'urgence, se rendre compte que le danger pour l'Eglise dans ces pays vient de l'ultra-nationalisme local, bien plus que du nationalisme des étrangers.

Une vague de fond mondiale a renversé les rôles depuis bien des années. Cette vague d'émancipation crée un climat de méfiance envers tout ce qui est étranger, un climat aussi d'insubordination qui rejette, presque en bloc, tout ce qui est tradition et règles de prudence, sous prétexte que c'est vouloir les traiter encore comme des enfants.

Un autre grand danger pour notre jeune clergé local est la tentation continuelle de trop se mêler aux luttes politiques et tribales de leur pays. Il y sont sollicités constamment par leurs frères de race et

s'y sentent poussés d'ailleurs eux-mêmes du fait qu'ils constituent pour le moment l'élément le plus instruit et évolué de leur pays. On se rend d'ailleurs compte qu'en raison de leur inexpérience en ces matières et du manque de tradition dans ces questions, ils ne parviennent pas à distinguer clairement entre les divers éléments qui constituent les problèmes politiques et sociaux et qu'ils mélangent continuellement les deux.

Malheureusement, surtout en ces matières, ils ne semblent pas avoir besoin de « conseils de prudence » ou de modération. Ils nous suspectent immédiatement de « colonialisme » si l'on veut modérer leur ardeur ou les rappeler à l'ordre.

Enfin dans cette lutte de libération qui, sous l'influence de la propagande marxiste, se transforme dans une lutte « anti-colonialiste », le manque d'une tradition chrétienne solide constitue une grave faiblesse pour cette jeune Eglise. On veut se libérer de « tout » ce qui est « étranger », de tout ce qui impose des lois et des contraintes.

L'Eglise, du fait qu'elle a été introduite par des étrangers, du fait aussi qu'elle prêche la paix, le respect de l'autorité et qu'elle condamne les excès, est soupçonnée et calomniée bien souvent. Il semble en conséquence certain que l'Eglise Catholique passera par une crise dangereuse les années à venir.

Il serait en tout cas utile d'encourager sérieusement les missionnaires et d'attirer l'attention des fidèles et du clergé local sur le danger que constitue cette xénophobie, parfois maladive, qui n'épargne personne et se cantonne souvent dans un racisme qu'on condamne chez les autres.

Il est en effet certain que, durant longtemps encore, ces pays auront besoin de l'aide missionnaire et aussi de l'expérience des anciens pays catholiques.

Pour les missionnaires, en ces temps difficiles, il n'y a qu'une charité sacerdotale totale qui peut les sauver. Un grand esprit de foi, une grande patience, une prudence extrême et une compréhension à toute épreuve, seront nécessaires pour pouvoir continuer l'Œuvre de l'Evangélisation si magnifiquement commencée.

Veuillez agréer, Excellence Révérendissime, mes vœux les meilleurs et l'assurance de mon entier dévouelement en N.-S.

✠ BERNARD MELS
Archevêque de Luluabourg

11

Exc.mi P. D. LEONIS T. DELAERE

Episcopi Molegbensis (Molegbe)

Molegbe, 14 aprilis 1960

Excellentissime Domine,

Pergratum mihi est litteris diei 21 martii c. a. nunc breviter respondere; vehementer etenim dolebam anteriores litteras diei 18 iunii 1959, cum essem in itinere, tardius ad me pervenisse, praefinitumque tempus pro responsione assignatum, cum ad me pervenerint, iam longe transactum fuisse; nec ausus sum pauperculas has considerationes, ad altum hoc decasterium, ultra praefinitum tempus mittere.

Hanc nacti occasionem:

1. Summum gaudium nostrum, totiusque Cleri et universae Christianitatis nostrae laete pandimus de fine primario huius futuri Concilii Œcumenici: de unione nempe omnium Ecclesiarum dissidentium in uno Ovile sub Uno Pastore; pro quo sine intermissione oramus, sacrificiaque nostra continue Deo offerimus, id maxime efflagitantes, ut ex omni parte, extet summa bona voluntas efficaxque desiderium omnes possibiles concessiones faciendi, quae non sint contra fidem vel mores.

2. Liceat etiam alterum pandere votum, non huius dissimile: nempe libenter audiremus, sive in hoc Concilio, sive in quibusdam Encyclicis litteris de « *sensu Catholico* » non solum apud simplices fideles, sed imprimis et maxime apud utriusque sexus religiosos in Europa degentes, qui saepe *practice* de sensu catholico parum vel nihil sentiunt et unice gloriam et exaltationem proprii instituti intendere videntur; nec illa praecipue « quae ab intus est » sed vana potius et mundana gloria appetitur, fantasticis saepe sumptibus, qui, habita ratione aliarum ecclesiarum paupertatis, omnino damnandi sunt. Pavimenta, quae adhuc per saeculum durare decenter possent, absque misericordia vandalice demoliuntur, ut nova, pretiosis musivis ornata, eorum locum teneant. Idem picturae caeteraque ornamenta quae saepe ecclesias et conventus religiose et artistice decorabant, inconsiderate auferuntur, et immensis sumptibus, nova, hodiernis gustibus magis accommodata in eorum locum sufficiuntur.

Nec in his omnibus cogitare videntur istis sumptibus superfluis, plures aedificari posse ecclesias in regione Missionum ac si non esset ubique idem Iesus ac Dominus aeque adorandus et colendus.

Haec omnia, qua par est reverentia et filiali submissione humiliter communicamus, paternam Benedictionem S. Pontificis pro nobis omnibusque nostrae curae commissis, enixe implorantes.

Excellentiae Tuae Reverendissimae

humilis in Christo servus

✠ LEO T. DELAERE

Episcopus Molegbensis

12

EXC.MI P. D. FRANCISCI LEHAEN
Episcopi Sakaniensis (Sakania)

Kafubu, die 26 aprilis 1960

Eminentissime Princeps,

Paucis abhinc diebus Eminentiae Vestrae litteras misi ut eam certiorem facerem de litteris ab ea receptis. Eodem tempore nuntiavi me relationem circa ea quae mihi visa fuerint Ecclesiae animarumque bono profutura et in proximo Concilio Oecumenico tractatura quamprimum ad Eminentiam vestram allaturam esse.

Hac ipsa die relationem supradictam explevi eamque Vestrae Eminentiae festinanter mitto. Attamen ut certum habeam has litteras Civitatem Vaticanam feliciter attingere, aliquot post dies alterum exemplar huius relationis via aërea mittam.

Hac fretus occasione multa cum reverentia subsignor,

Eminentiae Vestrae Rev.mae humillimus servus

✠ FRANCISCUS LEHAEN

Episcopus Sakaniensis

I - VOTA ANIMADVERSIONESQUE CIRCA SACRAMENTA NECNON RITUS LITURGICOS

1. *Sacramentum Baptismatis*

a) *Ordo baptismi parvulorum.*

1. Ritus baptizandi parvulos brevientur maxime in prima parte quae extra cancellos baptisterii absolvitur.

2. Qui vero ritus non sine aliquo incommodo aut alia difficultate absolvuntur, aboleantur aut alio modo perfici possint.

Verbi gratia:

— Ritus ungendi aures et nares de saliva oris aboleatur vel perficiatur simplici signo crucis (*Rit. Rom.* Tit. II, C. II, 13).

— Ritus vero ungendi infantem in pectore et inter scapulas non sine aliquo incommodo perfici potest ratione indumentorum, etiam in locis missionis. Unctio fiat in fronte (*Rit. Rom.* Tit. II, Cap. II, 15).

b) *Ordo baptismi adultorum.*

1. Ritus quidam qui, ut supra dictum est, perfici non possunt sine aliquo incommodo, omitti aut immutari possint. Ita est praesertim de unctione in pectore et inter scapulas ratione pudoris, maxime quando agitur de foeminis. Hic ritus si conservatur, unctio olei catechumenorum in fronte data permittatur.

2. Maxime optandum est ut catechumeni gradatim ad baptismatis sacramentum accedant, ita ut ritus in ordine baptismi adultorum, iuxta determinatas regulas, diversis diebus necnon hebdomadis v. g. tempore quadragesimae, debitis interpositis interstitiis, expleri possint.

Ratio huius voti in eo est:

aa) quod Congolenses maxime ritibus initiationis et caeremoniis moventur. Revera, vita paganorum a nativitate usque ad aetatem adultam et ultra variis initiationis ritibus peragitur. Ideo valde optandum est ut catechumeni triplici initiationis ritu, ex ordine baptismi adultorum desumpto (Tit. II, Cap. IV) Ecclesiam ingrediantur, nempe:

1) Transitus ex paganismo ad statum catechumenorum peragi poterit adhibendo ritus qui ad fores ecclesiae perficiuntur (*Rit. Rom.* Tit. II, Cap. IV, 1-12);

2) Transitus e statu catechumenorum ad ordinem electorum, nempe eorum qui ad baptismum admitti possunt, fiat ritibus qui ingressum electorum in ecclesiam significare valeant (*Rit. Rom.* Tit. II, Cap. IV, 13-35);

3) Transitus ex ordine electorum ad statum neophytarum fiat die baptismatis indicta iuxta ritus qui in *Rituali Romano* inveniuntur Tit. II, cap. IV, nn. 36 ad 50.

bb) Praeterea ritus initiationis christianae ita gradatim absoluti videntur optimam viam missionariis praebere catechumenos perfectius catechizandi ita ut grave momentum abrenuntiationis satanae ac mysteria regenerationis christianae melius comprehendant.

cc) Tandem aliquando non est omittendum quod in ordine baptismi praesertim adultorum, qualis hodie adhibetur, partem essentialem baptismatis tam orationibus variisque caeremoniis immergi videtur ut mo-

mentum principale huius initiationis ritus, nempe ipsum sacramentum baptismatis, mere aliquam conclusionem caeremoniarum accidentalium esse videatur. Absolvendo vero ritus initiationis christianae per varios gradus, ut supra dictum est, grave ipsius baptismatis momentum melius affirmari videtur.

2. *Sacramentum Confirmationis*

a) Valde optandum nobis videtur ut aliqua sollemnis introductio ritui confirmationis daretur. Ista introductio lingua vernacula perficiatur complectendo v. g., modo dialogorum, sollemnem praesentationem confirmandorum a parocho factam, eorumque professionem fidei.

b) Intima coniunctio huius sacramenti cum ritibus initiationis christianae, qui in baptismate perficiuntur, magis affirmetur.

3. *Ss.ma Eucharistia*

a) *Quoad Sacrificium Missae rogatur*:

1. Ut initio Missae psalmus 42 semper omitti possit.

2. Ut initium sacrificii liturgici clarius indicetur eiusque symbolica significatio expressius affirmetur v. g. collocando ritum lavationis manuum « Lavabo » antequam oblata Deo offeruntur.

3. Ut sacerdos, data benedictione, redire ad sacristiam possit recitando evangelium S. Ioannis, ideoque omittendo preces a Leone XIII praescriptas.

4. Ut extendatur licentia utendi linguas vernaculas ad ea omnia quae in prima parte Missae:

aa) ab ipso sacerdote aut suis ministris ad fideles diriguntur aut nomine adstantium peraguntur (Asperges, Confessio, lectiones, epistola, evangelium);

bb) aut ab ipsis fidelibus recitantur aut cantantur v. g. Kyrie, Gloria, Credo (ac item in secunda parte Missae: Sanctus, Agnus Dei).

Mens est:

Ea quae a sacerdote offerenti peraguntur, orantur aut cantantur, semper et ubique lingua latina recitanda sunt: in iis nihil innovetur. Attamen in iis partibus Missae ubi fideles « Ecclesia » una cum sacerdote orant, cantant, agunt vel ab eo docentur, maior libertas circa usum linguarum vernacularum desideratur.

Ratio est duplex:

1) Fideles necnon catechumeni melius significationem rerum ac rituum intelligent atque magis active sacrosancto sacrificio participabunt cum magno eorum profectu spirituali.

2) Pagani etiam, qui iuxta praxim hodiernam Ecclesiae a sacro sacrificio Missae amovendi non sunt, magis magisque caeremonias christianas et cultum liturgicum adeunt. Hoc modo ea quae aguntur, orantur, cantantur, leguntur bene intelligunt. Ita celebratio Missae a communitate christiana una cum sacerdote peracta veram instructionem catecheticam includit et ideo paganos ad conversionem impellere nobis videtur.

5. Ut fideles plenius sacris ritibus participent, rogamus ut usus linguae vernaculae ad alia extendatur v. g. in benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum; in consecratione campanarum, altarium, ecclesiarum; ac, in hebdomada sacra, in cantu passionis, in adoratione crucis, in praeconio paschali, in processionibus SS. Corporis Christi ac Rogationum, in ritibus iuvandi morituros ac sepeliendi mortuos.

6. Ut nova editio reformata caeremonialis episcoporum elaboretur, omissis his quae prorsus ubicumque obsoleverunt. Materia quidem clarius et modo magis practico exponatur.

b) *Quoad Sanctum Viaticum rogatur*:

Ut sacerdos portans SS. Viaticum aegrotantibus qui in dissitis regionibus ac vicis remotis degunt, eas sacras particulas quae aegroti sumere non potuere, ibidem, etiam non ieiunus, absumere valeat.

4. *Sacramentum Ordinis*

a) Ordines minores independenter ab accessu ad sacerdotium in in Ecclesia instauretur. Si dedecere iudicatur omnes omnino ordines minores hoc modo conferri, saltem aliquos introducere valde utile nostris temporibus videtur: v. g. lectoratum, acolythatum.

Rationes sunt:

1) *Catechistas,* adiutores laicos sacerdotis in regionibus missionis, ad lectoratum aut acolythatum promoveri valde utile videtur. In dissitis enim regionibus, permulti vici interdum tantum a sacerdote visitantur. His in locis catechistae instructiones christianae doctrinae regulariter dispensant, conventui fidelium diebus dominicis praesunt, orationes cantusque liturgicos dirigunt, lectiones, epistolam ac evangelium legunt. Dubitandum non est quin eorum auctoritas et virtus, ratione ordinis receptae et missionis eis publice impositae, magis augerentur.

2) *Actio Catholica* etiam in regionibus missionis miro modo evoluta est ac valde ad incrementum fidei promovendum refert. Ut magis magisque hierarchiae inhaereat, perutile videtur ut nonnulli praecipuorum membrorum Actionis Catholicae circulorum ad ordines minores v. g. ad lectoratum promoveri possint.

b) Ac item *munus diaconi* independenter ab accessu ad sacrum presbyteratum restauretur quemadmodum in Ecclesia Orientali diaconatus habetur. Praeterea hoc in casu optandum est ut etiam coniugati, coniugaliter viventes, ad sacrum diaconatum ordinari possint, eisque statum canonicum peculiare detur ac provideatur de praeviis studiis necnon exercitiis et requisitis a candidatis.

Ratio est:

In missionibus perplurimis sacerdotes omnino desunt: « Messis quidem multa, operarii autem pauci » (*Matth.* IX, 38; *Luc.* X, 2). Ob ingentem numerum fidelium et magna spatia itinerum, maximo pondere sacerdotes ubique onerantur. Praeterea adiuvandi sunt fideles longe a locis commorationis sacerdotum degentes, maxima parte anni subsidiorum nostrae religionis expertes, praecipue cum nostris temporibus christiani falsis doctrinis turbati vel minis ac vexationibus expositi, maxime qui soli paganibus permixti vivunt, innumeris periculis exponantur. Ideo diaconi providissimi cooperatores fieri possent in locis missionum, in vicis longe ab ecclesiis principalibus dissitis atque interdum tantum a sacerdotibus visitatis. His in locis possent SS. Eucharistiam in sacello custodire ac ministrare, baptizare, verbum Dei praedicare, infirmos in periculo mortis iuvare, defunctos sepelire, catechumenos instruere, circulos Actionis Catholicae constituere atque fovere etc.

Candidati ad diaconatum non pauci inveniri possent inter catechistas, inter iuvenes necnon homines Actionis Catholicae, inter seminaristas ad sacerdotium inhabiles repertos, necnon religiosos laicos qui in religionibus clericalibus vitam communem una cum sacerdotibus conducunt. Religiosi laici diaconatu aucti magnopere in missionibus Religiosis inservire possent praesertim in iis locis ubi unus aliusve sacerdos magno labore nimis oneratur.

II - Vota varia

1. Cum *lex ieiunii et abstinentiae* multis in locis, diversas propter causas, ratione dispensationum vix iam servetur, rogamus ut *lex mortificationis christianae,* definitis a S. Universali Concilio certis principiis ac regulis, iuxta particulares circumstantias a Conciliis Provincialibus pro applicatione concreta determinari valeat.

2. Rogatur ut veritas Beatam Virginem Mariam esse nobis per orationem suam universalem gratiae *Mediatricem* ut dogma fidei fidelibus credendum proponatur.

Persuasio huius veritatis magis magisque in fidelium animis radica-

tur, pluribus documentis pontificiis confirmatur, studiis theologorum nutritur atque ipsa concessa missa propria quasi authentice exprimitur.

3. Ac item rogatur ut festum B. Mariae Virginis titulo *Auxilium Christianorum,* die 24 maii pro aliquibus locis approbatum, ad Universalem Ecclesiam extendatur. Nostris enim temporibus Ecclesia immanibus procellis ubique terrarum exagitata, Christi fideles auxilio B. M. Virginis magnopere indigent. Hac de causa eos incitari oportet Eam hoc titulo colere atque invocare.

✠ FRANCISCUS LEHAEN
Episcopus Sakaniensis

13

EXC.MI P. D. NICOLAI KINSCH
Archiepiscopi Stanleypolitani (Stanleyville)

Eminentissime Domine,

Prima Tua epistola Stanleypolim pervenit tempore mei commeatus in patria europaea, sicque responsum tardavit ac denique post reditum meum in Archidioecesim ob ingentes hic incurrentes curas paene oblitus fui.

Velit Tua paterna mansuetudo mihi ignovisse pro hac illapsa etsi involuntaria neglegentia.

Quoad propositiones, prudentiae et clementiae illustrium Patrum in futuro Oecumenico Concilio iudicantium committendas, proponere velim:

1. Ut votum sollemne caelibatus ad quod in maiores intrantes ordines se adstringere, pro iis qui iudicio ecclesiastico reducti sunt ad laicalem statum, solvatur, quia hic in Missionibus saltem, sacerdotio aucti non tam rari procul ab Ecclesia vitam infelicem ducunt.

2. Ut Officium divinum ad breviorem contrahatur rationem: sunt enim officia cum lectionibus nimis protractis. E contra obligatio hodiernae orationis mentalis opportune urgeretur.

3. Ut usus liturgicus linguae vernaculae liberius concedatur, vel saltem ut, quod iam aliquibus fuit concessum, omnibus quibuscumque velit concessum ire.

Eminentiae Tuae manum reverenter deosculans, summa, qua par est, devotione permaneo

Eminentiae Tuae humillimus servus

✠ NICOLAUS KINSCH
Archiepiscopus Stanleypolitanus

14

Exc.mi P. D. IOSEPHI A. HAGENDORENS
Episcopi Tshumbeënsis (Tshumbé)

Tshumbe S.tae Mariae, die 9 aprilis 1960

Excellentissime Domine,

Die aprilis 1960, omnes Ordinarii Provinciae Kasai, in civitate Luluaburgensi congregati, animadversiones, consilia et vota sua Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico communicanda, una voce Eminentissimo Domino B. Mels Archiepiscopo Luluaburgensi commiserunt ut ea quam primum Pontificiae Commissioni mittenda curaret.[1]

Enixe Spiritum Sanctum rogo ut profuse lucem et claritatem suam iis immittere dignetur qui Concilium Oecumenicum curant, eidem praeerunt et aderunt.

Excellentiae Tuae Rev.mae
add.mus

✠ Iosephus A. Hagendorens
Episcopus Tshumbeënsis

15

Exc.mi P. D. HENRICI I. PIÉRARD
Episcopi tit. Andropolitani, Vicarii Ap. Benensis in Congo (Beni)

Beni, le 29 septembre 1959

Eminence Illustrissime et Révérendissime,

Par sa lettre du 18 juin dernier, Votre Eminence daignait porter à ma connaissance que le Très Saint Père avait bien voulu Lui confier la Présidence de la Commission Préparatoire au Concile Oecuménique.

Que Notre Seigneur et Sa Très Sainte Mère obtiennent pour Votre Eminence l'abondance des lumières de l'Esprit-Saint, nous les en prions de tous cœur.

---

[1] Cf. pp. 153-156.

Votre Eminence acceptera d'excuser ce retard; je ne suis rentré à Beni qu'en fin août dernier, après dix mois de séjour en Europe où je subis une intervention chirurgicale qui exigea une longue convalescence. Je ne puis encore reprendre ma pleine activité. J'ose communiquer à Votre Eminence quelques pauvres suggestions qui n'ont guère eu le temps de mûrir, qu'Elle y trouve l'expression de ma bonne volonté.

Que Votre Eminence Illustrissime et Révérendissime daigne me considérer comme son très humble serviteur et me bénir.

✠ Henri J. Piérard
Vicaire Apostolique de Beni

De utroque clero

Quaestio nimis angens animum episcoporum missionariorum Africae Centralis et forsitan episcoporum totius Mundi, est delectus clericorum sedulorum, omnis officii diligentissimorum, qui alliciendis animis, aetate nostra, apti sint.

Est maxima penuria sacerdotum qui fidelium necessitatibus consulant, eorumdem fidelium inquam, qui gregem Domini seu deseruerunt seu nondum in eum intraverunt.

Omnes regiones Africae ubi fides invaluit et vera religio speciem firmitatis prae se fert, celeriter, ob inopiam pastorum, in statum « Pays de Mission » vulgo dictum transibunt, a Christo in perpetuum alienae, nisi remedium adhibeatur.

Gratia divina et actionis catholicae delectis laicis, ad parvum numerum ministrorum altaris supplendum formatis, ardenti animo nobis fidendum est.

Haec tamen non est nisi fiduciaria solutio; omnino nobis opus est sacerdotibus qui sacramentorum receptioni frequenti et institutioni religiosae provideant atque praesentiam Christi media in turba testentur.

Ad sacerdotalium vocationum inopiae providendum, petimus si fieri potest, ut congregationum religiosarum novarum itemque sodalitatum laicorum multiplicatio frenetur atque congregationes nunc existentes et eumdem ferme scopum prosequentes coniungantur, in « foederationibus ».

Haec foedaratio viam aperiret scholasticatibus in commune et viam clauderet ministerii dissipationi (gaspillage). Denique haec foederatio ad unionem tenderet.

His diebus sermo est de unione ecclesiarum. Quaeritur nonne expediat unionem efficere familiarum religiosarum hominum ad sacerdotium destinatorum?

Hoc modo congregationes constituerentur quae facile delectum hominum haberent in omni scientia ecclesiastica et sociali peritorum; omnes dubiae vocationes quae suam congregationem in discrimen committere possent, facilius eliminarentur; una tantum causa praevaleret, causa Sanctae Ecclesiae.

Hae Foederationes a Sancta Sede tantum et forsan ab Hierarchia regantur quae eis ad quodcumque opus omnique loco ad nutum uterentur.

Quae dicta sunt de congregationibus hominum valent etiam de familiis religiosis feminarum.

Omnis Ordinarius Missionis, necessitate coactus, fundator congregationum dioecesanarum factus est, cum ad utilitatem Ecclesiae haud parum profecisset consensus circumscriptionum ecclesiasticarum ad condendas congregationes communes.

Quod etiam attinet ad vocationes sacerdotales, quaeritur nonne dioeceses europaeae possent coniungi, ita ut dioeceses ubi vocationes rarae sunt, lucra facerent ex reliquo dioecesium ditiorum? Quaeritur nonne expediat praevidere non tantum incardinationem ad dioecesim originis sed etiam quasi-incardinationem ad provinciam ecclesiasticam vel etiam ad regionem.

Hierarchia consentiente, statim praesto essent sacerdotes ad ea quae provinciae aut regioni sunt necessaria.

Ii ferventes laici amplius invitarentur ad catholicam institutionem exercendam etiam ad quaedam institutionis munera in minoribus seminariis obeunda, complures sacerdotes praesto essent ad ministerium animarum.

Ex quo tempore litterae Encyclicae *Fidei donum* in lucem editae sunt, nonnullae dioeceses ex antiquis regionibus nostris catholicis, officium sublevandi Missiones intellexerunt.

Dioecesibus muneribusque bene partitis, antiquae regiones catholicae plures sacerdotes promptos haberent ad quaestionem missionariam solvendam. Itaque adoptio regionum missionis semper vivide suadeatur.

Omnes sacerdotes intelligant se quodam modo ad nullam gentem pertinere, se homines Ecclesiae esse, se praesto esse debere Ecclesiae Universali.

Verbum Christi « Sint unum » primum fiat inter sacerdotes totius Mundi ad utilitatem animarum Universae Terrae!

De Actione Catholica

Quod ad actionem catholicam attinet, sive pro adulescentibus sive pro adultis, quaeritur nonne conveniat eius omnia genera coniungere et in ipsa Urbe eorum administrationem condere ita ut spiritu veraciter catholico universalique moveantur?

Monita manari deberent e Sede Catholicitatis; ibique sensus eorum quae Ecclesia sunt necessaria et fructuosa certior ac authenticior exstat.

Statuta ibique elaborentur omnibus populis Terrae convenientia. Diebus nostris illa opera bene temperare sacerdotes nequeunt cum tempus eis deficiat.

Foederatio instituatur, si fieri potest, quae ista genera operum, v. gr. varietatem operum pro iuvenibus, varietatem societatum quae « familiae christianae » nominantur, inter quas est aemulatio, in unum coagmentet.

Suadendum est ut actio catholica pro adultis, praesertim ea sub nomine « Familiarum Christianorum » (Foyers Chrétiens) cognita, maxime provideatur, ideo ut laici ardore pleni, edocti, zelo apostolico flagrantes, inopiae clericorum suppleant, turba se immisceant, cum consensu Hierarchiae.

Liturgia

Optatur ut sacerdoti Sacrum facienti liceat orationes (collectam, secretam, postcommunionem) insuper epistolam et evangelium patrio sermone recitare.

De Codice Poenali

Quaeritur nonne Liber V iuris canonici « De delictis et poenis » recognosci possit?

Exempli gratia can. 2359 § 2 nominamus, quo clerici in sacris infamia iuris plectuntur.

Contingit ut sacerdotes noxii corde sincero emendentur et per totam vitam iurisdictione priventur; est causa defectionis animi et Ecclesia hoc modo eorum ministerio privatur.

De Sacramentalibus

Optatur simplificatio Archiconfraternitatum, unificatio scapularium ita ut omnis sacerdos habens iurisdictionem eorum fructus animabus impertire possit.

Etiam optatur ut benedictiones reservatae rerum sacrarum reco-

gnoscantur ita ut omnis sacerdos habens iurictionem facultatem habeat eas benedicendi.

De unione ecclesiarum

Ut nunc de regione nostra loquamur, commercium peculiare quod nos coniungit cum Graecis Orthodoxis, in regionibus nostris multos annos degentibus forsitan nobis permittit de unione ecclesiarum quosdam sensus suggerere.

In hoc Vicariatu de Beni, Graeci orthodoxi cum missionibus nostris concordissime vivunt. Nonnulli, diebus dominicis, Sacris interesse solent; sunt qui liberis suis non restiterunt quominus Ecclesiae Catholicae nomen darent; sunt etiam qui baptismi gratiam pro infantibus suis imploraverunt.

Verum obicem unionis nobis inesse videtur in metu separationis a communitate graeca vel russica si religio catholica aperte amplectatur.

Quaeritur nonne quaestio « de communicatione in sacris » recognosci possit eamque minus duram reddere, cum agatur de hominibus bonae fidei separationis causae ignaris?

Itaque proponere audemus ut sacerdotibus catholicis liceat orthodoxis bonae fidei ea petentibus, sacramenta poenitentiae, Eucharistiae et ultimae unctionis administrare.

Progressu cuiuscumque animae ad unitatem perspecto, quaeritur nonne sacerdos in foro interno tantum abiurationem recipere possit in ipso actu sacrae confessionis cuius formula generalis sufficeret ad remittendum poenas ecclesiasticas? Hoc modo omnis causa discordiae inter fratres separatos, imprimis illa vera scissio a communitate nationali etiamque contumelia a sodalibus evitarentur. Recitatio Symboli Fidei in actu confessionis locum teneret fidei catholicae professionis.

Hoc genus tamen hominum in disciplina religiosa sedulo edoceatur, separatim si fieri potest absque praecipitatione.

Ut haeretici (Protestantes) cum catholicis in gratiam reconcilientur, instructio religiosa magis et magis Biblia Sacra niti deberet tam ad formationem sacerdotum qui saepius obiectionibus eorum respondere nequent quam ad institutionem fidelium.

Proinde omnes fideles Librum Sacrum habeant cuius sensum explanare debent sacerdotes, ut melius orent et melius interventum divinum in eventibus Mundi intelligant.

✠ Henricus I. Piérard
Episcopus tit. Andropolitanus
Vicarius Ap. Benensis in Congo

16

Exc.mi P. D. CAMILLI VANDERKERCKHOVE

Episcopi tit. Sefetulensis, Vicarii Ap. Bikoroënsis
(Bikoro)

Bikoro, die 10 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Perhonorificum mihi fuit accipere litteras ab Eminentia Tua sub die 18 iunii 1959 missas quoad futuri Concilii Oecumenici praeparationem.

Cum autem Vicariatus Apostolicus Bikoroënsis nuper erectus inter iuniores et imperitiores Ecclesiae Universalis partes sit annumerandus eiusdemque Apostolicae Sedis gratia Vicarius, deficiente missionariorum copia, maximis et quotidianis apostolicis obruatur laboribus, me in medio Ecclesiae vocem elevare omnino dedecere visum fuit.

His non obstantibus, mihi tamen liceat iussioni Tuae obtemperare et vota quaedam emittere seu desideria exprimere de rebus quae in Concilio Oecumenico aliquando tractari possint, tum quoad doctrinam, tum quoad disciplinam ecclesiasticam.

Et primo quidem, sollicitudine motus erga notabilem ovilis partem doctrinae protestantismi in his nostris regionibus adhaerentem, in votum habeo ut, doctrina de fide definita integra manente, colloquium tamen cum fratrum separatorum moderatoribus instituatur ut, afflante Spiritu Sancto, omnes ad unitatem redeant.

Libeat quoque Concilio Oecumenico, annuente Summo Numine, argumenta quaedam ad Ecclesiae doctrinam spectantia, magis elucidare, utpote quaestiones de infantibus absque baptismo morientibus, de neutralitate gubernii civilis in materia religiosa, de deferentia erga opiniones acatholicorum atque de modo vivendi cum ipsis.

Quod vero disciplinam ecclesiasticam attinet, in specie quoad disciplinam sacramentorum, licet acatholici generatim maiori benignitate sint attrahendi, vita tamen religiosa ipsorum catholicorum sclerositate quadam vitiatur, siquidem peccatores publici nimia indulgentia tractantur, quod revera dubitantibus scandalum generare conspicitur. Enimvero pluribus in regionibus maior catholicorum pars, maiorum usibus et consuetudinibus imbuta, in praxi sua quotidiana doctrinam de matrimonii sacramenti sanctitate reicere videtur. Quapropter optandum est ut Ecclesia, ratione quoque habita de principibus philosophicis Afris gentibus propriis, his saltem in regionibus in quibus maior adultorum

catholicorum pars revera inter peccatores publicos connumeranda videatur, maiorem quamdam severitatem in administrando baptismo infantium ostendat, ita ut peccatorum publicorum filii illegitimi quoad baptismum solemniter conferendum infidelium infantibus aequiparari licite possint.

Postremo in voto est ut quaestiones de adultorum catechumenatu liturgicis legibus ordinando, deque ordinibus minoribus necnon maioribus ordini presbyteratus praecedentibus nostris adaptandis temporibus in Concilio Oecumenico tractari possint.

Quae omnia summa cum humilitate et submissione Eminentiae Tuae sint proposita ita ut, si Ei placuerit, eadem proponat vel reiciat prout Ipsi bene visum fuerit.

Interim Eminentiae Tuae me addictissimum servum profitendo devote subscribo

✠ CAMILLUS VANDERKERCKHOVE
Episcopus tit. Sufetulensis
Vicarius Ap. Bikoroënsis

17

EXC.MI P. D. LUDOVICI VAN STEENE

Episcopi tit. Bennefensis, Vicarii Ap. Bukavuensis (Bukavu)

Bukavu, 10 augusti 1959

Eminentia Reverendissima,

Desiderio Summi Pontificis et Vestrae Eminentiae me obviam habens, pergratum et valde honorificum mihi est humillime examini Pontificiae Commissionis submittere quasdam animadversiones et vota circa res et argumenta quae forsan in futuro Concilio tractari poterunt, prout Eminentia Vestra Reverendissima valde honorabiliter rogavit in litteris diei 18 iunii 1959.

Agetur tantum de quibusdam votis quae pastorali sollicitudine docto examini submittere audeo:

1. Legislatio iurisdictionis audiendi sacramentales confessiones prout nunc in Codice invenitur, valde intricata, immo saepe bono animarum obnoxia esse videtur. Nonne melius esset huic potestati characterem territorialem auferre, ut induat indolem personalem. Sic iurisdictio a proprio Ordinario rite concessa valeret ubique terrarum, datis dandis uti patet, et erga omnes Christifideles (concedo hanc quaestionem potius ad reformationis *Codicis Iuris Canonici* pertinere).

2. Diaconatus, prout nunc in Ecclesiastica disciplina habetur, non licet suscipi, nisi cum intentione formali accedendi ad presbyteratus ordinem...

Attamen, prout his ultimis annis saepe repetitum est, hic ordo primarium suum sensum, prout invenimus in Actibus Apostolorum perdidit: eget revalorisatione. Meo humili sensu maximi momenti erit, et pro locis missionum non aestimabilis auxilii, hunc sensum restituere ita ut Diaconatus possit conferri v. gr. fratribus institutis saecularibus vel religionibus adscriptis. Talis restauratio instituti diaconatus non tantum magnum auxilium afferret sacerdotibus nimio ministerio animarum oneratis immo et victis, sed etiam optime adiuvaret ad suscitandum ac colendum apud iuvenes amorem erga hanc vocationem nunc saepe parvipensam.

3. In eodem ordine, licet practice saepe valde difficile erit, optime esset investigare quomodo congregationes religiosae, praesertim mulierum — non loquor de monialibus, uti patet — directius et ideo efficacius cooperare possent apostolatui Ecclesiae, et hoc non tantum in propria sua dioecesi, sed in illis locis orbis terrarum, ubi earum copia fere totaliter deest, licet maxime necessaria. Nunc videmus quomodo quasdam nationes christianas permultas tales personas habere laboribus adstructas quos laici optime efficere valerent, dum aliae nationes pauperrimae maximis difficultatibus apostolatui valde nocivis laborant, praesertim in educatione puellarum et mulierum.

Idem valet de utilisatione utriusque cleri in toto orbe terrarum: dantur nationes proportionate divites et aliae pauperrimae sacerdotibus. Mobilisatio omnium virium spiritualium Ecclesiae catholicae nonne requirit, immo necessitat, ut hae copiae spirituales melius et rationabilius partiantur in mundo?

Prout nunc a disciplina Ecclesiae concipitur, servitium sacerdotale induit characterem — meo sensu — nimis alligatum tali vel tali territorio seu instituto, cum detrimento magno boni communis Ecclesiae universalis, dum reges et nationes nunc unicuique maiorem unitatem et cooperationem internationalem quaerunt.

4. Optime esset etiam verum sensum et ambitum Actionis Catholicae semel pro semper in lucem tradere, seu definire.

Licet Pius Papa XII iam expressis verbis de hac re locutus est in sua exhortatione pulcherrima ad Congressum laicorum die 5 octobris 1957, cum dolore videmus adhuc multos sacerdotes de interpretatione Actionis Catholicae inter se divisos immo oppositos esse, invocando auctoritatem Ecclesiae in sensum contrarium. Hoc non grave esset, si tantum ibi ageretur de dissensionibus mere academicis, sed, prout nu-

per adhuc audivimus de congressu quorumdam Moderatorum Spiritualium Actionis Catholicae Congi Belgici, hanc dissensionem practicas sequelas omnino nocivas zelo animarum secum ferre valde timendum est.

5. Tandem maior libertas Ordinariis Locorum utendi lingua vernacula in actione liturgica et praesertim in administratione sacramentorum ita ut populus christianus melius intelligere et sequi possit fontes vitae Ecclesiae.

En quasdam animadversiones, quas, ad instantiam Eminentiae Vestrae, pastorali sollicitudine motus, humiliter examini Ecclesiae submittere audeo.

Interim Eminentia Vestra me habere dignetur observantissimum et addictissimum servum in Christo Domino.

✠ Ludovicus Van Steene
Episcopus tit. Bennefensis
Vicarius Apost. Bukavuensis
Administrator Apostolicus Gomaënsis

18

Exc.mi P. D. HILARII M. VERMEIREN
Episcopi tit. Gibbensis, Vicarii Ap. Coquilhatvillensis
(Coquilhatville)

Coquilhatville, die 28 novembris 1959

Eminentissime Domine,

Gratissimo animo litteras Eminentiae Tuae circa praeparationem Concilii Oecumenici accepi.

Quasdam considerationes a consiliariis meis approbatas Eminentiae Tuae proponere mihi liceat.

Inde a pluribus annis inter christianos catholicos mos legendi Sacram Scripturam invecta est, diversis translationibus Novi Testamenti divulgatis. Haec consuetudo tandem nondum generalis est. Optandum foret ut saltem Novum Testamentum in singulis familiis praesto esset, ut legendo illud spiritus Christi magis ac magis penetret corda fidelium et ita vitam instaurent doctrinae Evangelii conformem.

Experientia constat lectionem excerptorum ex Sacra Scriptura in scholis christianis factam nimiam similitudinem secum ferre cum reliquis disciplinis scientiarum profanarum. Unde adulti nebulose tantum reminiscuntur historiae sacrae velut quarumdam rerum tempore diu praeterito gestarum.

Scriptura Sacra, imprimis Novum Testamentum ad nutum sumendum

a singulis membris familiae ansam praeberet ut librum vitae consulent, meditentur et abundantes fructus in eo reconditos carpant.

In regionibus ubi fides christiana passim diffusa est, saepius constat fideles unice nutriri exhortationibus a sacerdotibus praestitis; ipsi vero christiani insufficienter conantur ut veritates passive receptas meditatione propria suas faciant ut operativae fiant.

Lectione assidua, immo quotidiana, alicuius capitis Sacrae Scripturae persona Iesu melius cognosceretur. Insuper haec lectio in corde hominum amorem erga Redemptorem accenderet et ad evangelice vivendum eos induceret.

Insuper eos confundere oportet qui contendunt catholicos minus peritos esse quoad cognitionem et captum Scripturarum.

Quidam laici in fide firmi, magis ac magis Ecclesiae in operibus apostolatus assistere cupiunt. Hisce temporibus passim videmus dissidentes caput erigentes, novas ac periculosas opiniones clamantes. Laici aliquando nobis zelum fautorum infidelitatis et atheismi prae oculis ferunt. Quare, aiunt, nobis fiduciam non facitis? Cur solis sacerdotibus thesaurum fidei committitis? Actio Catholica a Summis Pontificibus strenue commendata magis ac magis exercetur. Optandum est ut centralis administratio Ecclesiae amplius subdividatur. Haec decentralisatio minime intenta ut segregatio a Romano Pontifice aut ab Episcopis occasionem praeberet laicis ut Ecclesiam repraesentent in foro profano, dummodo haec facultas eis iure concedatur, canonibus saltem generalibus statuta, ita ut diffidentia maiorum superiorum secludatur.

In voto est insuper ut Diaconatus instauretur. Diaconi magnam partem operis nunc sacerdotibus incumbentis assumere possent uti instructionem catecheseos, administrationem quorumdam sacramentorum. Praesertim ubi copia sacerdotum deest, diaconi perutilem laborem praestarent: christianorum fidem corroborare, falsos prophetas confundere qui abutentes ignorantia fidelium eos in errorem ducunt circa fidem, immo ad infidelitatem et atheismum provocant. Pius Papa XII, piae memoriae, possibilitatem huius institutionis innuerat sed tempus nondum opportunum iudicabat.

Quae omnia summa cum humilitate et submissione Eminentiae Tuae sint proposita ita ut, si Ei placuerit, eadem proponat vel reiciat prout Ipsi bene visum fuerit.

Interim Eminentiae Tuae me addictissimum servum profitendo devote subscribo

✠ HILARIUS M. VERMEIREN
Episcopus tit. Gibbensis
Vicarius Apostolicus Coquilhatvillensis

19

Exc.mi P. D. GEORGII KETTEL

Episcopi tit. Thabracensis, Vicarii Ap. Kabindaënsis (Kabinda)

Kabinda, le 9 août 1959

Eminence Révérendissime,

En réponse à la circulaire que Votre Eminence a bien voulu nous adresser sous le Prot. N. 1 C/59-1785, en vue de la préparation du futur Concile œcuménique, et bien que nous ne soyons qu'un obscur vicaire apostolique perdu dans la brousse congolaise, nous nous permettons de présenter à l'appréciation de Votre Eminence les suggestions ci-jointes qui, à notre humble avis, contribueraient à ramener un peu plus d'ordre et d'uniformité dans les fonctions liturgiques.

Baisant avec respect la pourpre sacrée, je reste de Votre Eminence Révérendissime

l'humble serviteur in Christo

✠ George Kettel
Vicaire Ap. de Kabinda

His ultimis annis, Sancta Sedes multas innovationes in rem liturgicam invexit quae populum christianum ad participationem magis fructuosam et actuosam iuvarunt, praesertim quoad Sacrificium Missae.

De his pergrati sumus.

Attamen plures sunt sacerdotes qui, sub influxu « spiritus independentiae moderni » et praescriptionum iuris canonici immemores, valde temerarie, ultra limites a Sancta Sede permissos, innovationes inducunt.

Hi audaces modus agendi sequentibus rationibus fulciuntur:

« Quare, aiunt, in his nostris regionibus, ea facere non possumus quae Sancta Sedes in aliis locis permisit? Quomodo fideles nostri intelligere possunt quod ea ipsa quae, permittente S. Sede, in regione vicina fiunt, inibi fieri nequeunt? ».

Paucis ante annis, eaedem difficultates existebant relate ad ieiunium eucharisticum. Quae difficultates feliciter evanuerunt quando Sancta Sedes, omnibus particularibus facultatibus suppressis, regulam statuit generalem et universalem.

Humillime sequentes suggestiones proponere velimus:

1. Ad eradicandum miserrimum spiritum independentiae hodiernum in re liturgica, Concilium oecumenicum iterum ac perclare firmare deberet,

a) quod « unius Apostolicae Sedis est tum sacram ordinare liturgiam, tum liturgicos approbare libros » (can. 1257);

b) « orationes et pietatis exercitia ne permittantur in ecclesiis vel oratoriis sine revisione et expressa Ordinarii loci licentia (can. 1259).

2. Ad tollendum populi mirationem et infelices variationes locales, diversae facultates particulares, quae variae in variis regionibus hucusque in re liturgica concessae fuerunt, supprimendae essent et omnes amplissimaeque huius generis facultates veluti regulae generales ad universam Ecclesiam a Sancta Sede extendi deberent.

✠ GEORGIUS KETTEL
Episcopus tit. Thabracensis
Vicarius Ap. Kabindaensis

20

EXC.MI P. D. RICHARDI CLEIRE

Episcopi tit. Claudiopolitani in Isauria
Vicarii Ap. Kasongoënsis (Kasongo)

Kasongo, 22 septembris 1959

Eminentissime Domine,

Ut ab Eminentia Tua supramemoratis litteris rogatur, maxima quaedam capita argumentorum, quae a proximo Concilio Oecumenico utiliter aut etiam necessario tractanda mihi videntur, memoravi et per modum votorum summatim conscripsi.

Quae vota, in hic annexa pagella contenta, non sunt nisi notulae, de quarum brevitate me ab Eminentia Tua excusatum opto.

Eminentiae Tuae manus reverenter deosculans, summa qua par est devotione permaneo

Eminentiae Tuae
addictissimus servus in Domino

✠ RICHARDUS CLEIRE
Vicarius Ap. Kasongoënsis

1. Ut Concilii Vaticani opus doctrinale interruptum continuetur et compleatur, et imprimis dentur opportunae definitiones et declarationes de constitutione Ecclesiae Catholicae, deque eius propagatione per universum mundum, de Corpore Christi Mystico, de Scriptura Sacra, et de praecipuis erroribus modernis.

2. Ut decretum aliquod promulgetur de relationibus Statum inter et Ecclesiam.

3. Ut Ecclesiae latinae « europaeitas » attenuetur in ecclesiis ritus latini non europaeis.

4. Ut omni conatu praeparetur et facilitetur redintegratio ecclesiarum orientalium separatarum, et fidelium omnium qui falsis doctrinis decepti ab Ecclesia Matre avertuntur.

5. Ut solemniter iteretur condemnatio materialismi, marxismi et communismi, et affirmetur doctrina socialis Ecclesiae.

6. Ut examinetur opportunitas aliquid statuendi circa doctrinam de Mediatione Beatae Mariae Virginis et alia capita maximi momenti Marialogiae.

7. Ut procuretur novus Scripturae Sacrae textus editionis Vulgatae in linguam latinam ex originalibus textibus translatus.

8. Ut procuretur Catechismi Tridentini editio nova, revisa quoad usum textus Scripturae Sacrae, et novis doctrinae capitibus aucta, aut saltem complementum eius.

9. Ut denuo et solemniter affirmetur aequalitas naturae, destinationis et iurium inter omnes homines, nulla facta distinctione originis, linguae aut pigmentationis, quia omnes sunt filii Dei.

10. Ne dubia maneant theoretica de vocatione sacerdotali aut religiosa, et ut remedia perpendantur quibus sacerdotum et religiosorum numerus possit augeri.

11. Ut opportunae dentur normae pro educatione et apostolica formatione cleri iunioris, ita ut in modo vivendi et agendi possit aptari novis et valde diversis conditionibus in quibus per mundum universum debet conversari; ne dicatur clericos iuniores in domibus seminariorum potius protegi quam efformari, quo fit ut ad vitam in mundi medio degendam non sint apti.

12. Ut, modificata norma canonis 973 § 1, liceat conferre diaconatum (aut ordines minores?) quibusdam viris qui ad presbyteratum ascendere non intendant, aut non possint, sed quorum opera maximo Ecclesiae adiutorio essent.

13. Ut examen instituatur circa statum spiritualem congregationum laicarum virorum, quae in eo a congregationibus mulierum differunt quod sacerdotum pastoralem curam, asceticam et spiritualem directionem, doctrinales instructiones non tantum non quaerunt, sed practice avertunt; quod non sine magno eorum damno fit.

14. Ut promoveatur theologia pastoralis.

15. Ut vita liturgica cum vero sensu cultus publici et adorationis in populo christiano restauretur.

16. Ut promoveatur liturgia in praxi pastorali; et aptentur novis necessitatibus, speciatim fidei propagationi per mundum universum, administratio sacramentorum, institutio et usus sacramentalium, usus liturgicus linguae vernaculae.

17. Ut reformentur libri liturgici, imprimis Pontificale et Rituale.

18. Ut tam doctrinaliter quam practice promoveantur Atcio Catholica et Apostolatus laicorum.

19. Ut noviter edatur *Codex Iuris Canonici* post emendationem et complementum.

20. Ut *Codici Iuris Canonici* addatur aliqua pars speciali modo aptata conditionibus vivendi et agendi quae in terris Missionum praevalent.

21. Ut tractentur quaestiones morales multae quae ex nova vivendi ratione et ex novis scientiis surgunt, in materia medica, economica, sociali, politica (ut sunt: « birth-control; illégitimité de la guerre moderne et de ses procédés; emploi des armes nucléaires; désarmement; etc. »).

22. Ut a Sancta Sede edatur quoddam periodicum, ab Actis Apostolicae Sedis distinctum, episcopis et eorum immediatis cooperatoribus exclusive reservatum, complectens quaestiones doctrinales, pastorales, iuridicas, asceticas, biographicas, bibliographicas et alias, quae ipsos episcopos eorumque vitam et praxim pastoralem peculiariter spectant et iuvare possunt, lingua latina et caeteris quae conveniunt exaratam, ut sunt gallice, hispanice, anglice.

✠ RICHARDUS CLEIRE
Episcopus tit. Claudiopolitanus in Isauria
Vicarius Ap. Kasongoënsis

21

EXC.MI P. D. IOSEPHI F. CORNELIS

Episcopi tit. Tunetensis, Vicarii Ap. Katangaënsis (Katanga)

Elisabethville, 20 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

His litteris adnexa Excellentiae Vestrae Reverendissimae mitto vota circa quaestiones varias quae videntur utiliter in sacro Oecumenico Concilio tractandas ad bonum Sanctae Matris Ecclesiae promovendum.

Reverenter sacram purpuram qua Excellentia Vestra insignita est deosculans me profiteor Excellentiae Vestrae Reverendissimae humillimus addictissimusque famulus.

✠ IOSEPHUS F. CORNELIS
Episcopus tit. Tunetensis
Vicarius Ap. Katangaënsis

A) *Vota circa definitiones articulorum fidei*

a) Circa Sacramenta.

1. Datis studiis hodiernis optandum est ut effectus sacramenti confirmationis apertius definiantur.

2. Ac item destinctio potestatis ordinis episcopi ac sacerdotis.

3. Ac pressius declaretur quod Sanctum Sacrificium Missae vere ac proprie sacrificium sit, non pura nova oblatio victimae divinae, atque in Missa se Christus offerens praebet ut caput Ecclesiae atque sese ut victimam offert una cum membris corporis sui mystici.

Ideoque unitas substantialis Missae cum calvario datur ex identitate sacerdotis praecipui ac victimae praecipuae. Missa tamen non omnino cum calvario confunditur sed aliqua distinctio oritur eo quod Christus offerens in Missa offerentes secum habet christianos et eo quod Christus victima in Missa secum offert adhaerentis sibi membra corporis quod est Ecclesia.

4. Quia ab aliquibus in dubium revocatum fuit, optandum est ut omne prorsus dubium tollatur a S. Concilio circa differentiam inter meritum sacerdotum assistentium S. Missae sacrificio atque fructum celebrationis missarum sacerdotum quorum unusquisque ex persona Christi, sacrificat et sacrificatur.

5. Ac definiatur quod non tantum nefas sit (can. 817) sed etiam invalida, propter oppositionem institutioni a Christo peractae, tentatio consecrationis unius materiae S. Sacrificii, absque intentione eam coniunctim cum altera consecrandi.

b) Circa Mores.

1. Quia assertum est et adhuc aliquando asseritur quod rarissime christiani vere graviter peccant circa materiam castitatis, propter imminutionem imputabilitatis ex impetu passionis, optandum est ut S. Concilium definiat quod non omnis influxus passionis imputabilitatem tollit.

2. Item eo quod adhuc aliquando non recta doceantur circa fines matrimonii atque conclusiones deducantur circa praxim, definiantur fines matrimonii exprimendo ordinem finium sacramenti matrimonii.

3. Et quia casus ignorantiae affectatae multiplicari videntur, circa eam principia definiantur.

4. Saepe acerrime inter christianos disputatur circa iustitiam distributivam. Unde valde utiliter exponi possent principia circa obligationes rei publicae et obligationes personales patroni privati et circa iustum lucrum eiusque pecuniam quam exponit in condendo opificio.

5. Ac damnetur propositio quod eleemosyna semper sit actus iustitiae et non virtutis caritatis. Ex ista enim propositione, multa deducuntur quae fideles perturbant vel abusus generant v. g. circa liceitatem occulte se compensandi propter eleemosynam existimatam tamquam debitam inferiori.

B) *Vota circa disciplinam Cleri*

1. Data penuria sacerdotum in permultis orbis terrarum partibus atque ad melius providendum necessitatibus fidelium, longe a locis commorationis sacerdotum degentium, maxime cum nostris temporibus multiplicibus periculis exponantur christiani, falsis doctrinis turbati, interdum minis ac vexationibus expositi, nonnumquam suasionibus aut promissionibus alliciti « nam mysterium iam operatur iniquitatis » ut *Paulus ad Thess.* 22, 7 scribebat, rogamus ut munus diaconi independenter ab accessum ad sacerdotium in S. Romana Ecclesia restauretur, quodammodo ad instar disciplinae orientalium.

Atque ut ad diaconatum ordinari possint etiam coniugati coniugaliter viventes, eisque statum canonicum peculiare detur, ac provideatur de praeviis studiis ac exercitiis ac requisitis a candidatis.

Haud raro fit quod seminaristae, qui ad sacerdotium idonei non fuerunt reperti, facile ad tale munus exercendum parari possint.

Hi diaconi providissimi cooperatores fieri possent in locis missionum, in vicis longe ab ecclesiis principalibus dissitis ac interdum tantum a sacerdotibus visitatis, possent verbi gratia SS. Eucharistiam in sacello custodire ac ministrare, baptizare, praedicare, infirmos in periculo mortis iuvare, defunctos sepelire, catechumenos instruere.

2. Actio Catholica miro modo evoluta est ac valde ad incrementum fidei promovendum confert. Rogamus ut magis adhuc hierarchice inhaereat corpori Christi per promotionem nonnullorum praecipuorum membrorum ad ordines minores v. gr. ad lectoratum.

3. Ut facilius instructio catechetica tamquam sacra dignoscatur et a profanis disciplinis plenius distinguatur, rogamus ut mulieres quae se totaliter ad tale opus devolvent, ac ideo statum perfectae castitatis elexerunt, statum peculiare in S. Ecclesia obtinere possint.

4. Circa privatam recitationem breviarii, rogamus ut

a) lingua vernacula generatim ad libitum uti liceat;

b) ordo officii moribus ac utilitatibus praesentibus aptetur, lectiones S. Scripturae augeantur nec parvis sectionibus secantur ac aliquid de ceteris elementis quae privatae recitationi minus conveniunt, detrahatur;

c) Ordinarii permittere valeant bis in hebdomada commutationem lectionis matutini et laudum in lectione S. Scripturae per semi-horam commutare.

C) *Vota circa ritus liturgicos*

1. Ut fideles plenius sacris ritibus participent, rogamus ut usus linguae vernaculae adhuc extendatur v. g. in benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, in consecratione campanarum et ecclesiarum ac in hebdomada sacra in cantu passionis, in adoratione crucis, in praeconio paschali, in processionibus S. Corporis Christi ac rogationum, in ritibus iuvandi morituris ac sepeliendi mortuos, in priori parte Missae.

2. Circa celebrationem S. Sacrificii rogatur

a) ut extendatur licentia utendi lingua vernacula ad partes proprias Missarum quae cantantur, et ad preces initii Missarum lectarum;

b) ut preces a Leone XIII praescriptae omitti possint post omnes Missas;

c) ut sacerdos, data benedictione, vadat privatim recitando Evangelium S. Ioannis (ut facit pontifex in Missis pontificalibus);

d) ut caeremoniae Missae solemnis ac pontificalis aliquando ad simpliciorem formam redigantur.

3. Rogamus ut nova editio reformata coeremonialis episcoporum edatur, omissis his quae prorsus ubicumque obsoleverunt, ac clarius et modo magis practica materiam exponendo, solvendo nonnulla dubia.

4. Rogamus ut calendarium S. Romanae Ecclesiae reformetur, tum imminuendo numerum festorum quae, decursu saeculorum multiplicata sunt ac quorum nonnulla videntur magis ad calendarium particulare pertinere, quorum alia videntur inutiliter duplicata (v. g. festum VII dolorum in feria VI Passionis et die 15 septembris. Inventio ac exaltatio S. Crucis - Immaculata Conceptio et festum purissimi Cordis Mariae - duo festa S. Ioannis - duo festa S. Ioannis Bapt. - duo festa cathedrae S. Petri - Litaniae Mariores et Minores) et quorum alia videntur obsoleta (ut festa SS. Nominis Iesu ac SS. Nominis Mariae) tum facultatem tribuendo Conciliis Provincialibus, tempora magis pertinentia eligendi pro rogationibus vel etiam pro aliquibus aliis sollemnitatibus, tum reducendo ad Missas votivas privilegiatas alias sollemnitates, et ut Missa votiva

SS. Cordis Iesu inter Missas votivas quae loco conventualis sufficere possunt, in Feria VI annumeretur.

5. Ut catechumeni gradatim itaque perfectius comprehendant mysteria abrenuntiationis satanae ac regenerationis christianae, rogamus ut ritus baptismi adultorum, iuxta determinatas regulas ac certis in casibus, diversis diebus, interpositis interstitiis, expleri possint.

6. Multis in locis missionum, ob ingentem numerum paenitentium in Paschate et quibusdam aliis sollemnitatibus, maximo pondere sacerdotes onerantur, ac nonnumquam omnes fideles in confessione audiri non valent. Examinetur qua via talibus difficultatibus mederi possit.

7. Translatio nova psalterii a Papa Pio XII approbata, ad choralem cantum difficile adhibetur. Rogatur ergo ut saltem pro chorali celebratione divini officii emendetur, psalterium olim in usum, immutando solummodo illa perpauca quae ad sensum plane intelligendum necessaria sunt.

D) *Vota varia*

Cum lex ieiunii et abstinentiae, multis in locis diversas propter causas, multiplicibus datis dispensationibus, vix iam servetur, rogamus ut lex mortificationis christianae, definitis a S. Universali Concilio certis principiis ac regulis, iuxta particulares circumstantias a conciliis provincialibus pro applicatione concreta determinari valeat.

✠ Iosephus F. Cornelis
Episcopus tit. Tunetensis
Vicarius Ap. Katangaënsis

22

Exc.mi P. D. IOANNIS FRYNS

Episcopi tit. Ariassensis, Vicarii Ap. Kinduensis (Kindu)

Kindu, 29 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

Gratissimo animo litteras accepi circa institutionem Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico. Humili et sincero corde Eminentiam Tuam rogo ut habeat me excusatum eo quod tam tardius responsionem mittam: propter longum iter visitationis has litteras his tantum diebus vidi. Ideo animadversiones, suggestiones, consilia a sapientioribus theologis et episcopis facta sufficiant.

Gratias agimus Deo pro fausta hac institutione Sanctissimi Patris Nostri Ioannis XXIII et Ipsi complacentiam divinam a Deo adprecamur. Magno cum fervore preces fundimus ut Spiritus Sanctus abundantiam Donorum concedat huic Pontificiae Commissioni.

Velit Eminentissimus Dominus vota faustissima accipere humilis et addictissimi servi

✠ IOANNES FRYNS
Episcopus tit. Ariassensis et Vic. Ap. Kinduensis

23

EXC.MI P. D. GUSTAVI I. BOUVE

Episcopi tit. Cremnensis, Vicarii Ap. Kongoloënsis
(Kongolo)

Kongolo, le 26 août 1959

Eminence Révérendissime,

J'ai l'honneur d'accuser bonne réception de votre très honorée du 18 juin 1959, annonçant la constitution par le Souverain Pontife, d'une Commission Antépréparatoire au Concile Œcuménique et exprimant le désir de connaître et de recevoir les avis, conseils et vœux des évêques et prélats du monde catholique.

Certes, je n'ai pas d'avis et de conseils à émettre ni à donner à Votre Eminence Révérendissime, n'étant qu'un pauvre petit vicaire apostolique dans un coin perdu de l'Afrique centrale; cependant je me permets de Vous faire part de certains désirs et vœux, que nous serions heureux de voir prendre en considération par le Saint Concile Œcuménique.

Et tout l'abord, la réunion des églises schismatiques. Nous avons en effet dans le Vicariat assez bien de grecs orthodoxes, spécialement dans les centres de Kongolo et de Manono; en général ces chrétiens sont fort bien disposés et déférents envers l'Eglise Catholique, qu'ils respectent sincèrement et apprécient hautement, assistant même à ses Offices aux grandes solennités. Si on pouvait les ramener au sein de l'Eglise et à la Communion avec l'Eglise Catholique, ce serait certes une profonde joie et pour eux et pour nous, en même temps qu'un exemple qui aurait une influence heureuse sur nos ouailles indigènes.

Ensuite nous nous estimerions heureux de voir une adaptation des lois de l'Eglise, spécialement du jeûne et de l'abstinence aux pays d'Afrique. Ces lois que nous enseignons évidemment, qui sont rappelées cha-

que jour dans les prières du chrétien, sont par suite d'indults et privilèges pratiquement sans observance. Mieux vaudrait, ce me semble, des lois générales qu'on puisse enseigner mais aussi observer.

Nous souhaiterions également certaines adaptations du Droit Canon aux pays nouveaux et peu développés.

Au point de vue liturgique, une adaptation de certaines prières liturgiques p. ex. celles des Rogations, Procession de St. Marc, aux pays tropicaux. Il faudrait mettre ces prières à la saison de l'année qui corresponde à celle de l'Europe, pour laquelle elles furent instituées.

Il me semble également souhaitable que dans les Couvents de religieuses du moins, une religieuse puisse faire office de servir à l'autel.

Voilà, Eminence Révérendissime, quelques petits points insignifiants sans doute que j'ose proposer à l'attention de la Commission Antépréparatoire. C'est peu de chose, mais ils corroboreront peut-être d'autres questions plus importantes, qui ne manqueront pas de Vous être proposées.

Toujours est-il que nous prions dès à présent pour que l'Esprit-Saint Vous assiste et Vous éclaire, ainsi que tous ceux qui sont appelés à préparer cette Auguste Assemblée, afin qu'il en sorte un immense bien et pour la Gloire de Dieu et le plus grand bien de l'Eglise elle-même et le salut des âmes.

Daignez bien agréer, Eminence Révérendissime, l'hommage de mon profond respect, avec lequel baisant Votre Pourpre Sacrée, je suis de Votre Eminence Révérendissime,

Le très humble et très soumis serviteur

✠ GUSTAVE I. BOUVE
Vicaire Ap. de Kongolo

24

EXC.MI P. D. ALFONSI I. MATTHYSEN

Episcopi tit. Berenicensis, Vicarii Ap. Lacus Alberti in Africa Centrali
(Lac Albert)

Bunia, le 27 août 1959

Eminentissime Seigneur et Vénéré Père,

A la réception de la circulaire 1 C/59-1804 du 18 juin dernier de Votre Eminence j'ai réuni une petite commission de mes collaborateurs, dont je Vous soumets respectueusement les quelques réflexions, dont l'une ou l'autre pourrait peut être donner lieu à quelque suggestion.

Que Votre Eminence me permette cependant d'insister que c'est en toute humilité que je me permets de soumettre bien simplement ces quelques considérations pour répondre à la demande de la Commission Pontificale.

Baisant humblement Votre Pourpre Sacrée j'ose demander à Votre Eminence de daigner bénir Vos humbles missionnaires, Pères Blancs, du Lac Albert et de daigner agréer l'hommage de mes sentiments de filiale et respectueuse soumission et de religieux attachement avec lesquels j'ai l'honneur d'être

de Votre Eminence Révérendissime

l'humble serviteur in X° Jesu
✠ ALFONSE I. MATTHYSEN

INTRODUCTION

La solution des problèmes qui se posent à l'Eglise aujourd'hui spécialement en Afrique centrale semble devoir être cherchée en *trois directions*:

— Une christianisation de la culture noire
— Une participation plus grande des laïcs à la vie de l'Eglise
 . . . à sa vie liturgique
 . . . à son action apostolique
— Une christianisation de l'économie moderne, spécialement des « loisirs ».

Ou, si l'on veut, d'une manière négative, le nœud de beaucoup de ces problèmes est le fait que l'Eglise reste trop, en sa forme humaine, celle du Moyen-Age, c'est-à-dire:

— trop « européenne », liée à une région;
— trop « cléricale », selon la sociologie moyennageuse;
— trop « artisanale », selon l'économie moyennageuse.

Il faudrait donc continuer et appliquer à d'autres régions que l'Europe (en Afrique) les réformes entreprises au Concile de Trente au début de la Renaissance (l'autre but de ce Concile de Trente ayant été une contre-offensive contre le protestantisme) cet autre but est hors d'actualité.

D'où nous pouvons distinguer cinq domaines dans lesquels des réformes ou adaptations seraient peut-être souhaitables:

1) La pratique sacramentaire.
2) L'année liturgique.
3) La doctrine théologique.
4) Les œuvres d'apostolat et d'éducation.
5) La vie de prière.

I. Pratique sacramentaire

A) *La Messe.*

Problème: on constate:

— Un fossé grave entre la Messe d'une part et la « vie concrète » des fidèles, d'autre part, la Messe est un « à côté » alors que c'est en elle que devrait se faire l'unité de toute la vie.

— Une incompréhension de la Messe-sacrifice: c'est presque une impossibilité psychologique pour l'ensemble des chrétiens de réaliser que la Messe est leur sacrifice, tant est abstraite cette cérémonie!

1) Emploi de la *langue vivante* pour toutes les prières de la Messe sauf le Canon.

2) Rendre obligatoire *la participation active des fidèles*: à toutes les prières pouvant être dialoguées; au geste de l'offertoire: un geste réel (quoique pouvant être symbolique).

3) Laisser un certain choix des lectures saintes (épitre et Evangile) à y faire, en réponse aux besoins des fidèles, des lieux, des circonstances. Choix à faire sous la direction de l'Ordinaire. Ces lectures pourraient ainsi faire unité avec l'instruction.

B) *Autres Sacrements en général.*

Même problème: ils demeurent des « cérémonies » abstraites qu'on ne comprend pas, auxquelles on ne participe pas activement et sans retentissiment pratique dans la vie concrète.

Eléments de solution (?):

1) Garder, tout en les purifiant, et *christianiser certaines cérémonies religieuses païennes* comme par exemple: à l'occasion des funérailles, des mariages, du rite d'initiation... et les intégrer dans le « rituel ».

2) *Adapter le symbolisme liturgique* à la culture du peuple (noir): sens des couleurs liturgiques, art religieux, vêtements liturgiques, symbolisme des gestes.

— Tout en gardant l'unité fondamentale de la liturgie, ne pourrait-on pas en distinguer 6 ou 7 grandes formes, suivant les grandes cultures humanistes: culture, et donc « liturgie » occidentale (greco-latine); culture, et donc « liturgie » sémithique (Afrique Nord, Proche-Orient); culture, et donc « liturgie » noire (Afrique centrale); culture, et donc « liturgie sino-japonnaise »; culture, et donc « liturgie indienne »; culture, et donc « liturgie slave »; culture, et donc « liturgie américaine » (Sud).

C) *Sacrement de l'Ordre.*

Ici surtout, il semble y avoir « tabou » pour les fidèles!

Ne pourrait-on pas « *réactualiser* » *certains ordres,* par exemple:

— le lectorat (« consécration » du catéchiste...);

— l'acolytat (« consécration » du servant de Messe, adulte!);

— l'ostiarat (« consécration » du sacristain);

— le diaconat (« consécration » du catéchiste chef chargé de la communauté et gardien du Saint-Sacrement en l'absence du prêtre).

II. Temps liturgiques

Problème: Le cycle liturgique du temporal, dans le cadre duquel et référence auquel devrait vivre le chrétien d'Afrique n'est acunement adapté à son rythme de vie concrète; la division en est entre saisons n'étant vraie qu'en région tempérée. Rien d'étonnant dès lors que les fidèles regardent cette division liturgique comme l'affaire du clergé, en marge de leur vie réelle... et pourtant ils sont portés naturellement à faire unité entre les rythmes de la nature et ceux de leurs activités!

Eléments de solution (?):

A) *Pour le temporal:*

1) N'y aurait-il pas moyen d'adapter la division de l'année liturgique selon les grandes régions geographiques du monde? p. e.:

— pour la chrétienté des régions polaires: selon deux grandes périodes « la longue nuit » et le « grand jour »;

— pour la chrétienté des régions tempérées: division traditionnelle;

— pour la chrétienté des régions tropicales: deux (ou quatre) périodes « la longue pluie » et la « grande sécheresse »...

2) En Europe les fêtes de Noël, Pâques (et Pentecôte) ont repris et christianisé les éléments religieux d'une religion cosmique: réveil de la Lumière solaire, réveil de la Vie dans la nature (maturation des fruits).

Il faudrait chercher pareille *christianisation des éléments religieux africains* (ici la lune semble avoir plus grande place).

B) *Pour le sanctoral*:

Les Saints actuels du calendrier ne sont guère modèles concrets pour les chrétiens. Le sanctoral leur donne au contraire l'impression « que la sainteté est l'affaire de quelques privilégiés », « clercs » en tout cas... et surtout, si possible, « evêques et confesseurs » d'Europe!...

Et cependant au début de l'Eglise, les saints étaient contemporains et compatriotes des fidèles (cf. le martyrologe et le « communicantes » de la Messe).

N'y aurait-il pas moyens de béatifier plus vite (sans pour cela engager l'infaillibilité) des chrétiens laïques, africains aussi, ou d'autres régions?

C'est-à-dire... des chrétiens « proposés officiellement comme modèles » aux fidèles d'aujourd'hui?

III. Théologie

Problème: c'est ici le fond du Problème considéré sous son aspect doctrinal: *christianiser la culture africaine.*

Lignes de solution (?):

1) Refaire pour la culture noire ce que Saint Thomas a fait pour la culture greco-latine: une synthèse philosophique religieuse africaine: à enseigner dans les petits séminaires et à employer pour l'exposé théologique dans les grands séminaires (donc continuer et complèter et assurer les recherches du P. Tempels et d'autres...).

Et en attendant de découvrir un Saint-Thomas africain, peut-être pourrait on confier ce travail à une communauté (avec africains en son sein, évidemment...).

2) *Réactualiser la morale du « dimanche » en deux directions*:

a) réajuster la notion « d'œuvre servile » selon l'économie moderne: n'est ce pas plutôt « œuvre en vue d'enrichissement individuel » (donc liée au « salaire ») plus que « travail manuel »?

Donc ici aussi compléter et « conclure » les recherches théologiques faites dans ce sens durant les dernières années.

b) L'obligation d'assister à la Messe ne devrait-elle pas « s'élargir » et s'entendre de l'obligation d'assister « à la prière communautaire officielle dominicale » donc même en l'absence du prêtre, remplacé en ce cas par le « responsable » de la communauté chrétienne. Cette loi s'étendrait ainsi aux régions de missions ou de persécutions dépourvues de prêtre.

3) *Réactualiser les lois du jeune et abstinence.*

La situation concrète des chrétiens permet de moins en moins les jeûnes et abstinences... Mais d'autre part on ne peut se contenter d'un « esprit de pénitence » qu'on laisse pratiquer selon la volonté de chacun.

Le temps des loisirs, de plus en plus nombreux dans l'évolution économique moderne, ne nous fournit-il pas une autre solution?

Il s'agirait donc pour chaque chrétien, aux temps de pénitence de consacrer une partie de ses loisirs à un « service social en esprit de charité » guidé et contrôlé par le responsable d'Eglise (curé ou son remplaçant): par exemple: travail pour les pauvres, bienfaisance, enseignement gratuit, soin des malades, etc.

IV. Œuvres (apostolat et éducation)

A). *Action catholique.*

Problème: L'Action Catholique semble être appelée à se développer de plus en plus: d'une part c'est un besoin réel de l'Eglise, d'autre part, une vocation « intérieure » y pousse les meilleurs chrétiens. Mais la multiplicité des « œuvres » d'action Catholique et les discussions sinon conflits que cette multiplicité engendre, semble nuire à ce développement de l'Action catholique, tant en extension et efficacité qu'en progrès de sainteté qu'elle devrait réaliser chez les militants.

Donc trois dangers à cela:

— moins d'efficacité par dispersion des efforts;

— les fidèles ont plus difficile à comprendre le vrai sens de l'apostolat;

— l'apostolat risque de dévier en « propagande » de parti, plus ou moins.

Eléments de solution (?):

1) *Unifier*: il n'y aurait plus telle et lelle « œuvre d'A. C. », mais l'unique Action Catholique; Croissance du Corps Mystique; Réalisation du mandat de la Confirmation.

2) *A deux degrés*:

A. C. « ordinaire » de tout chrétien confirmé; témoignage de sa vie et participation à la prière ecclésiale (Messe).

A. C. plus « spéciale » du chrétien qui y est appelé (bien comprendre ce mot!) pour réaliser plus complètement son mandat de confirmé (il y consacre donc un temps pris sur ses loisirs...).

3) ... et cette dernière se développe, se pratique, selon des formes diverses selon... l'âge: des enfants, des adultes, des jeunes; selon la situation sociale: des mariés, des mères; selon la profession; selon les besoins particuliers de la paroisse — eucharistique ou « mariage » — etc. (pratiquement sous ces « formes » se regroupent toutes les œuvres traditionnelles, mais « unifiées »).

B) *Education.*

Problèmes:

Les écoles « laïques » deviendront toujours plus nombreuses:

— C'est « normal » continuation de la laïcisation de la société commencée au XVI siècle (et qui atteint maintenant brutalement l'Afrique).

— C'est nécessaire: car l'Eglise peut de moins en moins assumer les tâches temporelles, fussent-elles spirituelles, surtout que les tâches directement surnaturelles croissent parallelement...

— Notons que cette éducation « laïque » sera de moins en moins « anti, ou contre- la religion » et c'est là un certain progrès moderne mais encore bien « indirect »... (cf. les déclarations politiques comme O.N.U.: elles supposent et respectent une base religieuse...).

— Il faut donc assurer *une éducation religieuse authentique des jeunes... mais sans compter sur l'école elle-même* (il serait vain de s'accrocher à cette solution « école »... bien qu'on puisse le regretter).

Eléments de solution (?):

1) Obliger les parents, non pas à « mettre leurs enfants dans une école catholique », solution bientôt plus possible, mais à « assurer l'éducation religieuse de leurs enfants »... sous la direction et les conseils du responsable d'Eglise pour la région (curé ou son remplaçant).

2) Parallèlement à cette « élargissement » de l'obligation des parents il faudrait « aggraver » l'obligation des prêtres et de leurs aides pour rendre possible, faciliter, et rendre effective l'ducation religieuse des enfants de la région (paroisse) sans compter sur l'école.

Les formes et moyens de cette éducation seraient à déterminer: voici une remarque à ce sujet:

Problème: On constate (ici ou moins) que cette éducation est trop

souvent en marge de la vie concrète, reste abstraite et se perd vite, si pas en habitudes, du moins en convictions.

Direction pour une solution (?):

3) Cette éducation doit être moins un « enseignement » qu'un « apprentissage » *de la vie chrétienne* (ou plutôt les deux ensemble), une sorte d'initiation pratique à la religion.

Pratiquement les jeunes, en groupe, mais peu nombreux par groupe (une dizaine) au seil de l'adolescence (plus précoce ici qu'en Europe!) seraient amenés à expérimenter « le christianisme pendant un an, durant toutes les vacances scolaires plus les dimanches: camps, retraites, services, endurances, cérémonies liturgique etc., éprouves de toute sorte... au terme de cette sorte de noviciat » auraient lieu le renouvellement des promesses du baptême. On pourrait s'inspirer de certaines méthodes des « initiations » païennes, à christianiser évidemment.

V. Vie de prière dans l'Eglise

Problème: Ici aussi; déplorable scission entre la prière officielle de l'Eglise et la vie du peuple chrétien.

Cette Prière est restée figée dans sa « forme » antique, c'est le bréviaire... tandisque la vie a évolué, progressé, s'écartant de plus en plus de cette antique forme liturgique qui bientôt (après le moyen âge) s'est réfugiée dans les « cloitres », devenant l'affaire des clercs... Il a fallu donc inventer d'autres prières répondant mieux à la langue et situation des chrétiens modernes: ce sont les prières et « dévotions » dangereusement « à côté » de la grande liturgie...

Il faut reunifier la vie concrète, la prière des fidèles, la prière ecclésiale en 1.

Eléments de solution (?): *Réactualiser le bréviaire et ainsi le rendre « praticable » aux fidèles.*

1) Simplifier:

a) abréger:

— le nombre des psaumes (3 courts, unité psychologique d'un temps de prière);

— les leçons (2 par jour: une d'Ecriture Sainte, une d'explication de la fête...);

b) réduction des « heures »:

— deux « temps » principaux: matin (laudes et prime condensées), soir (vêpres et complies condensés);

— deux « temps » moins importants: midi (tierce, sexte, none condensées), nuit (matines condensées).

2) Adapter:

a) prière « publique » (matin et soir dans chaque église paroissiale), sont invités tous les chrétiens (donc langue vivante). Ces prières prendraient place dans les « livres de prière » répandus dans la masse, au lieu des « prières du soir et du matin »;

b) chaque prêtre reste obligé à la récitation complète de ce bréviaire simplifié, mais s'il le récite seul, dans une forme plus simple encore excluant toutes les formules « dialoguées » comme les « Dominus vobiscum » et autres reponses, qu'on a coutume de se faire à soi même dans la récitation traditionnelle!

Remarques finales

1) Toutes les réfléxions précédentes concernent surtout la situation ici en Afrique Centrale.

2) A ajouter à la rubrique V. Peut-être faudrait-il aussi adapter et unifier les formes de vie religieuse...

Adapter: car les formes de vie religieuse, importées comme telles d'Europe ne « témoignent » pas les valeurs authentiques qui y sont véçues: ainsi par exemple: la pauvreté d'un abbaye etc. ... parle-t-elle aux africains? Y découvrent-ils la vraie valeur religieuse, proposée dans le sermon sur la montagne? La contemplation dans les formes dépouillées et un peu schématiques de l'Occident a-t-elle prise sur une mentalité africaine?

Unifier: mêmes remarques que plus haut (action catholique).

3) Pour résoudre ces problèmes une certaine décentralisation serait peut-être favorable dans l'organisation de l'Eglise?

Ne pourrait-on pas diviser le monde chrétien en « régions » se basant ni sur la géographie, ni sur les limites politiques (entrain de s'effacer) mais sur les grands ensembles « culturels » comme suit:

— la chrétienté d'Europe occidentale
— la chrétienté d'Amérique du Nord
— la chrétienté slave
— la chrétienté indoue (Asie sud et centre)
— la chrétienté sémite (Proche-Orient, monde arabe, et juif)
— la chrétienté « jaune » (Asie de l'Est-mongolie)
— la chrétienté « noire » ou bantoue (centre, sud de l'Afrique)
— la chrétienté d'Amérique (centre, sud).

Chacune de ces « chrétientés » ayant ses problèmes *humaines* bien spéciaux.

Ainsi sous la direction unique de Rome, en respect avec l'unité de la Foi et dans l'unité du Corps Mystique, chaque chrétienté aurait:

— sa liturgie (non essentielle)
— sa présentation doctrinale (philosophie)
— ses méthodes éducatives missionnaires spéciales...

Ainsi donc vous n'êtes plus des étrangers ni de simples résidents; mais vous êtes concitoyens des saints et membres de la famille de Dieu, bâtis que vous êtes sur le fondement des apôtres et des prophètes, avec le Christ comme clef de voûte. C'est en lui que toute la construction, en liaison parfait s'élève pour former un temple saint dans le Seigneur; c'est en lui que vous aussi, vous êtes conjointement édifiés pour devenir la demeure spirituelle de Dieu (*Eph.* 2). Ainsi soit-il.

✠ ALFONSUS I. MATTHYSEN
Episcopus tit. Berenicensis
Vicarius Ap. Lacus Alberti in Africa Centrali

25

EXC.MI P. D. FELICIS SCALAIS

Episcopi tit. Casiotani, Vicarii Ap. Leopoldopolitani
(Léopoldville)

Leopoldopoli, die 31 iulii 1959

Eminentissime Princeps,

Pergratum mihi est Eminentiae Vestrae Reverendissimae notum facere me die 25 iulii Suas litteras 1 C/59-1807 diei 18 iunii c. a. rite accepisse.

Gratias quam maximas ago Summo Pontifici qui vota Episcoporum pro futuro Concilio Oecumenico petere dignatur.

Si Augusto Pontifici placuerit ideo sequentes quaestiones in Concilio pertractari optarem.

I. *De Ecclesiologia*

1. Quaestiones de Corpore Christi Mystico. Ut nempe accurate determinetur doctrina de membris Corporis Christi Mystici, de relatione inter Christum Caput Corporis Mystici et eius membra ita ut, si fieri potest, ad definitionem dogmaticam perveniatur.

2. De relatione inter ecclesias particulares et Ecclesiam Universalem

seu de relatione inter potestatem ordinariam universalem iuris divini Summi Pontificis et potestatem ordinariam item iuris divini Episcoporum.

3. Quaestiones de « regali sacerdotio » populi fidelis.

II. *De Mariologia*

Definitio Mediationis Universalis Beatae Mariae Virginis.

III. *De Liturgia Sacra*

1. In administratione Sacramentorum ut ritus quidam accessorii et obsoleti quorum sensus vix a paucis peritis adhuc intelligitur locum cedant caeremoniis nostris temporibus magis congruentibus.

2. Ut uniformitas obtineatur in participatione populi fidelis Sacratissimo Missae Sacrificio praesertim in iis quae pertinent ad usum linguae vernaculae necnon circa ritus quosdam antiquos forsan iterum introducendos.

Oram Sacrae Purpurae humillime deosculans, Eminentiam Vestram Reverendissimam rogo ut dignetur accipere sensus maximae reverentiae cum quibus me profiteor

Eminentiae Vestrae Reverendissimae
addictissimum filium

✠ Felix Scalais
Episcopus tit. Casiotanus
Vicarius Ap. Leopoldopolitanus

26

Exc.mi FRANCISCI VAN DEN BERGH

Episcopi tit. Bosetani, Vicarii Ap. Lisalaënsis (Lisala)

Lisala, die 28 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Grata mihi fuit epistola recepta n. 1 C/59-1810 diei 18 iunii 1959 relate ad praeparationem Concilii Oecumenici.

Mihi liceat proponere vota sequentia:

1. Quoad apostolatum liturgicum: ut liturgia sacrificii Missae, quando coram populo celebratur, ac sacramentorum magis adaptetur tum

indoli tum linguae populorum, praesertim in iis partibus quae magis ipsum populum spectant, ex. gr. pars instructiva missae (lectiones, epistola, Evangelium) et cantus.

2. Ut in revisione Codicis quaedam impedimenta matrimonialia supprimantur nempe ea pro quibus practice semper dispensatio conceditur ita ut illae leges fere inutiles evadant.

Gratias divinas super opera praeparatoria Concilii Oecumenici implorans, me dico, Eminentiae Tuae

servus humillimus et addictissimus

✠ Franciscus Van Den Bergh
Episcopus tit. Bosetanus
Vicarius Ap. Lisalaënsis

27

Exc.mi P. D. VICTORIS P. KEUPPENS
Episcopi tit. Acmoniensis, Vicarii Ap. Luluaënsis (Lulua)

Mortsel, hac die 8 septembris 1959

Eminentissime Domine,

Hisce litteris Eminentiae Tuae hanc solummodo quaestionem propono ut in Concilio Oecumenico proximo venturo tractetur, nempe adaptationem liturgiae cum consuetudinibus indigenarum ita ut religio catholica amplius non appareat tamquam res extranea.

Interim ex toto corde maneo

Eminentiae Tuae humillimus servus

✠ Victor M. P. Keuppens
Episcopus tit. Acmoniensis
Vicarius Ap. Luluaënsis

28

EXC.MI P. D. ALFONSI M. VAN DEN BOSCH
Episcopi tit. Philitani, Vicarii Ap. Matadiensis (Matadi)

Matadi, 15 septembris 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Magno cum gaudio litteras de institutione Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro futuro Concilio Oecumenico recepi, et gratias ago coram Deo pro tam opportuna deliberatione, praesertim quoad finem principalem de unitate universae Ecclesiae Dei propugnanda et de pace inter populos firmiter instituenda.

Preces quotidianas Deo offero pro fausto Concilii eventu. Spero fore ut ita multum afferre valeam ad gratias et illuminationem Spiritus Sancti promovendas.

Quoad animadversiones proprias suggerendas, non necessarium arbitror, et potius malo me totum confidere Inspirationi S. Santi, qui sine dubio totum Concilium animet ac diriget.

Placeat mihi tamen Patrum Concilii decisiones concretas et adamussim expositas audire circa omnia quae in Sacra Liturgia liceat, praesertim quoad linguae vernaculae usum et ad caeremonias nimis vetustas, quae a populo nostro minus intelliguntur et saepe saepius nimis protrahuntur, uti v.g. consecrationem novae ecclesiae et similia.

Et Altissimo placeat fidem et mores inter fideles promovere necnon animas errantes ad veram Ecclesiam dirigere.

Gratum mihi est meae devotionis sensus Eminentiae Tuae promovere et fausta quaeque Tibi adprecari, dum magna qua par est reverentia Purpuram osculo et maneo

Eminentiae Tuae Reverendissimae

in Christo servus

✠ ALFONSUS VAN DEN BOSCH
Episcopus tit. Philitanus
Vicarius Ap. de Matadi

29

Exc.mi P. D. FRANCISCI O. DE WILDE

Episcopi tit. Tadamatensis, Vicarii Ap. Niangaraënsis (Niangara)

Die 5 octobris 1959

Eminentia Reverendissima,

Cum summa reverentia significo Eminentiae Vestrae Reverendissimae litteras Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico bene recepisse. Itaque respondens Voto Suae Sanctitatis Summi Pontificis Ioannis XXIII fel. reg., humiliter propono Pontificiae Commissioni quaestiones sequentes quae in futuro Concilio tractari poterunt:

— An determinari non possit quomodo sit agendum cum schismaticis orthodoxis in re sacramentaria, praecipue in articulo mortis sive sint sensibus destituti sive non, quando illis nulla alia patet possibilitas adiumenti spiritualis.

— An examinari non possit possibilitas mutandi dispositiones Iuris Canonici, ita ut ordines minores, vel etiam Diaconatum recipere valeant, praecipue in territoriis missionum, coadiutores laici, qui ad sacerdotium non destinantur vel et quandoque matrimonio iuncti sunt.

Cum summa reverentia qua par est Eminentiae Vestrae Reverendissimae me profiteor filium submissum.

Franciscus O. De Wilde
Episcopus tit. Tadamatensis
Vicarius Ap. Niangaraënsis

30

Exc.mi P. D. IOSEPHI PETRI A. WITTEBOLS

Episcopi tit. Callipolitani, Vicarii Ap. Vambaënsis (Wamba)

Wambae, 1 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

Magno cum gaudio nuntium recipimus Summum Pontificem Ioannem XXIII fel. regn. decrevisse Concilium ad unionem inter omnes christianos promovendam praecipue ordinatum.

Sat multi Graeci orthodoxi in nostro Vicariatu degunt et omnes, quasi unanimiter, istam unionem optant atque votis appellant.

Quoad res et argumenta quae in futuro Concilio tractari poterunt, mihi videtur positionem Episcopi missionarii non esse optimam ut animadversiones, consilia et vota exprimere valeat. Apostolatu enim navamus in longinquis incultisque regionibus et hoc facere conamur secundum directiones et consilia Apostolicae Sedis.

Attamen pauca argumenta breviter hic enucleare conabor:

1. Cum Theologia Mariana hisce temporibus miro progressu sese evolvit, investigatione dignum videtur utrum necne opportunum esset dogma de Mediatione Universali Beatae Mariae Virginis proclamare.

2. Ut ministerium animarum magis magisque promoveatur et melius conditionibus praesentibus adaptetur, mihi perutile videtur, ut ad inquisitionem et discussionem Patrum Concilii proponantur ea opera auctorum peritorum quae ad hoc intendunt ut diaconatus et ordines minores non solum ut gradus ad presbyteratum sed ut ministerium particulare et proprium in Ecclesia de novo in honore restituantur.

3. Optimum est ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiae revocentur sed pariter optandum est ut ad quamdam « decentralizationem » gubernii eveniatur. Certe et evidenter primatum et universalitatem potestatis Petri firmum defendimus sed bonum esset ut illa privilegia et facultates quae Orientalibus hodie recognoscuntur aliis etiam concederentur.

Ne in minimis declinem, dicam me videre universalem et unitam Ecclesiam in futuro constitutam ex diversis ecclesiis magis ad cultum nationum adaptatis; et quidem: Ecclesia latino-occidentalis; Ecclesia graeco-orientalis; Ecclesia slavica; Ecclesia asiatica; Ecclesia africana. Sic evenire poterimus ad unitatem in diversitate et magis promoveremus adaptationem rerum liturgicarum, disciplinarium et pastoralium ad cultum proprium uniuscuiusque gentis.

Haec puncta humiliter proponendo, Eminentiae Vestrae manum reverenter deosculans, summa qua par est devotione permaneo

Eminentiae Vestrae
observantissimus famulus

✠ Iosephus Petrus A. Wittebols
Episcopus tit. Callipolitanus
Vicarius Ap. Vambaënsis

31

REV.MI P. D. GULIELMI VAN DEN ELZEN
Praefecti Ap. Dorumaensis (Doruma)

Doruma, 14 augusti 1959

Eminentia Reverendissima,

Sollicitudo pastoralis et zelus animarum pro incolis in Congo Belgico — praesertim in Praefectura Nostra — est sollicitudo Ecclesiae Universalis.

Nam Communismus etiamque Macometani activitatem habent maximam. Oportet disciplinam severrimam adesse et pro clericis et pro populo christiano. Exemplum etiam Caritatis Christianae.

Seminaristae et alumni scholarum etiam omnes fideles et nos sacrificia et orationes offerunt pro futuro Concilio Oecumenico et etiam pro Summo Pontifice Nostro Ioanne XXIII.

Eminentiae Vestrae humillimus servus

✠ GULIELMUS VAN DEN ELZEN
Praefectus Ap. Dorumaensis

32

REV.MI P. D. ALOYSII JANSEN
Praefecti Ap. Isangiensis (Isangi)

Isangi, 22 augusti 1959

Eminetnissime Domine,

Pergratum mihi est Paternitatem Tuam Eminentissimam certiorem facere me accepisse litteram Prot. N. 10/59-1938 a Pontificia Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico die 18 iunii 1959 expeditam.

Cum Praefectura cuius gubernationi praefectus sum admodum recentior sit, difficultates consuetas experitur huiusmodi missionibus incipientibus proprias. At Deo gratias agere oportet, quia progressus lentus sed continuus percipi potest.

Ut Concilium multos afferat fructus, preces meas necnon christianorum mihi commissorum tibi promitto.

Insuper rogo Te, Eminentissime Domine, ut mihi et omnibus missionariis Praefecturae Isangiensis Tuam paternam benedictionem largiri digneris.

Dominationi Tuae Eminentissimae
addictissimus in Christo et M.

✠ ALOYSIUS JANSEN
Praefectus Ap. Isangiensis

33

REV.MI P. D. IOANNIS F. WATERSCHOOT
Praefecti Ap. Lacus Moëri (Lac Moero)

Kilwa, 30 augusti 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Haec sunt vota quae, ex desiderio Eminentissimae ac Reverendissimae Paternitatis Vestrae mihi significato, vel ad promovendam tam desideratam unionem Ecclesiarum disiunctarum, vel ad iuvandum pastoralem laborem cum meliori efficacia tam in missionibus quam in regionibus christianis, Commissioni Pontificiae pro Concilio oecumenico humiliter proponere desidero et audeo:

1. Declaratio seu definitio formae collegialis a Christo Iesu gubernationi suae Ecclesiae impositae, firmiter tamen retenta forma monarchica a Sacro Concilio Vaticano definita.

2. Restitutio diaconatus ut ordo sacer in se completus, id est non necessario ordinatus ad ulteriorem gradum presbyteratus; insuper, pro diaconibus qui vellent semper in gradu inferiori permanere, licentia matrimonii contrahendi. Hi diaconi possent praedicare, communionem distribuere, sollemniter baptizare, saltem infantes quotidie, benedictiones impertire tam pro vivis quam pro defunctis, matrimoniis assistere (benedictione nuptiali in Missa excepta), exsequiis ecclesiasticis praeesse (exclusa Missa!), administrationem temporalem ecclesiarum regere sub dependentia presbyteri.

3. Restitutio graduum inferiorum Ordinis ut gradus independentes, id est non necessario ordinati ad ulteriores gradus; simul et creatio novorum graduum, verbi gratia: ordo commentatorii, ordo visitatoris, ordo fossoris, ordo catechistae. Sic ordinati, post formationem sufficientem sed non longiorem, etiam si essent matrimonio iuncti, adiuvare possent sacerdotes ex officio et cum gratiis Ordinis, in opus ministerii pastoralis

et liturgici, v. g. lector in lectionibus divinis Missae, commentator in directione spirituali populi christiani durante officio divino, visitator in benedictionibus impertiendis domibus vel agris vel pueris vel aegrotantibus, fossor in benedictionibus impertiendis tumulis christianorum nostris temporibus tam remotis ab ecclesiis, catechista in doctrina christiana ex officio disseminanda, etc.

4 .Creatio commissionis internationalis pro meliori et efficaciori distributione sacerdotum tam saecularium quam religiosorum.

5. Latior legislatio de habitu ecclesiastico.

6. Reservatio magis magisque completa laicis christianis bene formatis administrationis et executionis operum omnium caritatis et misericordiae, exempli gratia scholarum christianarum in omnibus gradibus, seminariis ecclesiasticis exceptis.

7. Latior usus linguae vernaculae in sacra liturgia, tam in Missa quam in officio divino etiam pro sacerdotibus, verbi gratia in lectionibus Scripturae sacrae vel Patrologiae. Item creatio commissionis pro accelerata reformatione lectionarii officii, seu pro eligendis lectionibus Patrologiae vel Scripturae Sacrae magis idoneis et salutaribus.

8. Adaptatio calendarii ecclesiastici conditionibus totius mundi,.v. g. metereologicis in Quattuor Temporibus vel in Rogationibus, per concessionem missarum et officiorum magis accomodatorum.

9. Distributio ceremoniarum praecedentium baptismum solemne adultorum in omni decursu catechumenatus, ita ut non taedium generant, tam pro catechumenis et fidelibus quam pro sacerdotibus, sed magis gaudium in progressu et aedificationem in perseverantia.

Haec vota cum omni desiderata humilitate et reverentia, Eminentissimae ac Reverendissimae Paternitati Vestrae, necnon et Sacrae Commissioni Pontificiae communico, genibus in terra provolutus, et religiose dans oscula Sacrae Purpurae Vestrae.

Eminentissimae ac Reverendissimae
Paternitati Vestrae
devotus servus

IOANNES F. WATERSCHOOT
Praefectus Ap. Lacus Moëri

34

Rev.mi P. D. MARCELLI E. VAN RENGEN
Praefecti Ap. Mvekaënsis (Mweka)

Mweka, die 23 augusti 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Acceptis litteris quas Eminentiae Vestrae infrascripto mittere placuit, primum argumentum responsi sponte sua obveniebat e periculo quod his ultimis temporibus etiam in Praefectura Apostolica Mvekaënsi grassatur nempe divulgatio quam latissima apud incolas libellorum Novatorum haereticorum e quodam centrali officio diffluentium.

Pro viribus sane missionarii, sodalibus Legionis Mariae adiuvantibus, conantur huic impetui obsistere. Sed, dum unum alterumve illorum libellorum lectorem in meliores partes adducere satagunt, centeni alii, quos attingere nequeunt, haereticis commentis infestantur. Ut hi quoque necnon illi qui palam de catholica veritate alloqui respuunt, salvificum nostrae religionis nuntium facilius prae oculis habere possint valde optandum est ut media quibus adversarii utuntur et nobis in promptu sint. Quapropter ausus sum in prima adnexa pagella quaedam proponere ad medendum contagioni cuius tabidos effectus localiter animadverto sed quae, ut malum universum, generalem curandi rationem expostulat.

Quae in altera adnexa pagella proponuntur apostolatum a missionariis exercendum respiciunt quando legitime e proprio territorio discedunt et alibi commorantur.

Plurima cum veneratione ut humillimus Eminentiae Vestrae in Christo servus subsigno,

Marcellus Van Rengen
Praefectus Ap. Mvekaënsis

Propositum de erigendo Officium Centrale Informationis Catholicae

Neminem fugit operosum studium quo novatores haeretici incumbunt alios ad suam religionem convertendos plurimum consequi spargendo ubertim libellos in quibus concinne et ad captum omnium capita suae doctrinae necnon veritatis corruptiones, ut aiunt, Romanae Ecclesiae exponunt.

Asseclae in his compendiis se iactant dum alii acatholici ad quos haec scripta perveniunt non raro ibi oraculosum suo sensui religioso responsum invenire sibi effingunt, nostrates etiam, imprudenter hos libellos manu volventes vel tantum eorum commenta audientes, haesitabundi fiunt per illecebrosam religionis a-hierarchicae commoditatem et per detractationes in Ecclesiam quas refellere se impares sentiunt.

Quo pro rata parte Ecclesia queat hunc sectarum impetum refringere, in votis est, ab hoste discendo, ut condatur v. g. Officium Centrale Informationis Catholicae quod scripta in vulgum vulganda elaboret quae adstricte et plane sive genuinam veritatem exponant sive varios errores redarguant.

Sane non desunt tentamina huic necessitati laudabiliter inservientia sed limitantur sive lingua vernacula qua utuntur sive opibus technicis et pecuniariis quibus coartantur. Efficacius esset vero si textus archetypici a peritis elaborati apud supra memoratum Officium Centrale exstarent, qui textus cura eiusdem Officii in desideratis linguis ederentur et ad omnem artis divulgationis hodiernam rationem diffunderentur.

Hic centralis necnon universalis apostolatus preli tam latum inveniret campum quam patet sollicitudo qua Ecclesia ea Sancti Pauli enitet consequi: « omnia et in omnibus Christus » (*Col.*, 3, 11).

Si Sacrae Congregationis Concilii catechesi invigilandi munus inspicitur, dubitandum est an haec Sacra Congregatio non huius operis exsecutioni praeficiatur.

Propositum de concedendo Missionariis legitime alibi commorantibus facultates circa confessiones excipiendas et verbum Dei praedicandum quibus gaudent in suo territorio.

Per feriarum menses quos post statutos annos missionarii extra proprium territorium degunt, non infrequenter in auxilium apostolatus vocantur. Quod fit variis in occasionibus dum transeunt de dioecesi ad dioecesim cum v. g. parentes invisunt vel apud amicissimos dona pecuniaria quaerunt vel in domibus propriae religionis ad tempus devertuntur.

Iuxta sacrorum canonum praescripta tenentur ut a pluribus curiis episcopalibus debitas facultates ad confessiones audiendas et ad verbum Dei praedicandum obtineant. Ut his facultatibus, quae ceteroquin per meram formalitatem administrativam conceduntur, uti possint sine recursu ad Reverendissimum Ordinarium uniuscuiusque loci sequens propositum in votis est:

« Ut missionarii, dum legitime extra proprium territorium commo-

rantur, eisdem facultatibus ad confessiones audiendas et ad verbum Dei praedicandum gaudeant quas a proprio Ordinario acceperunt ».

Quae supra habentur Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico humillime obsequentissimeque proponit

MARCELLUS E. VAN RENGEN
Praefectus Ap. Mvekaënsis

35

CONVENTUS ORDINARIORUM
Congo et Ruanda Urundi

Kisantu, le 5 mai 1960

Eminence Révérendissime,

Le Comité Permanent des Ordinaires du Congo et du Ruanda-Urundi, auquel se sont joints les Archevêques qui ne faisaient pas encore partie de cette assemblée avant la récente instauration de la Hiérarchie sacrée au Congo, vient de tenir l'une de ses assises annuelles à Léopoldville.

Bien que ses membres aient tous répondu personnellement à l'invitation que Votre Eminence leur a adressée en faisant connaître leurs vues sur les sujets à traiter par le prochain Concile Œcuménique, l'Assemblée a cependant reconnu l'opportunité de soumettre respectueusement à la bienveillante attention de Votre Eminence un certain nombre de questions qui la préoccupe d'une façon particulière, à cause de leur importance et de l'incidence que leur solution aura dans la vie chrétienne de ces régions.

Unanimement, l'Asseblée a cru devoir formuler les vœux suivants:

1. Que le Concile continue l'œuvre doctrinale commencée par le Concile du Vatican concernant la *constitution de l'Eglise Catholique,* et notamment:

— qu'il définisse le pouvoir d'ordre et le pouvoir de juridiction des Evêques;

— qu'il décrive la vie intime de l'Eglise, corps mystique du Christ;

— qu'il précise la place et le rôle des laïcs dans le sein de l'Eglise, donnant ainsi une base à la théologie du laïcat, et définissant plus nettement la notion et le rôle de l'apostolat des laïcs et de l'action catholique;

— qu'il précise dans quels rapports avec l'Eglise se trouvent les

non baptisés, les hérétiques et les schismatiques, quand ils sont de bonne foi;

— qu'il proclame les principes qui doivent régir les relations entre l'Eglise et l'Etat.

2. Que le Concile reprenne l'étude du *sacrifice* de la messe, celle-ci étant présentée de plus en plus *exclusivement* comme un banquet (la cène) par les liturgistes.

3. Que le Concile déclare que la charge de la propagation de la Foi et en général de l'apostolat auprès des acatholiques n'incombe pas seulement au Souverain Pontife, mais *collégialement* à tous les Evêques catholiques du monde. Car c'est à tous les Apôtres ensemble que Notre-Seigneur a donné le pouvoir et le devoir de prêcher l'évangile dans le monde entier.

4. Que le Concile fasse une déclaration nette concernant la valeur universelle de l'Eglise Catholique pour tous les hommes sans distinction de race, l'égalité de tous dans le domaine de la grâce divine, le rejet de toute espèce de racisme, et de discrimination ou ségrégation raciale.

5. Que le Concile ordonne d'entreprendre une révision du Code de Droit canonique et que celle-ci tienne compte des adaptations à faire aux pays de Missions.

6. Que soit restauré et rénové l'ordre du diaconat, en modifiant la mesure codifiée par le can. 973 § 1, qui empêche d'ordonner au diaconat un sujet qui n'est pas destiné à l'ordre du presbytérat; et en statuant sur les fonctions propres de ces diacres, qui pourraient être particulièrement utiles en pays de Missions.

7. Que le travail de rénovation liturgique soit conduit à bonne fin, et qu'il tienne spécialement compte des besoins de l'Eglise en Missions.

8. Que soit entreprise une révision et une normalisation du Bréviaire, et qu'elle tienne compte de tous ceux qui ne récitent pas l'Office au chœur.

9. Que soit entreprise une révision du Pontifical, et qu'elle tienne compte des nombreux pays dont le clergé est rare et surchargé, et des besoins des pays de Missions.

10. Que le Concile accorde un usage beaucoup plus large de la langue du peuple dans la Liturgie et très spécialement dans la célébration de la Sainte Messe et l'administration des sacrements.

11. Que soit réformé le Rituel en vue de le réadapter aux besoins de la vie de notre époque, spécialement dans les pays non européens et de le rendre plus accessible au peuple par l'emploi plus large de la langue vernaculaire.

Daigne Votre Eminence Révérendissime agréer l'hommage des sentiments les plus respectueux dans lesquels, baisant la pourpre sacrée, nous Lui offrons, au nom de l'ensemble de l'épiscopat du Congo et du Ruanda-Urundi, l'assurance de notre entière et filiale soumission.

✠ A. VERWIMP
Evêque de Kisantu
Président du Comité Permanent

✠ F. SCALAIS
Archevêque de Léopoldville
Secrétaire du Comité Permanent

ERYTHRAEA

1

EXC.MI P. D. ASRATIS M. YEMMERU

Episcopi tit. Urimensis, Exarchae Ap. Asmarensis (Asmara)

Asmara, 19 dicembre 1959

Eminenza Reverendissima,

Con involontario ritardo invio, qui allegato, il Promemoria chiestomi da Vostra Eminenza Reverendissima con Circolare N. 1 C/59-1909 del 18 giugno u. s. Più che un esposto di desiderata il promemoria vuol esser una raccolta di note, intesa ad illuminare codesta Pontificia Commissione Antipreparatoria su posizioni dottrinali e disciplinari dei Fratelli separati d'Etiopia. All'uopo ho preferito arrivare con un po' di ritardo pur di precisare alcuni punti che si prestavano a discussioni.

Mi valgo dell'incontro per esprimerle i sensi della mia sincera devozione e dichiararmi

dell'Eminenza Vostra Reverendissima
dev.mo nel Signore
✠ ASRATE MARIAM
Esarca Apostolico

Posizioni Dottrinali e Disciplinari
della Chiesa d'Etiopia

1. *SS. Trinità*: Lo Spirito Santo procede dal Padre soltanto.

2. *Incarnazione*: In Cristo vi è una sola natura. — N. B.: la questione del numero delle nature in Cristo è capita soltanto dal ceto intellettuale, mentre la gran massa non ne sa niente.

3. *Creazione*: L'anima viene, per partizione, dai genitori: perciò Gesù ha preso anima e corpo dalla Vergine.

4. *Paradiso e inferno*: All'infuori della Vergine non c'è chi sia entrato nel Paradiso, come neppure nell'Inferno. Questi non sono stati ancora aperti; verranno aperti dopo il Giudizio universale. Attualmente le anime vanno nell'Eden o nel Limbo.

5. *Battesimo*: Nel Battesimo per immersione il bambino viene immerso per tre volte fino alle spalle; soltanto all'ultimo lo si immerge

fino alla testa. Subito dopo il Battesimo viene data al neofita l'Eucaristia e la Cresima. L'età richiesta per il Battesimo è di quaranta giorni per i maschi, e ottanta per le femmine. — N. B.: il Battesimo della Chiesa d'Etiopia è dubbio, per cui generalmente vengono ribattezzati *sub conditione* quanti si convertono al cattolicesimo. Non è facile precisare la procedura battesimale seguita dalla Chiesa etiopica: la richiesta di assistere al Battesimo, avanzata da qualche sacerdote cattolico, viene generalmente respinta per tema di svelare il segreto.

6. *Cresima*: La Cresima non esiste come Sacramento a sè: viene amministrata soltanto nel Battesimo.

7. *Eucaristia*: Per la Santa Messa si deve usare pane di frumento fermentato, della giornata ed ancor caldo. Per la Comunione è d'obbligo il digiuno di 12 ore. — N. B.: Non c'è presentemente l'uso di conservare l'Eucaristia. L'introduzione della Messa e Comunione vespertine non ha mancato di scandalizzare la Chiesa etiopica.

8. *Penitenza*: La formula dell'assoluzione è « Iddio ti assolva » da pronunciarsi sul penitente dopochè questi ha confessato i propri peccati al Sacerdote.

9. *Estrema Unzione*: C'è, ma non è praticata: è caduta in disuso.

10. *Ordine*: Gli Ordini Sacri propriamente detti incominciano dal Diaconato.

11. *Il matrimonio*: il vincolo matrimoniale è solubile ed è permesso contrarre matrimonio (con l'Eucaristia) con due, tre, ecc. una dopo l'altra. — *N. B.*: L'esempio degli acattolici incide negativamente sui nostri fedeli: numerosi sono i casi di divorzio e di unioni illegittime. Moltissime volte si giunge a negare alle mogli abbandonate l'onesto sostentamento, per cui queste vengono in strettezze. A noi è rimproverato di non avere altro da opporre a questo abuso all'infuori di pene canoniche. Il vincolo matrimoniale non ha nessuna tutela giuridica nel foro civile, perchè è legalmente ammesso il divorzio.

12. *Participatio in Divinis*: N. B.: In occasione di festività civili personalità e funzionari di Governo vengono invitati, indistantamente, ad assistere a funzioni religiose della Chiesa nazionale. A voler ricordare ai fedeli i loro obblighi in materia si è tacciati di disgregazionismo politico. I fedeli poi che per conformismo ci tengono ad assistere alle funzioni si scolpano dicendo che la loro è una partecipazione puramente materiale. D'altra parte il clero della Chiesa nazionale, irritato dalla nostra presa di posizione, vieta ai suoi fedeli, anche con minacce, di frequentare le nostre chiese ed i nostri ambienti.

13. *Digiuno*: Il digiuno è considerato come un articolo di fede, per cui chi non digiuna è considerato come un infedele. Digiuno signi-

fica anche astinenza dai latticini. — N. B.: Ammalati, anche se moribondi, ricusano, durante il periodo di digiuno, di prendere carne o latticini: per loro rompere il digiuno equivale apostatare.

14. *Gerarchia*: N. B.: La gerarchia della Chiesa etiopica non è facile a riconoscere altra autorità religiosa su di sè: presume di non aver bisogno di altri. Questo è un grande ostacolo all'unione.

15. *Cristianesimo*: Esser cristiano significa, per la gran massa, andare a baciare la porta e le mura della chiesa ripetendo, a seconda del titolare, Maria SS. ... S. Michele ... S. Giorgio ... abbi pietà di me. Non si va dentro la chiesa, ma ci si ritira a conversare del più e del meno. Naturalmente i fedeli non hanno la minima idea di ciò che avviene dentro la chiesa. Qualora anche il clero li inviti ad entrare per ricevere l'istruzione catechetica, non accettano: anzi si allontanano per tema che si voglia impor loro qualche innovazione.

✠ ASRATE MARIAM
Esarca Apostolico

2

EXC.MI P. D. I. C. ALOYSII MARINONI

Episcopi tit. Pisitani, Vicarii Ap. Asmarensis Latinorum
(Asmara)

Asmara, 20 augusti 1959

Libentissime postulationibus in litteris Eminentissimi Card. Dominici Tardini diei 18 iunii 1959 Prot. N. 1 C/59-1761, a Secretis istius Pontificiae Commissionis pro futuro Concilio Oecumenico, respondendo, humillime subicio Consilio Vestro, haec quae sequuntur:

I. *Proponitur*: Ad augendam frequentiam SS. Communionis, absente Ministro, ut deputetur pro dispensatione SS. Eucaristiae aliqua persona idonea, praesertim Religiosa, vel laica, notae probitatis.

II. *Proponitur*: Abolitio irregularitatis pro natis ex illegitimo Mamonio, qua arcentur ab ingressu in Ordines vel Congregationes Religiosas, a susceptione Sacrorum Ordinum et a dignitatibus Ecclesiasticis.

III. *Proponitur*: Ut fideles Orientales liberi ingredi valeant in latinas Religiones, seu Congregationes, cum pratica plenaria Ritus Latini, et vicissim.

IV. *Proponitur*: Deminuitio vel reductio ad simpliciorem formam Caeremoniarum baptismatis adultorum.

V. *Proponitur*: Ut in Canone Missae et in Officio Divino exprimatur nomen Vicarii vel Praefecti Apostolici, dummodo insigniti sint charactere Episcopali.

VI. *Proponitur*: Constitutio apud S. Sedem Tribunalis competentis ad tractandas et etiam definiendas, in prima Instantia, causas pro nullitate Matrimonii, propositas tribunalibus in parvis Dioecesibus, Vicariatibus, Praefecturis Apostolicis etc. ... in quibus saepe deest numerus virorum qui requiruntur ad constituendum Tribunal Conlegiale; relicto tamen ipsis tribunalibus onere conficiendi processum instructorium, non requisito conlegio iudicum, ut fit in processibus pro dispensatione super matrimonium ratum et non consummatum.

VII. *Proponitur*: Ut Decretum S. Congregationis Sacramentorum diei 14 septembris 1946, de Ministro Extraordinario Sacramenti Confirmationis, pro iis qui in periculo mortis sunt constituti « *ex gravi morbo* » extendatur etiam pro iis qui in vero periculo mortis sunt constituti, ex quavis causa (e. g. bello, exsecutione sententiae capitalis, vel imminenti et periculosa operatione etc.) et pro Ministro instituatur Sacerdos qui opem suam fert pro constituto in periculo mortis.

VIII. *Proponitur*: Codificatio vel recognitio legum liturgicarum pro Ritu Latino.

IX. *Proponitur*: Ut error circa qualitates physicas vel morales personae declaretur « *impedimentum dirimens* » matrimonii, quando idem error si antea recognitus, matrimonii celebrationem impediisset.

X. *Proponitur*: Relaxatio Clausurae Papalis pro stricte parentibus Religiosorum vel Religiosarum graviter decumbentium.

XI. *Proponitur*: Permissio facultatis binationis ad iudicium Ordinarii, ad fovendam Eucaristicam pietatem, etiam diebus ferialibus.

Summa cum devotione, me subscribo

✠ I. C. Aloysius Marinoni
Episcopus tit. Pisitanus
Vicarius Ap. Asmarensis Latinorum

GAMBIA

1

Exc.mi P. D. MICHAËLIS J. MOLONEY

Episcopi Bathurstensis in Gambia
(Bathurst in Gambia)

19 augusti 1959

Eminentia Reverendissima,

Pergratum mihi est te certiorem facere me epistolam tuam Prot. N. 1 C/59-206 accepisse.

1. Cum Diocesis Bathurstensis perexigua sit et cum incolae eius plerumque sint Mahumetani studio quaestionis Mahumetanorum maxime teneor.

Me iudice apostolatus ad Mahumetanos his (inter alias) de causis deficit:

a) Missionarii evangelium Mahumetanis directe non praedicant. Sunt contenti caritatis operibus e. g. orphanotrophiis, nosocomiis, scholis. Grata beneficiorum memoria tantum, minime conversio, consequitur.

b) Christianitas et cultus Occidentalis in animis Mahumetanorum idem significant.

c) Ecclesia, in Africa, plerumque commercium habet tantum cum Mahumetanis ineruditis — cum illis qui doctrinam neque Iesu Christi neque Mahumed intelligunt.

2. Itaque omni cum reverentia moneo ut si fieri potest doctores Ecclesiae, et maxime ii qui in doctrinis Mahumetanorum versantur, in concilio cum doctoribus Mahumetanorum disceptent, praecipue de his quaestionibus:

a) de propagatione Materialismi — cui et Christiani et Mahumetani resistunt;

b) de statu Domini Nostri Iesu Christi et Beatae Mariae Virginis in « Koran ».

3. *De conversione Protestantium.*

Concilium Oecumenicum maxime unitatem omnium Christianorum desiderat. Ad hunc finem promovendum mihi videtur debere in unum conferri summarium illarum veritatum quae plerumque ab acatholicis

non intelligantur. Plurimi acatholici impediuntur quominus in Ecclesiam intrent quia minus recte nonnullas veritates Ecclesiae intelligunt. Fortasse, in concilio et sub auctoritate Ecclesiae, cleri et laici qui ad Ecclesiam Dei sunt conversi tales veritates colligerent et explicarent.

Eminentiae Tuae addictissimus

✠ MICHAËL J. MOLONEY, C. S. Sp.
Episcopus Bathurstensis

GHANA

1

Exc.mi P. D. IOSEPH BOWERS

Episcopi Accraënsis (Accra)

Die 25 septembris 1959

Your Eminence,

In reply to Your Eminence's request, under the date of 18 June, 1959, I am enclosing herewith the *vota ad Concilium generale proponenda* of the Diocese of Accra, Ghana.

Kindly accept my sincere apologies for being tardy in sending in our proposals for the coming General Council. I have been absent from my Diocese for some weeks and am just now winding up my trip.

Since I am here in the Eternal City for a few days, the opportunity is afforded me of presenting these proposals.

I should like to assure His Holiness, Pope John XXIII and Your Eminence that our clergy and Faithful of the Diocese of Accra are remembering the forthcoming General Council of the Church in their prayers and sacrifices. May God the Holy Spirit direct the preparations and preside over the deliberations of this historic meet, this is our prayer.

With every best wish for Your Eminence's personal well being and the assurance of my prayers for Your Eminence as the Holy Father's Secretary of State, I am

Most sincerely yours in the Holy Spirit,

✠ Ioseph Bowers

1. Ut omnes Superiores Maiores, Superiores Regionales, Rectores, antequam suis muneribus fungi incipiant, per brevem cursum introductorium bene se praeparent.

In specie:

a) Ut supradicti superiores per saltem duas hebdomades se dedicent ad recensendum Constitutiones Ordinum et Congregationum propriarum, decreta et regulationes Apostolicae Sedis quae ad sua officia spectant. Bene studeant etiam supradicti Superiores modo agendi cum variis « departamentis » propriarum familiarum religiosarum ut prae-

scribitur per consuetudines et interpretationes authenticas a Conciliis Generalibus enuntiatas.

b) Ut in lucem edatur aliquis libellus (« manuale ») quae haec omnia (decreta, regulationes, consuetudines, interpretationes authenticas) contineat.

2. Ut Statuta Missionalia Ordinum et Congregationum laborantium in Missionibus Exteris emendentur secundum principia enuntiata in encyclicis recentioribus Paparum et decretis Apostolicae Sedis quae de Missionibus tractant.

3. Ut media aptissima inveniantur quibus decreta Apostolicae Sedis ad Ordinarios in Missionibus degentes formaliter et celerius communicentur.

✠ IOSEPH BOWERS
Episcopus Accraënsis

2

EXC.MI P. D. ANDREAE VAN DEN BRONK
Episcopi Kumasiensis (Kumasi)

Kumasi, 2 décembre 1959

Eminence,

Ci-joint veuillez trouver les vœux qu'en réponse à l'appel du Saint Père je désire soumettre, hélas bien tardivement.

Veuillez avoir l'obligeance de les accepter encore si vous les jugez utiles.

Daigne Votre Eminence m'excuser et agréer l'expression de mes sentiments respectueusement dévoués

✠ ANDRÉ VAN DEN BRONK
Evêque de Kumasi

Ut doctrina Ecclesiae attentis novissimis theologorum laboribus fusius expoliata a S. Concilio plenius definiatur.

Ut Commissio summa auctoritate praedita ac S. Congregationi pro Ecclesia Orientali adiuncta instituatur, quae, studiis tam dogmaticis quam oecumenico-pastoralibus omnibus coordinatis, Ecclesiam Occidentalem ad ad unionem aptius praeparet: unitatem Occidentalem inter et Orientalem Ecclesiam omnino perficiat atque communitates Christum quocumque modo profitentes ad unitatem adducere conetur.

✠ ANDREAS VAN DEN BRONK
Episcopus Kumasiensis

3

EXC.MI P. D. GERARDI BERTRAND

Episcopi Navrongensis (Navrongo)

Ghana, die 17 maii 1960

Excellentissime ac Rev.me Domine,

Tuis litteris mihi adhuc in Canada moranti, transmissis per Rev. Alexium Abatey V. G. fuerunt. Paenitet quod non potuerim cito respondere. Missionarios et Africanos sacerdotes consultare volebam. Morbi causa, huc redii tardius quam desideraveram.

Vota tamen aliqua communicare desidero.

1. Circa doctrinam: Proclamatio dogmatis Mariae Mediatricis Gratiarum omnium.

2. Circa disciplinam cleri: Permittere Protestantes Anglicanos ministros mulierem et pueros suos retinere si catholicam ad fidem ac presbyteratum accedere velint.

3. Circa disciplinam populi:

a) Extendere linguae vernaculae usum in Missa dicenda.

b) In exequiis, usum canticorum vernaculorum emendatorum ac tympanorum ac sclopetorum permittere extra ecclesiam.

Profiteor esse

Excellentissimae Tuae Rev.mae
addictissimum in Christo
✠ GERARDUS BERTRAND
Episcopus Navrongensis

4

EXC.MI P. D. GABRIELIS CHAMPAGNE

Episcopi Tamalensis (Tamale)

Tamale, 3rd September, 1959

Eminence,

In reference to your Prot. No. 1 C/59-1324 of 18th June 1959, I send you two of our wishes, which we consider could be matter for the coming Council.

Praying for His Holiness and kneeling at His feet for His Blessing, I assure you of my deep esteem and prayerful wishes,

✠ GABRIEL CHAMPAGNE
Bishop of Tamale

1. Maxima confidentia exspectamus proclamationem dogmatis de universa mediatione Beatae Mariae Virginis.

2. Forsitan ordo diaconorum laicorum qui in multis, v. g. concionibus, administratione Baptismi solemnis, Sacrae Communionis distributione, sacerdotes adiuvarent, institui posset.

✠ Gabriel Champagne
Episcopus Tamalensis

5

Exc.mi P. D. IOANNIS KODWO AMISSAH
Episcopi tit. Bencennensis, Auxiliaris Litoris Capitis

Cape Coast, 29 augusti 1959

Eminentissime Pater,

Pro litteris Prot. N. I C/59-2184 quae ut mihi mitterentur curare non aspernata est Eminentia Vestra, maximas gratias sincerasque gratissimo animo ago.

Haud dubium est quin Excellentissimi ac Reverendissimi Ordinarii totius Civitatis Ghaniensis res et argumenta specialiter conditiones hic vigentes spectantia Commissioni Antepraeparatoriae iam miserint, quibus aliquid novi addendum non habens malo abstinere quominus tempus pretiosum Commissioni dupla mittendo perdam.

Interim Eminentiae Vestrae Purpuram ac Anulum exosculans necnon quaeque bona, fausta, felicia fortunataque Commissioni Antepraeparatoriae a Domino adprecans, maximo cum obsequio me profiteor

Addictissimum ac oboedientissimum Eminentiae Vestrae filium in Domino,

✠ Ioannes Kodwo Amissah
Episcopus tit. Bencennensis

GUINEA

1

EXC.MI P. D. GERARDI DE MILLEVILLE
Archiepiscopi Konakriensis (Conakry)

EXC.MI P. D. EUGENII MAILLAT
Episcopi Nzerekoreënsis (N'Zérékoré)

REV.MI P. D. IOANNIS B. COUDRAY
Praefecti Ap. Kankanensis (Kankan)

Fribourg (Suisse), le 10 octobre 1959

Les Ordinaires de la République de Guiné:

Son Exc. Mgr. de Milleville, Archevêque de Conakry,
Son Exc. Mgr. Maillat, Evêque de N'Zérékoré
Mgr. Coudray, Préfet Apostolique de Kankan,

présents à Conakry pour une réunion extraordinaire motivée par la gravité de la situation scolaire, ont examiné les lettres reçues de la Commission Pontificale ante-préparatoire au Concile Œcuménique et communiquent leurs communes remarques et propositions.

Ils s'excusent de ne le faire qu'aujourd'hui; leur retard s'explique par le fait qu'ils sont désormais tenus à une grande prudence dans leurs relations avec l'extérieur, leurs écrits et leurs courriers étant actuellement soumis à une censure sévère de la part du Gouvernement.

Ils confient donc leur 'ettre commune ci-jointe à Son Exc. Mgr. Maillat qui rentre en Europe pour quelques semaines et ils le chargent de la faire parvenir à la Commission Pontificale ante-préparatoire au Concile.

1. Souhait de voir nommer un Cardinal en Afrique, si possible noir.

Une aide accrue aux séminaires au point de vue financier et personnel pour que l'on ait rapidement des prêtres et des évêques autochtones.

2. Une meilleure répartition des prêtres entre les pays et également des religieux.

3. Une directive sur la loi du catéchuménat pour fixer les conditions d'admission au baptême et faire éviter le passage des populations à l'Islam.

4. Messe: Un plus large emploi de la langue vernaculaire au moins au début et à la fin de la Messe.

5. Des catéchistes diacres sans obligation du célibat.
6. Refonte du Bréviaire.
7. Religieuses: une simplification de l'habit des religieuses.

— que les Evêques aient un droit sur la nomination des supérieures.

— Disparition des catégories de religieuses de chœur et religieuses converses.

— Que les pénitentes soient visibles pendant la confession et pour cela des confessionnaux assez éclairés et disparition du voile chez les cloîtrées.

Omnes sequuntur subsignationes

INSULAE CAPITIS VIRIDIS

1

Exc.mi P. D. IOSEPHI F. DO CARMO COLAÇO

Episcopi S. Iacobi Capitis Viridis (Santiago de Cabo Verde)

E Civitate de Praia, 18 aprilis 1960

Reverendissime Domine,

Grato animo acceptas refero Litteras ab Excellentia Vestra datas die 21 martii p. e. sub numero 1 C/59-1218 bis, simul cum secundo exemplari Litterarum quas Eminentissimus Cardinalis D. Tardini dedit die 18 iunii anni elapsi.

Primum exemplar supradictarum litterarum Eminentissimi Principis iam acceperam. Cum vero de re ageretur maximi momenti, nempe de materia tractanda in Concilio Oecumenico, responsionem differendam esse putavi donec opiniones meas maturius, iterum atque iterum, meditarem et de illis alios Episcopos et viros peritos consulerem. Excellentiae Vestrae non fugit Dioecesim meam in medio maris Atlantici esse sitam et ab omni alia Dioecesi remotam; et sacerdotes meos, ministerio pastorali numero impares, carere tempore ut studiis de quaestionibus non communibus incumbant. Haec causa dilationis.

Iamvero nunc, secundo accepto invitamento, responsionem ulterius differre non licet. Proinde quae mihi videntur utiliter in Concilio considerari posse sincera simul ac humili mente expono.

De catechismo. Inter causas quae obstant congruenti instructioni puerorum et etiam adultorum in re catechistica una ex praecipuis esse videtur mutationes quae inducuntur in formulis diversis locis et temporibus. Huic fluctuationi saltem a Concilio finis imponi debet per promulgationem unius catechismi qui in universa Ecclesia adhibeatur. Optatissimum ergo est ut nostris diebus adimpleatur quod Sacris Conciliis Tridentino et Vaticano in votis fuit.

Relate ad media quibus doctrina christiana traditur omnes moneri debent congressus, conferentias, disputationes, ephemerides, folia typis edita, cinematographa aliaque id generis utique multum conferre ad pleniorem eruditionem iuvenum et adultorum, ad provocandum studium religionis ab illis qui foris sunt, sed generatim non praebere illam cognitionem methodicam et aliquantulum systematicam qualis etiam in rudi-

bus requiritur ut pro modulo possint fidem rationabiliter tenere et eos qui contradicunt arguere.

Tale monitum inprimis videtur utilitatis fore sacerdotibus qui incumbunt Actioni Catholicae et Organizationibus laicorum qui saepe saepius ad altiora procedunt quin de rudimentis curent et veritates tradunt modo diffuso et inordinato.

De Religiosis. Omnes religiosi qui intra fines Dioecesis operibus apostolatus incumbunt iurisdictioni Episcoporum subiciendos esse videntur, salva eorum exemptione circa disciplinam internam iuxta propriam regulam ordinandam et methodum apostolatus in his quae sunt propria uniuscuiusque ordinis vel congregationis. Secus unitas et tranquillitas apostolatus in multis pessumdatur et ubi maior pars sacerdotum pertinet religionibus auctoritas Episcoporum divinitus instituta fere evanescit.

Ordines et congregationes religiosae certo ad hoc fuerunt institutae ut perfectio evangelica per vota consiliorum patenter fulgeat et impetu caritatis opera apostolatus ubique terrarum floreant; finis igitur primarius religionum stat in perfectione caritatis per praxim consiliorum evangelicorum acquirenda et secundarius in exercitio apostolatus.

Inde consequitur sive in admissione et efformatione candidatorum sive in electione Superiorum prius attendendum esse perfectioni quam apostolatui vel aliis verbis in religiosis prius quaerenda est virtus quam aptitudo ad administrationem oeconomicam, ad organizationem et directionem operum apostolatus et alia huiusmodi.

Haec memoranda esse puto quia in religionibus activis quae dicuntur videntur neglecta.

De Associationibus Religiosis. Nova ordinatio iuridica associationum religiosarum anxie desideratur.

Omnes organizationes quae sub nomine Actionis Catholicae in singulis Dioecesibus veniunt aliquam praeeminentiam relate ad alias inde naturaliter sortiri videntur quod vinculo speciali apostolatui hierarchico connectuntur.

Praeterea omnes organizationes et associationes laicorum cuiuslibet nominis vel originis intra fines Dioecesis Episcopis subiectae sint oportet et quidem vera et propria auctoritate iurisdictionis ne cum detrimento boni communis fidelium in bonum alicuius instituti particularis convertantur.

Tandem omnes associationes quae ad plures Dioeceses sese extendunt vel extendere conantur directe sub aliquo Officio Sanctae Sedis poni debent ita ut quodammodo fiant opera pontificia et activitates ducant concorditer et ordinate.

De Clero. Sive in locis missionum sive in Dioecesibus iuris commu-

nis, paucis exceptis numerus sacerdotum necessitatibus non respondet. Nec sperari potest talem infaustam conditionem proximis temporibus in melius conversuram. Unde videtur remedium quaerendum esse in ordinatione Diaconorum prout in diversis conventibus catholicis fuit votis propositum. Hi vero ministri inter viros virtute et zelo probatos quales fere in omnibus paroeciis inveniuntur eligi possunt et in seminariis vel in institutis specialibus ad suum novum munus praeparari iuxta ordinationem canonice probatam. Nihil obstare puto quod ad Diaconatum admittantur etiam viri uxorem habentes, modo habeant qualitates iure requisitas ad ordinem suscipiendum.

Haec pauca quae breviter proposui videntur in Concilio considerari posse in ordine ad solutionem difficultatum quae in exercitio muneris pastoralis saepe occurrunt. Alia quae in materia Theologiae et Iuris Canonici observari poterant aliis relinquenda esse putavi qui melius res ad trutinam revocare et mutuis consultationibus accuratim examinare possunt.

Quo par est obsequio me profiteor

Excellentiae tuae add.mus in Domino
✠ IOSEPHUS F. DO CARMO COLAÇO
Episcopus S. Iacobi

INSULAE SEYCHELLES

1

Exc.mi P. D. MARCELLI O. MARADAN

Episcopi Portus Victoriae (Port Victoria)

Victoria, die 25 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Litteris ab Eminentia Vestra die 18 iunii a. c. mandatis menseque elapso a Nobis acceptis, perlibenter responsum nunc damus circa opiniones vel vota in Nostra Diocesi colligenda pro Concilii Oecumenici venturi argumentis apparandis.

Omnibus rite perpensis, omni cum libertate et sinceritate votum pangimus perfectae submissionis ac pleni obsequii erga decisiones quas ipsa Commissio Pontificia Antepraeparatoria Augusto Pontifici propositura erit. Nullum nempe argumentum particularis momenti hic et nunc nobis relevandum videtur, quod a Sancta Matre Ecclesia iam non fuerit definitum.

Proinde nec suggestiones speciales Eminentiae Vestrae exponere, nec argumenta vel territorium nostrum exiguum vel extraneas regiones spectantia enucleare velimus.

Omnibus ac singulis Pontificiae Commissionis dispositionibus iam per anticipationem grato laetoque animo annuimus.

Eminentiae Vestrae bona faustaque a Domino adprecans atque auxilium divinum pro Concilii successu peroptans,

in Christo add.mus sum servus
Eminentiae Vestrae Rev.mae

✠ Marcellus O. Maradan
Episcopus Portus Victoriae vel Seychellarum

INSULA MAURICIUS

1

EXC.MI P. D. DANIELIS LISTON

Episcopi Portus Ludovici (Port-Louis)

Port. Louis, Ile Maurice, 7 octobris 1959

Eminentissime Domine,

Cum per Litteras die 18 iunii 1959 e Civitate Vaticana expeditas Eminentia Vestra infrascriptum rogasset ut Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae communicaret vota seu animadversiones circa ea quae in futuro Concilio tractari deberent, hodie libenter et breviter aliqua submittit argumenta quae ei et suo concilio dioecesano alicuius momenti esse videntur.

A) *Doctrina*

Theologia dogmatica.

Definiatur doctrina de statu futuro infantium qui sine baptismo e vita decesserunt.

Theologia moralis.

Clarificetur in quo consistat hodie opus sic dictum servile.

B) *Disciplina*

Obligatio portandi vestem talarem extra ecclesiam, caeremonias vel domum religiosam supprimatur — uti fit in Anglia, America septentrionali etc. — dummodo cleri aliquam vestem portent quae speciem clericalem prae se ferat.

C) *Formatio Cleri*

Alumni dum sua studia sive in seminariis sive in universitatibus ecclesiasticis prosequuntur, magis inducantur in cognitionem quaestionum theologicarum, philosophicarum, socialium quae modernae appellari possunt et quae, quamvis hodie maximi momenti propter instructionem superiorem quae in scholis et etiam in universitatibus magis magisque apud omnes gentes diffunditur, vix vel nullo modo tractantur: uti sunt Positivismus, Existentialismus, Communismus ...

Iidem seminaristae formentur ad cognitionem acquirendam et ad usum in laboribus pastoralibus ampliorem, perfectiorem, magis quidem

modernum eorum instrumentorum quae eis hodie praebet scientia technica, uti radio et televisio, quibus uti magno cum fructu non possint sine formatione omnino speciali.

D)

Lingua Latina pro celebratione Missae retineatur sed usus linguae vulgaris permittatur in administratione Sacramentorum et benedictionibus (quae in Rituali Romano continentur).

E)

Organisatio centralis Ecclesiae in dies magis fiat internationalis, nominando ad congregationes romanas sacerdotes ex Africa, ex Indiis, ex America septentrionali et meridionali etc. ita ut creetur in summa Ecclesiae directione aliqua mentis habitudo quae finibus neque alicuius civitatis neque alicuius continentis limitetur sed possit revera inspicere in tota eorum universalitate et incidentia internationali hodiernae Ecclesiae problemata et solutiones quae ad ea dirimenda proponantur.

Interim omni cum reverentia subsignor

Eminentiae Vestrae
addictissimus in Domino

✠ DANIEL LISTON
Episcopus Portus Ludovici

INSULA REUNIONIS

1

EXC.MI P. D. FRANCISCI A. M. CLÉRET DE LANGAVANT

Episcopi Reunionis (Réunion)

Saint Denis, le 12 décembre 1959

Eminence,

Il me faut commencer par m'excuser pour le retard apporté à répondre à votre circulaire du 18 iuin que je n'ai d'ailleurs reçue que le 20 juillet.

Les voyages à l'intérieur du diocèse pour les confirmations et un voyage à Madagascar sont un peu des excuses, mais je dois reconnaître qu'il y a eu aussi négligence de ma part.

Je me suis efforcé d'être bref ... peut être l'ai-je été un peu trop ... Je m'excuse aussi de la pauvreté de mon vocabulaire latin; je m'en étais rarement rendu compte aussi vivement.

Ce que j'ai dit, je pense que d'autres l'auront dit avant moi, et surtout mieux que moi.

Veuillez agréer, Eminence Révérendissime, l'assurance de mes sentiments les plus respectueux et obéissants.

✠ FRANÇOIS CLÉRET DE LANGAVANT
Evêque de Saint Denis

Quaenam de doctrina Ecclesiae seu de erroribus vitandis

In Ecclesia Christi plura sunt hodie indicia maximae vitalitatis; sed haec ipsa vitalitas aliquando potest causa esse alicuius periculi erroris.

Multa et pulchra dicuntur de « communitate christiana ... maior datur valor sacramento baptismi per quod efficitur ingressus in ecclesia Christi, in societate christiana, in fraternitate humana ... in familia divina; etc. », sed iam non est amplius quaestio de peccato originali solvendo, nec de redemptione Christi.

Item Missa est « Congressus christianorum, prandium unitatis ... oratio communitatis christianae ... symbolum fraternitatis ... » sed nihil dicitur de sacrificio Christi.

Item Communio eucharistica est « affirmatio unitatis christianae ...

coena totius Ecclesiae... cibus vitae aeternae... » sed non est quaestio de manducatione corporis Christi, nec de sanctificatione animae.

Item, multa dicuntur « de peccato collectivo... de peccato nationum... de peccato humanitatis ... » sed nihil apparet de peccato personali. Unde sequitur non opus esse sacramenti poenitentiae, nec confessionis; nec absolutionis.

Mens istorum est ut in ordine suprannaturali omnia sint collectiva et nulla personalia ... « Oratio semper debet esse communis, non privata ... salus animae est etiam collectiva ... nemo salvabitur solus sed cum aliis salvabitur ».

E contra, in ordine naturali, obiectum primarium debet esse, uti aiunt « l'épanouissement de la personnalité » ... expressio libera instinctorum et desideriorum hominis.

In educatione puerorum etiam vocabula « sacrificium, poenitentia, contritio, renuntiatio », reiici debent; sunt enim « pure negativa », omnia convergere debent ad exaltationem libertatis et personalitatis humanae, ita ut destruetur omne complexum inferioritatis vel quod vocant « refoulement ».

Notari debet quod non raro profitentes talem doctrinam in educatione, sunt ipsi in sua vita privata, christiani casti et probi, immo sacerdotes humiles, renuntiati, homines orationis et sacrificii.

Ius Canonicum

Codex Iuris Canonici, sicut omnia opera eiusdem generis, non est ad usum omnium, sed tantum ad usum peritorum.

Saepe duo doctores sunt invicem in causa et eorum interpretationes contrariae sunt.

Procedura de amotione parochorum dat occasionem processus et appellationis et facile per plures menses expectanda erit solutio dubii. Et si appellatur ad S. Sedem, unum annum non erit sufficiens ad solutionem processus.

Suademus ut omne litigium inter sacerdotem et Ordinarium deferatur primum ad tribunal dioecesis, deinde ad tribunal appellationis. Haec tribunalia dent sententiam de qua recursus ad Sanctam Sedem numquam erit suspensivus.

Vita humana facile perduret usque ad 70 ... 80 ... 90 ... annos quod non raro impedit gubernationem optimam paroeciarum et dioecesium.

In omnibus administrationibus civilibus vel militaribus, statuitur aetas maxima (limite d'âge). Cur non sit idem in administratione ecclesiastica?

Verbi gratia ... omnis parochus vel beneficiarius deberet renuntiare officio suo post 60 vel 65 annos aetatis. Attamen si adest aliqua ratio nominari poterit administrator per plures menses vel etiam annos, usque ad nominationem successoris.

Item omnis episcopus deberet post 60 vel 65 annos, mittere renuntiationem suam.

De Religiosis

Numerosae sunt Congregationes religiosarum ... tamen fundatio aliqua in locis missionum ita difficillima est ut saepe necessarium erit instituere aliquam novam Congregationem localem.

In locis missionum Congregationes activae plures sunt, contemplativae autem rarissimae.

Prima ratio est ex parte episcoporum qui non intellexerunt quod moniales non possunt esse sine clausura, debent habere aliquem capellanum et ideo videntur esse onus grave pro clero.

Secunda ratio est ex parte illarum Monialium.

Stabilitae sunt in vita conventuali regulari; nimis timent impraevisa, paupertatem realem, et omnia quae accidunt in novis fundationibus praesertim in Missionibus.

Stabilitae sunt in aliqua forma rigida perfectionis materialis, in aliqua paupertate conventionali in qua nihil deest. Non sentiunt desiderium maioris perfectionis, in paupertate reali ubi utilia et etiam necessaria deerunt.

Occasione harum fundationum, timendum est quod monasterii reiciant religiosas minus aptas ad vitam communem, eas mittendo ad novam fundationem.

Certe inveniri possunt moniales vere piae, regulares, humiles quae audiunt vocationem ad vitam illam in Missionibus ubi invenitur occasio maioris paupertatis, privationis et renuntiationis.

Hoc tamen suadendum est et optatum ut in regionibus Missionum maior facilitas detur egrediendi et dispensandi a votis etiam perpetuis, praesertim pro vocationibus indigenis.

Liturgia

Iam non paucae innovationes factae sunt tam in recitatione officii quam in celebratione Missae, in benedictione Ss.mi Sacramenti et in administratione sacramentorum.

Usus linguae vernaculae, bonus est in se; practice tamen perniciosus est si sacerdos non celebrat cum magna pietate. Si propter velocita-

tem elocutionis lingua vernacula non plus intelligitur quam latina, haec innovatio est perniciosa.

Quoad recitationem Divini Officii.

Sacerdos debet manere « Homo orationis ». Recitatio Officii, per horam unam et medietatem, circiter perdurat. Si aliqua modificatio desideratur, concedi potest in structura vel in textu sed non in quantitate officii.

E contra concedi poterit (mihi videtur), ut sacerdos scrupulosus, vel coecutiens, vel qui ex alia causa non potuit absolvere « onus diei » in hora una et medietate, dispensetur a fine.

Item ad fovendam participationem activam sacerdotum assistentium Missis solemnibus, concedi poterit ut dispensetur a recitatione horarum minorum.

In administratione sacramentorum ...

Ritus baptismi omnes servandi sunt sed orationes abbrevientur. Item pro sacramento extremae unctionis.

In consecratione ecclesiarum et altarium ... Ritus omnes servandi sunt sed orationes, antiphonae et praefationes resumantur.

In consecratione altarium portatilium, invenietur formula brevissima.

In impositione scapularium, suadetur ut formula brevissima (ut notatur in rituali pro quinque scapularibus) uti possit etiam pro impositione unius scapularis... et numquam imponatur amplius obligatio inscriptionis in registro.

✠ Franciscus Cléret de Langavant
Episcopus Reunionis

KENYA

1

Exc.mi P. D. FRIDERICI HALL

Episcopi Kisumuensis (Kisumu)

1. Humiliter petimus ut quisque sacerdos iurisdictione in sua dioecesi gaudens ipso facto habeat iurisdictionem recipiendi confessionem cuiuscumque sacerdotis, etiam in itinere maris, sive aeris, sive viae ferrae, ad tranquillitatem conscientiae petentis.

2. Humiliter petimus ut Ordinarii in Africa ac in aliis Missionum territoriis recipiant potestatem ferendi leges censuris annexis (non-admissio ad sacramenta) quibus fideles sacerdotes ac cultum divinum supportare moventur. Experientia per multos annos nos docet fideles Africanos, nisi moraliter coguntur, obligationem hanc non gravem esse putare.

3. Humiliter petimus ut Ordinarii in Africa directiones non ambiguas recipiant quid faciendum in casibus in quibus parentes catholici in concubinatu viventes ac nullam habentes causam cur in concubinatu vivere continuunt suos liberos baptizandos praesentant. Parentes isti promiserunt se matrimonium coram ecclesia contrahere quando primum suum infantem ac iterum quando secundum ac tertium infantem ad baptismum praesentaverunt. Experientia per multos annos nos docet tales parentes leges catholicas matrimonii necnon gravem obligationem dandi suis liberis baptizatis christianam educationem in ridiculum habere. Videtur Africanos, etiam illi qui iam per multos annos christiani sunt, leges ac obligationes graves aestimare tantum in quantum vis « tangibilis » illas supportat.

4. Humiliter petimus ut in Missionis territoriis usus linguae vernacularis in functionibus liturgicis ac in administratione sacramentorum quam maxime permittatur et quidem propter has rationes:

a) fideles linguae ac culturae latinae sunt ignari ita ut ceremonias ecclesiae nullo modo intelligere possint;

b) si orationes in administratione sacramentorum v. g. baptismi, confirmationis ac extremae unctionis regulariter in sermone vernaculari recitarentur, ipsorum sacramentorum sensus ac finis a fidelibus multo magis intelligerentur.

5. Opiniones circa introductionem linguae vernacularis in recita-

tione divini Officii multum diversae sunt. Ii qui usum linguae vernacularis advocant opinantur sacerdotes uberiores fructus ex recitatione divini Officii carpere posse si usus idiomatis vernacularis permittatur. Iidem sentiunt hoc argumentum speciali modo valere pro sacerdotibus indigenis qui, uti expectandum est, comprehensionem ac appretiationem culturae latinae magnam non habent. Alia ratio quae profertur est quod sacerdotes ideas fructuosas ac utiles ad praeparandas instructiones religiosas pro fidelibus ex recitatione divini Officii in idiomate vernaculari haurire possunt.

6. Aliqui opinantur multas Missas in Romano Missali epistola vel evangelio apto carere. Alii sperant epistolas ac evangelia durante quadragesimae tempore abbreviari ita ut operarii sine incommodo missam horis matutinis attendere possint. Propter longas epistolas vel evangelia isti nunc ante finem Missae abire compelluntur eo quod in officio vel officina tempore fixo adesse debent.

7. Circumstantiae speciales in multis Missionis territoriis vigentes urgere videntur quod leges ieiunii ac abstinentiae scrutinio novo subicientur. Immo lex mitis abstinentiae feriis per annum VI magnum incommodum causat eo quod fideles pluries per hebdomadam carnes emere ac eas per longum tempus temperie tropica praeservare non possunt. Certum est magnam partem fidelium habitualiter legem abstinentiae transgredi.

8. Humiliter petimus ut professores seminariorum maiorum rogentur amplius tempus reservare studio theologiae pastoralis, omissis, si secus tempus deesset, problematibus pure academicis theologiae dogmaticae ac antiquis inter diversas scholas theologicas controversiis.

9. Territoria Missionis quam primum necesse habent ut multi laici periti indigenae missionarios adiuvent. Quaeritur an forsan organizatio internationalis (talis qualis est v. g. UNESCO) effici possit cuius opus erit coordinare multos conatus ad formandos tales peritos tum viros tum foeminas in catholicis per orbem terrarum institutis.

10. Quaeritur an forsan utile ad proclamandam universalitatem ac catholicitatem Ecclesiae sit si clerici e seminariis Europae ac Americae (qui alumni societatis missionariae sunt) studia sua philosophiae ac theologiae in seminariis Missionis simul cum clericis indigenis compleant. Insuper quaeritur an forsan talis praxis adiuvet ad diminuendam tensionem inter diversas gentes ac populos et ad promovendas amicas inter sacerdotes exteros ac clerum indigenam relationes.

11. Utile ac desiderabile videtur ut obligationem diebus dominicis audiendi Missam ac abstinendi a laboribus servilibus feriis hebdomadae transferri possit. In regionibus ruralibus, praesertim in territoriis Mis-

sionis, unicus sacerdos multos per tractus magnos dispersos catholicos ministrare potest si talis permissio detur. Multi fideles, non in officinis sed in agris occupati, Missam audire possunt quando sacerdos eos visitat. Obligatio audiendi Missam die visitationis sub gravi esse oportet sed permissio faciendi labores serviles die dominica concedi oportet eo quod fideles die visitationis laborare non valent.

12. Ad praecavendas praxes superstitiosas desiderabile videtur ut solum reliquiae indisputabilis authenticitatis publicae venerationi exhibeantur et omnes aliae removeantur. Item devotiones populares scrutinio novo subici et post scrutinium directiones dari oportet v. g. promissio sic dicta magna adnexa devotioni novem feriarum VI revelatio authentica S. Margaritha Mariae non esse videtur.

13. Quia orationes publicae in lingua magis simplici uberiores fructus in mentibus et cordibus fidelium proferunt et quia multi fideles semi-illiterati sunt, desiderabile videtur ut epistolam, evangelium ac « Ecce Agnus Dei » semel tantum in idiomate vernaculari coram populo dicantur. Item desiderabile videtur ut durante Benedictione SS. Eucharistiae fideles hymnos cantare et invocationes in lingua vernaculari dicere permittantur, exceptis « O Salutaris » et « Tantum ergo ».

14. Desiderabile videtur ut diebus dominicis e pluribus epistolis ac evangeliis sacerdotes eligere permittantur vel ut cyclus eorum per tres annos componatur ita ut unoquoque anno non semper eadem epistola ac idem evangelium diebus dominicis legantur.

15. Desiderabile etiam videtur stipendium Missae ita computari ut originali ideae correspondeat nempe sustentationi per unam diem. Ubi fideles adaequate sacerdotes supportant desiderabile videtur maiorem partem stipendiorum ad usus generales paroeciae destinari.

16. Ad obtinendam magis aequalem per orbem terrarum distributionem sacerdotum desiderabile videtur ut omnes clerici tum regulares tum saeculares occasione ordinationis se sacrum ministerium exercere promittant ubi sancta Sedes eos mittere vult.

17. Multi opinantur temporibus nostris studia S. Scripturae in seminariis urgentiora esse studiis theologiae dogmaticae. Desiderabile etiam videtur ut clerici studio scientiae naturalis se occupent ita ut postea conversationes cum laicis qui scientificam formationem acceperunt habere possint. Multis desiderabile videtur ut clerici magis instruantur in arte docendi ac in arte s. elocutionis sed praesertim in arte relationis publicae ac methodi actionis. Per relationes humanas intelligimus methodos agendi cum personis in situationibus quae ex cura animarum proflui solent. Per methodum actionis intelligimus gressus singulos quibus uti debemus ut finis specificus obtineatur.

18. Valde desiderabile etiam videtur ut Romae vel in alia civitate inauguretur institutum catholicum seu universitas catholica in qua laici catholici idonei ex omnibus orbis regionibus, praesertim autem ex Asia et Africa, discere possunt principia catholicae ethicae ac sociologiae ita ut post obtentum gradum et reditum in patriam suam haec principia docere, propagare valeant ac velint et in quantum circumstantiae permittunt ea in civiles patriae suae leges incorporare. Id quod « Institute of Social Sciences » Universitatis Gregorianae apud Romam pro sacerdotibus ac clericis facere intendit, propositum institutum pro laicis facere oportet. Necessarium nobis videtur quod maior pars professorum talis instituti ex peritis laicis constituatur. Ratio huius duplex est: *a*) quod Protestantes ac Communistae faciunt ad propagandas suas ideologias, catholicos etiam facere oportet; *b*) ratio missionariae activitatis est plantatio ecclesiae quae implicat formationem laicorum peritorum.

19. Humiliter petimus ut interpretatio authentica ac completa canonis *C.I.C.* 750 § 2 ac canonis 751 promulgetur. Cum enim obiectum formale activitatis missionariae sit, uti dicitur, plantatio ecclesiae, responsum super dubium sequens, quod non iam ablatum videtur responsis S. Congregationis S. Officii dd. 17-9-1671, 31-1-1796, 22-7-1840, 11-12-1850 et S. Congreg. de Prop. Fide dd. 20-11-1672 ac 31-1-1796, recipere desideramus. Dubium est: utrum extra periculum mortis baptizari *debent*

a) infantes duorum paganorum quando ambo vel unus parens tantum baptismum infantis rogat;

b) infantes quorum ambo parentes catholici matrimonium contrahere nolunt (cf. propositum tertium);

c) infantes quorum pater catholicus et mater, prima patris mulier, in concubinatu vivunt;

d) infantes quorum pater est catholicus, mater tamen pagana, sed secunda vel tertia mulier;

e) infantes quorum pater paganus et mater catholica, prima patris mulier, in concubinatu vivunt;

f) infantes quorum pater est paganus, mater tamen catholica, sed secunda vel tertia mulier;

g) infantes quorum pater est catholicus baptizatus, mater tamen catholica, sed secunda vel tertia mulier?

20. Humiliter petimus ut separata Delegatio Apostolica pro solis territoriis Africae orientalis instituatur.

21. Humiliter petimus ut pro territoriis Africae orientalis quamprimum concilia provincialia posteaque concilium plenarium habeantur ita ut inter alia maiori uniformitate in praxi pastorali bonum Ecclesiae na-

scentis magis consulatur; absentia enim talis uniformitatis in nostra opinione obiecto formali activitatis missionariae damnum infert.

22. Humiliter petimus ut S. Congregatio de Propaganda Fide:

a) curet ut quamprimum universitates in toto orbe terrarum catholicae inter suos alumnos iuvenes catholicos ac idoneos ex territoriis Africae recipiant ita ut suis studiis completis isti apostolatum qui Actio Catholica nominatur in istis territoriis exercere valeant (cf. propositum 18);

b) ad hunc finem Ordinariis Africae pecuniis adiuvet sicut iam subsidia pro formatione cleri indigenae profert.

✠ FRIDERICUS HALL
Episcopus Kisumuensis

2

EXC.MI P. D. LAURENTII BESSONE
Episcopi Meruensis (Meru)

Meru, die 13 aprilis 1960

N. B.: Excusationem humiliter peto si ad litteras diei 18 iunii datas nullam responsionem dedi. Hae litterae huc pervenerunt cum in Italia infirmitatis causa essem.

Quoad personas

1. Religiosos in genere ad Fundationis disciplinam et pietatem revocare.

2. Relationes Ordinarium inter et Institutum cui Missio concredita est — et quae obligationes Instituti erga Missionem quod ad missionarios et media praebenda spectat — amplius definire et explicare.

Quoad Sacramenta

1. Videndum utrum possibile sit, et quibus condicionibus, baptismum conferre mulieribus viri polygami, hoc consentiente. Valde commune est casus secundae vel tertiae mulieris petentis baptismum, quum difficillimum sit marito eas dimittere ita ut publice pateat eas in mariti possessione et dominio amplius non esset. Immo frequenter ipse polygamus vir Baptismum petit et paratum se dicit ad uxores dimittendas: difficultas tamen surgit quibus mediis ad eorum sustentationem providere possit quin in publica aestimatione eius uxores habeantur.

2. Can. 1099, § 2, acatholicos si inter se contrahant non teneri ad catholicam matrimonii formam servandam declarat. Attamen ministri Methodistae affirmant se, *et quidem ipsos contrahentes,* invalidum existimare matrimonium inter Methodistas more paganorum extra Ecclesiam contractum; et subiciunt huiusmodi matrimonia deliberate hoc modo iniri ne a novo matrimonio contrahendo, in casu sterilitatis primi matrimonii, ab Ecclesia arceantur. Hisce adiunctis adestne verus consensus in matrimonium?

Quoad res

1. Quomodo fideles induci possint ad contribuenda media ad Ecclesiam et Sacerdotes sustentandos. Quae sanctiones applicari possint.

2. Utrum et quomodo « concordata » stipulari possint cum Gubernio in territoriis missionum, praesertim ad tuendam libertatem in Catholicis Scholis.

3. Dentur etiam regulae ad religiosam instructionem in publicis scholis impertiendam.

Quoad Liturgiam

1. Permittere ut partes invariabiles Missae canentur a populo lingua vulgari.

2. Matutinum Breviarii ad unicum Nocturnum reducere in diebus Dominicis et Festis de praecepto.

Ad fovendam Ecclesiam unitatem

Media excogitanda ad comprehensionem fovendam et opiniones praeiudicatas extirpandas inter Catholicos et Protestantes.

Omni quo par est obsequio,

addictissimus

✠ LAURENTIUS BESSONE
Episcopus Meruensis

3

EXC.MI P. D. EUGENII J. BUTLER

Episcopi Mombasaënsis et Zanzibarensis (Mombasa e Zanzibar)

Mombasa, die 29 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Respondentem Vestrae Eminentiae communicationi magnipendendae Prot. N. 1 C/59-858, diei 18 iunii 1959, me oportet petere indulgentias vestras propter hoc rescriptum esse tam tardum; ratio est quia hoc

magnimomenti documentum advenit me absente in pastorali visitatione missionum mearum.

Secundum preces vestras in epistola Eminentiae Vestrae contentas, haec capita humillime offerro considerationi Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico:

1. Qui Primatum ecclesiae non Catholicae tenent, invitarentur ad Concilium, tamquam spectatores.

2. Prodesset, ut opinor, unitati si dogmata nova non definirentur, ob horrorem non-Catholicorum erga dogmata; singula dogmata nova eos magis convincere unionem cum Roma impossibilem esse videantur.

3. Codex iuris canonici plus simplificaretur et media aptiora ad eius observantiam determinarentur; existimo additiones minime prodessent quia codex ut nunc exstat, nec reverentiam nec oboedientiam adaêquatam recipit.

4. Relationes inter Episcopos et Superiores Societatum clarius definirentur in dioecesibus Missionibus, sive Episcopus utpote successor Apostolorum habet auctoritatem supremam, sub Sancta Sede, dioecesis, sive eius auctoritas limitetur auctoritate superioris maioris societatis cui ipse Episcopus adscribitur.

5. Lex liturgica simplificaretur et codificaretur et eius observantia magis urgeretur.

6. Diaconi Africani matrimonio coniuncti maxime prodesset Ecclesiae et evangelizationi patriae suae.

7. Processus matrimonialis, si fieri potest, expediretur; et rescripta directe ad Ordinarium vel per Apostolicum Delegatum loci in quaestione, mitterentur.

Occasionem nactus, gratiam mihi est meae devotionis sensus Tibi promere et fausta quaeque Tibi adprecari, dum, magna qua par est reverentia, maneo

Eminentiae Vestrae in Christo servus

✠ EUGENIUS J. BUTLER
Episcopus Mombasaënsis et Zanzibarensis

4

EXC.MI P. D. IOANNIS I. McCARTHY
Archiepiscopi Nairobiensis (Nairobi)

Nairobi, 25 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Acceptis litteris Eminentiae Tuae (Prot. N. 1 C/59-893) die 18 iunii 1959 datis quibus rogasti ut consilia mea de rebus in futuro Concilio Oecumenico tractandis darentur, ea quae sequuntur humiliter propono.

Sacram purpuram humiliter deosculans, me profiteor

Eminentiae Tuae
servum addictissimum
✠ IOANNES I. MCCARTHY
Archiepiscopus Nairobiensis

1. *Studia philosophica*: In nonnullis seminariis tum religiosis tum saecularibus cursus philosophiae cum aliis studiis sive profanis sive sacris ita coniungitur ut ipse philosophiae cursus negligatur. Huic abusui provideri posset per examen eodem fere modo faciendum ac nunc fit pro studiis theologicis (cf. *C.I.C.* cann. 996-997).

2. *Annus spiritualis* pro clero saeculari (inter philosophiam et theologiam peragendus) opportune introducendus videtur. Hoc fuisse in votis S. Pii X traditur.

3. *Ius missionarium* cum multis lacunis laboret, novus codex pro Ecclesia latina edendus legislationem completam pro terris missionum continere debet, et sequentibus v. g. cavere oportet:

a) conditio iuridica religiosorum sive virorum sive mulierum qui (ut plerumque contingit) extra domus religiosas (sensu can. 488, § 5) degunt;

b) administratio bonorum temporalium quod attinet ad iura Episcoporum;

c) maior determinatio iurium Episcoporum et Institutorum quibus Missiones demandatae sunt. Instructio S. Congr. de Prop. Fide (8 decembris 1929) edita lacunis non caret, vel saltem implicite tantum solutiones nonnullorum casuum practicorum continet, v. g. vacationes pro membris Instituti commissarii; ius eosdem mittendi extra Missionem ad exercitia spiritualia tradenda. Nonnulli Superiores religiosi praesertim Supremi censere videntur Episcopos prius sibi deinde S. Sedi subiectos esse.

4. *Lingua Latina* in libris liturgicis: utile fore censeo usum sermonis vulgaris permittere in recitatione Breviarii, lingua latina pro celebratione Missae plane retenta ad unitatem fovendam et ostendendam. Hanc mutationem tum a clero tum a populo approbatum iri puto.

5. *Ieiunium eucharisticum*: quamquam mitigationes a Pio XII inductae ad frequentationem Missae et receptionem SS. Eucharistiae multum contulerunt, adhuc videtur optanda maior uniformitas quod attinet ad tempus pro ieiunio tum a cibo tum a liquido. Melius esset spatium unius horae pro utroque statuere, nam in terris missionum difficile est indigenis tempus supputare, praesertim in casu Missae vespertinae.

6. *Abstinentia* Feriae VI omnino retineri oportet. Haec enim fere ut quinta nota Ecclesiae a multis habetur. Opportunum videretur contraria indulta revocare.

7. *Ieiunium quadragesimale* retineri debet. Heic quoque disciplina uniformis desideratur. Lex mitigari posset, sed uniformis sit oportet. Praesenti tempore haec lex in quibusdam dioecesibus fere evanuit, in dioecesibus finitimis retenta, quod populum christianum haud parum confundit.

8. *Formula Absolutionis sacramentalis*: Opportunum est ut formula sacramenti paenitentiae brevior fiat. Hoc magni momenti esset in terris missionum ubi interdum ingentes turbae absolvendae sunt. Pars formulae quae censuras respicit nostro tempore fere antiquata est.

9. *Matrimonium civile*: Serio perpendi debet num expediat novam censuram excommunicationis latae sententiae statuere contra eos catholicos qui spreta ecclesiastica auctoritate vel saltem sine Episcopi expressa licentia matrimonium civile ineunt.

10. *Pontificale Romanum*: Nova editio Pontificalis Romani quamprimum imprimenda opus est. Praesens editio nunc exhausta est ita ut novi Episcopi Pontificale consequi nequeant.

11. *Reformatio religiosorum* in materia paupertatis valde desideratur, praesertim quod spectat ad usum vel potius abusum tabacci et potus alcoolici. Summae revera ingentes singulis annis in his superfluis emendis impenduntur. Virtus paupertatis cero certius laeditur, et haud raro ipsum votum. Ad abusus compescendos vel eliminandos satis non est ut S. Congr. Relig. Instructiones interdum ad Superiores mittat, cum ipsi Superiores maiores saepe reformatione indigeant. Ad disciplinam conservandam expedit ut *de iure communi* visitationes ex parte S. Sedis instituantur, atque ut nova lex tale institutum condens in codice recognito inseratur.

12. *Ius liturgicum*: vehementer optandum ut ius liturgicum codificetur, id enim in eadem fere conditione nunc est atque fuit ius disciplinare ante Codicis promulgationem. Leges enim liturgicae in decretis an-

tiquis et voluminibus imperviis reconditae a multis ignorantur, immo a solis peritis et studiosis cognosci possunt.

Si ob calendarium civile vel libros liturgicos reformandos opportunum non videtur totum ius liturgicum in unum corpus iuris redigere, eae saltem partes quae ab illis non dependent codificari possent et ius per partes promulgari possit sicut factum est pro iure orientali.

13. *Processus canonizationis*: Valde optandum ut processus beatificationis et canonizationis Servorum Dei accelerentur atque earum expensae deminuerentur. Hoc alterum ex parte obtineri posset permittendo religiosis loco laicorum munus advocati gerere coram S. R. Congr., ad minus in causis sodalium suorum. Ius vigens utique hoc non excludit, sed in praxi necesse est operam advocati laici adhibere.

14. *Mediatio B. V. M.*: Definitio doctrinae mediationis Beatae Virginis Mariae optatur, quae definitio in permagnum bonum populi christiani cederet.

15. *Ecclesia et Status*: Item velim ut doctrina circa relationes Ecclesiam et potestatem civilem clarius et pressius enuntietur, cum res adhuc multum controvertatur.

16. *Lex triennalis*: de qua in can. 505 *C.I.C.* Superioribus maioribus quoque applicari debet. Item praestat indulta revocare quibus Superior localis sine temporis limitatione in officio manere possit. Haec lex vigere debet in terris missionum ubi plerumque domus religiosae (sensu iuridico) non sunt constitutae, et titulares stationum missionalium fere ad vitam nominantur.

17. *Universitates Catholicae*: erectio Universitatum studiorum cum facultatibus theologiae, philosophiae atque aliarum disciplinarum desideratur in singulis nationibus ut studia catholica fructos plenos gignant, praesertim in Africae regionibus ne iuvenes se conferant ad universitates acatholicas saepe seminaria doctrinae communistarum.

18. *Revisio Codicis latini*: Quod attinet ad novam editionem Codicis latini, haec animadvertenda censeo: quo minutius ac magis explicite canones rediguntur eo usu facilior evadet Codex. Codex vigens a nonnullis vituperatur quod res minoris momenti explicite refert, sed ratio habenda est finis practici codificationis: codex ecclesiasticus destinatur non solis iuris doctoribus sed etiam et praesertim sacerdotibus iuris canonici non peritis. Teste enim experientia, quae in lege implicite tantum continentur plerumque ignorantur.

✠ IOANNES I. MCCARTHY
Archiepiscopus Nairobiensis

5

EXC.MI P. D. CAROLI M. CAVALLERA
Episcopi Nyeriensis (Nyeri)

Nyeri, 29 settembre 1959

Eminenza Reverendissima,

Sono lieto di poter inviare all'Eminenza Vostra alcuni punti che credo bene proporre alla considerazione della Commissione Antipreparatoria del futuro Concilio Ecumenico.

Sono stato assente dalla diocesi per ufficio e non ho potuto preparare il mio esposto per il primo di settembre. Del resto sono persuaso che anche senza le mie povere proposte la Commissione può assolvere assai bene il suo compito.

Tuttavia nella persuasione di soddisfare a un obbligo mando all'Eminenza Vostra un elenco di punti che come missionari consideriamo di una certa importanza pratica.

Voglia Vostra Eminenza fare il conto che crede di questo proposto e scusare l'incompetenza. Intanto desidero assicurarla e, per suo tramite confermare a Sua Santità, che nella Diocesi di Nyeri si prende vivissima parte alla preparazione del futuro Concilio Ecumenico. Si fanno ogni giorno e particolarmente ogni domenica preghiere pubbliche in tutte le parrocchie secondo le intenzioni del Santo Padre a questo scopo.

Voglia Dio benedire questa grande iniziativa e portare nel seno della Chiesa i nostri fratelli separati.

Invocando una speciale benedizione sul nostro lavoro e sui missionari e gregge, mi prostro al bacio della s. porpora e mi confermo

di Vostra Eminenza Reverendissima
nel Signore
✠ CARLO M. CAVALLERO
Vescovo di Nyeri

A) *De Universali Ecclesia in genere*

1. Necessitas persentitur inserendi *Codici Iuris Canonici* interpretationes authenticas, decreta, resolutiones, etc., quae a die ipsius Codicis promulgatione usque ad hodiernum diem a competente auctoritate prodierunt. Ita pariter modificationes inserantur circa Codicis disciplinam a Summis Pontificibus introductas, sic e. gr. Constitutio *Vacantis Apostoli-*

cae Sedis Pii XII, novae regulae circa administrationem Confirmationis, ieiunium Eucharisticum, Missae celebrationem. Similiter introducantur leges circa Instituta Saecularia Perfectionis, circa Actionem Catholicam et Apostolatum laicorum. Congregatio quaedam Romana de Actione Catholica et laicorum Apostolatu agens esset forsitan opportuna.

2. Seminarium quoddam Theologicum pro qualibet Provincia ecclesiastica videtur valde conveniens ad meliorem formationem alumnorum cum pauciores professores ad tales disciplinas docendas aptos tunc adhibendi sint.

3. Habitus ecclesiasticus posset forsitan unicus esse in toto mundo et simplificatur substituendo vesti talari quemdam habitum specialem vel aliquod signum poeculiare.

Idem dicendum de religiosis qui tamen habeant signum aliquod speciale.

Reformatio ordinum monialium circa clausuram, ieiunium et abstinentiam.

4. Dicere quomodo sanctificandi sunt dies festi modo hodiernis temporibus convenienti: quid requirendum a fidelibus; quomodo providendum operariis in civitatibus, ubi multi habentur, ut possint praecepto Missam audiendi satisfacere. Ubi poenuria Sacerdotum habetur, quid faciendum? Missas providere in sic dictis « stationibus » viae ferreae, aëreis, montanis, maritimis.

5. Considerandus est labor die festo prohibitus utrum scilicet mutandus sit conceptus ipsius laboris in praesentibus hodiernis conditionibus. Iuxta huius praecepti applicationem, quae hodiedum habetur, divites ex suis industriis magnum emolumentum habent etiam die dominica.

6. Opportuna videtur codificatio legum liturgicarum quae cum multae sint nec in uno loco collectae inveniantur, difficile est eas bene cognoscere et impossibile eas omnes observare.

7. Valde opportunum videtur Divinum Officium ad unum tantum Nocturnum reducere diebus festis ut possit maius tempus in ministerio apostolico et in animarum cura impendi.

8. Normae clarae desiderantur circa apostolatum, activitatem catholicam socialem, iuvenum curam iuxta hodiernas necessitates, ex. gr. circa choreas et sic dictum « sport » .

9. Normae bene determinatae circa factiones politicas antichristianas.

10. Declaranda est mens Ecclesiae quoad methodos belli moderni, ex. gr. quoad bellum nucleare. Media quae adhibentur mortem causant sine dubio plurium innocentium, nec possunt nec debent considerari tamquam media legitimae defensionis sive personalis sive nationalis quia principium quod enunciatur: « vim vi repellere » transcendunt.

11. Institutio religiosa in qualibet Paroecia impertiatur non ad libitum sed cum dependentia ab Ordinario loci, rationem sequendo institutionis academicae, cum numero annorum si possibile est, parallelo ei qui in scholis elementaribus, mediis et superioribus conformiter aetati, evolutioni intellectuali, rationem habendo problematum moralium, intellectualium necnon socialium.

Inserenda est praeparatio quaedam socialis et politica christiana nec praetermittenda est praeparatio quaedam variis problematibus vitae matrimonialis.

Forsitan opportuna esset Commissio quaedam et repraesentativa pro tota Ecclesia quae curare deberet compilationem cuiusdam manualis Theologiae Popularis quae inservire deberet tanquam manuale ad exemplum propositum (uti lingua italica dicitur: « manuale base ») et universale pro tota Ecclesia.

B) *De Rebus Missiones spectantibus*

1. Determinare et in Codice redigere Ius Missionariorum ut factum est pro Iure Communi, facultates enumerando quae de iure missionariis conceduntur, praesertim in administratione sacramentorum.

2. Definire figuram iuridicam Ordinarii Ecclesiastici in Missionibus per respectum ad Congregationem religiosam missionariam cui Missio concredita est. Quaenam iura Ordinarii Ecclesiastici et quaenam Superioris Religiosi. Si conveniat, ubi Ordinarius et Missionarii ad eamdem Congregationem pertineant, binam auctoritatem uni eidemque personae conferre.

3. Determinare positionem iuridicam cleri localis. Quid de eorum institutione in Seminariis; si opportunum sit Seminarium Theologicum Regionale pro unaquaque Provincia Ecclesiastica an Seminarium Dioecesanum. Si opportunum sit eidem clero opus necnon territorium distinctum tribuere cum propriis superioribus ab Ordinario dependentibus, an simul laborare cum Missionariis exteris.

4. An opportunum sit vota perpetua a religiosis non sacerdotibus auferre et eis ea permittere tantum post longum tempus probationis.

5. De clero dioecesano extero in Missionibus. Utrum expediat opus particulare proprium eis assignare, dependenter ab Ordinario, an melius sit eos simul cum Missionariis Religiosis adlaborare. Opportunum esset Officium speciale in Congregatione de Propaganda Fide quod de hac re curam habeat.

6. Normas determinare circa methodum, tempus et formam institutionis catechumenorum in Missionibus.

7. Legislatio de scholis catholicis in Missionibus.

8. Determinanda est positio iuridica Domorum Precum (Scuole, Cappelle). Utrum expediat eas tanquam oratoria publica, vel semipublica, habere in ordine ad celebrationem matrimoniorum, ad collationem baptismatis et ad quasdam functiones, ut in Feria quinta in Coena Domini.

9. Circa Sacramenta:

a) Reducere caeremonias baptismatis parvulorum quando plures simul baptizantur, ut factum est pro adultis.

b) Facultatem concedere cuique Sacerdoti Confirmationem in periculo mortis conferendi.

c) Conditiones determinare in quibus facultas conceditur binandi et trinandi diebus festis et ferialibus.

d) Facultas collectas imperatas cuiusvis speciei, preces post Missam, Gloria et Credo in Missis binatis et trinatis omittendi.

e) Forma liturgica celebrationis matrimonii sub forma nimis sobria apparet in Missionibus ubi nuptiae celebrantur cum magnis caeremoniis paganis. Christianas efficere quasdam caeremonias paganas in se bonas, quae nihil indecori vel superstitiosi continent.

f) Bene et clare principia statuere quae ad Privilegium Paulinum et ad Privilegium Fidei pertinent, extendendo Parocho facultatem matrimonia huiusmodi celebrandi in casibus urgentioribus quando nequit faciliter Ordinarium adire.

g) In Iure Missionarium normam sequendam statuere quoad solutionem praetii pro acquisitione sponsae, sicut in Africa evenit, ubi in casu matrimonii habetur vera emptio-venditio, etiam reluctante ipsa sponsa.

10. Dispensatio a recitatione Breviarii vel illud ad Matutinum et Laudes reducere in favorem Sacerdotum, qui secundam vel tertiam Missam celebrant et per unam horam cum dimidio confessiones audiunt diebus festis.

11. Ordinem Diaconatus ad religiosos laicos extendere qui idonei sint ad illum exercendum. Cum adstricti sint voto castitatis possunt melius Ecclesiae et Missionibus inservire quin problema morale et oeconomicum nascatur. Clerus Africanus dioecesanus generatim diaconis desponsatis opponitur.

12. Liturgia. Specificare utrum, quomodo, ubi et quando liceat lingua vernacula uti in liturgia, in quibus caeremoniis et partibus functionum liturgicarum, in Sacramentis, etc.

13. Apostolatus laicus sive exterus sive localis in Missionibus: normae desiderantur quae ipsius activitatem moderentur.

14. Bona temporalia. Quomodo ius commune Missionibus aptandum

sit. Quaenam legislatio relate ad taxas ecclesiasticas et decimas in Missionibus.

Definire quaenam bona Missioni et quaenam Instituto cui Missio concredita est pertineant in Missionibus. Utrum fructus operis Missionariorum ex iure Missioni pertineat an Instituto Missionali.

Utrum mercatura quaedam moderata permitti possit in Missionibus in favorem Missionis, non autem Instituti Missionalis, sub responsabilitate et dependenter ab Ordinario.

C) *Unio Ecclesiarum*

1. Dogmata; Mores; Liturgia.

Personae idoneae examinent quomodo res se habeant circa dogmata, mores et liturgiam per amicalem disceptationem a partibus quibus interest peractam.

2. Disciplina. Aptitudo Catholicorum coram Ecclesiis separatis.

a) Promovendae sunt preces publicae et privatae simul cum Christianis separatis peractae ad fundendos animos.

b) Agendi ratio fraterna cum fratribus separatis promovenda est.

Practica agendi ratio quae hodie praevalet non tantum consistit in devitando quolibet contactu cum ipsis sed status quasi hostilitatis est. Hoc quasi urgeri videtur spiritu vigentis legislationis ecclesiasticae. Si hoc negative impedit quominus catholici contaminentur, impedit tamen positive quod mutuo iterum proxime accedant. Praevalere deberet spiritus comprehensionis, cooperationis, conatus quidam redeundi ad communem modum sentiendi qui, incipiendo a re sociali, oeconomica et sic dicta « sportiva », extendere se possit etiam ad religionem. Promovendae sunt consociationes studiorum, activitates sociales in communi, communes manifestationes culturales.

Manifestando propria principia possibilis est *unio*.

✠ Carolus M. Cavallera
Episcopus Nyeriensis

6

EXC.MI P. D. GASTONIS MOJAISKY PERRELLI
Archiepiscopi tit. Amideni
Delegati Ap. in Africa Orientali et Occidentali Brit.

Mombasa, 6 agosto 1959

Eminenza Reverendissima,

Mi reco a dovere di dare riscontro alla venerata Lettera di Vostra Eminenza Reverendissima I C/59-1699, in data 13 luglio scorso, relativa al prossimo Concilio Ecumenico.

I miei modesti suggerimenti, piuttosto di « ordinaria amministrazione » che materia di decisioni conciliari, sono consegnati nell'allegato qui unito.

Inchinato al bacio della Sacra Porpora, coi sensi della massima venerazione mi onoro di professarmi

umilissimo, devotissimo e obbligatissimo servo
di Vostra Eminenza Reverendissima
✠ GASTONE MOJAISKY PERRELLI
Delegato Ap. nell'Africa Orient. e Occ. Britannica

1. *Concilii convocatio*

Christiani non catholici multa bona a Concilio expectant. « Episcopus » anglicanus de Lusaka me interrogavit utrum ipse invitatus erit Concilio vel non. Similiter quidam laici viri et ephemerides quaesiverunt quae erit adsistentia non catholicorum in Concilio.

Ni fallor antiquioribus Conciliis etiam haeretici invitati fuerunt.

Existimo quod reconciliatio non catholicorum, res certo difficillima, impossibilis omnino evaderit nisi ipsi aderint, saltem uti « observatores ».

2. *Concilii agenda*

a) Maluerim Concilium non proponere novas definitiones dogmaticas. Satis habemus.

b) Similiter non novis legibus indigemus, sed potius quod canones in rem durantur.

c) Nihilominus utiles videntur quaedam reformationes in vigenti

disciplina beneficiaria, in lenta processuum procedura, specie in re matrimoniali.

d) Patres videntur invitari ut impensius incumbant in formationem Cleri, Actionem Catholicam, Actionem Socialem.

e) Religiosi, exempti vel non, obligandi ad actuosam collaborationem cum Hierarchia. Eorum opera (Tertii Ordines, Sodalitates, Piae Uniones, Congregationes Mariales, etc.) coordinanda erunt cum apostolatu S. Hierarchiae, uti saepe innuit Pius Pp. XI, v. m., et proh dolor, ad effectum non perductum fuit.

3. *Pro Missionibus*

a) Vellem quod media proponantur ut Sacerdotes et fideles magis ac magis Missiones cognoscant et ament.

b) Praesentes relationes inter Ordinarios et Superiores Religiosos non sunt satisfactoriae. Urget reformatio.

✠ GASTO MOJAISKY PERRELLI
Archiepiscopus tit. Amidenus
Delegatus Ap. in Africa Orient. et Occ. Brit.

7

REV.MI P. D. PATRITII CULLEN
Pro-Praefecti Ap. Eldoretensis (Eldoret)

Eldoret, 22 augusti 1959

Eminentissime Pater,

Perplacet mihi communicare Eminentiae Tuae sententias Concilii huius Praefecturae Apostolicae in epistola tua (Prot. N. 1 C/59-1925) rogatas, quae in futuro Concilio Oecumenico tractare poterunt.

Hae quidem sunt:

Cleri et fideles huius Praefecturae Apostolicae enixe deprecantur Patres Concilii, omni cum cura, doctrinam de Maria Mediatrice Omnium Gratiarum perpendere; et si Patribus placitum sit, hanc doctrinam definire tamquam de fide Catholica ab omnibus fidelibus profitendam.

Cum late, numeroque conversorum crescente, Mohamedanismus apud Africanos indigenos Africae tam Occidentalis quam Orientalis divulgatus sit, mihi videtur bonum esse ut commissio sine mora statuatur; quae commissio hoc periculum diligenter inspiciat. Insuper Ordinarios certiores

faciat quae necessaria sint ad praecavendum hunc periculum perversionis fidelium, et quomodo Mohamedani ad veram fidem perducentur.

Licet per multas regiones, scilicet Americae et Europae, institutiones, operibus suis susceptis fideliterque perfunctis, curam habent de iis Africanis, qui in scholis et collegiis opus studiis dant; attamen fatendum est convenire ut omnes huiusmodi institutiones coadunentur, et praesertim Ordinarii locorum, quo vigunt, curarent ut has institutiones, qui nunc singillatim laborant, tamquam una structura per totum mundum diffusa componentur eo modo quo alumni Africani facilius adscribere possunt.

His cum verbis devotionem meam profero. Adprecor vere etiam ut Tibi fausta quaeque a Domino largiantur, et opus Concilii Oecumenici inceptum, in fructum amplissimum et ad suum finem feliciter apud Deum et homines consequatur. Interim profiteor me manere,

Addictissimum filium in Christo
Eminentiae Tuae

PATRITIUS CULLEN
Pro-Praefectus Ap. Eldoretensis

8

REV.MI P. D. GULIELMI DUNNE
Praefecti Ap. Kituiensis (Kitui)

Kitui, die 31 augusti 1959

Eminentia Tua,

Gratum mihi est responsionem exarare ad litteras vestras, Prot. N. I C/59-1950, die 18 iunii 1959.

Humiliter peto ut sequentia a Patribus Concilii Oecumenici considerentur:

1. Adhortationes precesque Summorum Pontificum in eis quae ad Missiones et ad Fidei Propagationem pertinent, praesertim vero eae quae in Litteris Encyclicis Pii Papae XII *Fidei Donum* continentur, iterum ad Ordinarios et ad Christifideles omnes maximo opere commendentur, et etiam, si occasio fit, ut vim legis habentes proponantur, ita ut omnes plene agnoscant se conscientia onerari opus Missionum adiuvare.

2. Sacrae Congregationi de Propaganda Fide potestas in facultates et opes veterum Dioecesium aliquo modo donetur, ita ut Missionarii opportunitatem invenient pecunias aliaque subsidia ad opus suum necessaria

quaerendi et coadiutores, sive sacerdotes, sive religiosi, sive laici, conscribendi non arbitratu tantum Ordinariorum, sed etiam e iure.

3. Associationes omnes et Sodalitates ad opus missionale fundatae, sive ad aegros sanandos, sive ad proles educandas, sive ad doctrinam Ecclesiae de quaestionibus sociologicis disseminandam, arcte coalescant et coadunentur sub auctoritate Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, ita ut Sacra Congregatio facile et prompte de eis disponere possit in regionibus maxime egentibus, Ordinariis auxilium postulantibus.

Omni qua par reverentia permaneo
Eminentiae Tuae
Addictissimus in Christo

GULIELMUS DUNNE
Praefectus Ap. Kituiensis

LIBERIA

1

EXC.MI P. D. IOANNIS COLLINS

Internuntii Ap. in Liberia, Vicarii Ap. Monroviensis (Monrovia)

April 25, 1960

Eminence,

I have the honour to recommend the following suggestions for consideration at the forthcoming Oecumenical Council:

1. That Seminaries manned by the most highly qualified teaching staffs and saintly priests be immediately provided for the training of priests in the New (and Old) African States, so that all future African priests may have the finest Philosophical, Theological and Moral training. Every effort should be made to create opportunities whereby the African Priest may also have the chance to study for secular academic Degrees and as many as possible of them should be called to study in Rome. All this with the purpose of creating a holy, highly educated, cultured, dedicated clergy strongly attached to Rome.

2. Bishops and Pastors should be instructed to work more zealously and more intelligently for the defence of the Catholic Family—through Organizations, study courses, lectures, films, family retreats, sermons etc.

3. More and more Convents should be established throughout the Missions the ideal being that every Parish and Quasi-Parish should have a Convent of even a few Sisters.

4. The present state of the Church indicates that it is strong and vigorous in the Countries where it is supported by the charity of the faithful. National Hierarchys should be directed to find ways and means of becoming self-supporting and entirely independent financially of the State. Should the African Church become dependent on the State—in any way—Anti-Clericalism, now unknown on the Continent, is sure to develop over the years.

5. An educated laity is the strength and buttress of the Church. Every effort must be made and every expense incurred to provide more and more, better and better, higher and higher catholic education for catholic youth. The African has an insatiable and all consuming desire for education, if the Church does not strain her resources to satisfy this desire

others will and the African intellectual will be lost to the Church as is the European working man.

With these suggestions go my fervent prayers, my fondest hopes and my sincerest good wishes for the complete and unqualified success of the approaching Oecumenical Council.

With sentiments of profound respect and esteem, I have the honour to be, Your Eminence,

Yours sincerely in Jesus Christ

✠ J. Collins

Apostolic Internuncio in Liberia
Vicar Apostolic of Monrovia

LIBYA

1

EXC.MI P. D. ERNESTI A. GHIGLIONE

Episcopi tit. Gaurianensis, Vicarii Ap. Bengasini (Bengasi)
Administratoris Ap. Dernensis (Derna)

Bengasi, 22 ottobre 1959

Eminenza,

Posso soltanto ora fare riscontro alla pregiatissima Nota inviatami, a suo tempo, dalla Pontificia Commissione Antipreparatoria per il Concilio Ecumenico.

Causa di ciò fu un forte attacco influenzale bronco-polmonare, aggravato in seguito da uno scompenso cardiaco, che mi tenne in letto per circa un mese. I medici curanti mi permettono di stare alzato due ore al giorno.

Nel chiedere scusa per il mio involontario e forzato ritardo, mi prostro al bacio della S. Porpora implorando una particolare benedizione.

Di Vostra Eminenza Reverendissima

dev.mo ed obbl.mo servitore

✠ ERNESTO A. GHIGLIONE, O.F.M.
Vicario Apostolico di Bengasi

Eminentissime Domine,

Pergratum mihi est gratos animi sensus pandere Eminentiae Tuae, qui Concilii Oecumenici Commissioni Antepraeparatoriae praees, de futuro Concilio Oecumenico a Summo Pontifice Ioanne XXIII fel. regn. promoto.

Circa res tractandas in Concilio Oecumenico illas quae sequuntur Eminentiae Tuae iudicio remitto:

1. Sermo fiat de Ordinatione ad Diaconatum virorum proborum, qui, etsi matrimonio alligati, in Missionibus valeant sacerdotibus in sacris functionibus praesto esse.

2. Candidati ad Sacerdotium ne ordinentur saltem ante duodetrigesimum aetatis annum. Item Subdiaconatum et Diaconatum ne conferantur nisi paucis mensibus ante ordinationem sacerdotalem.

3. Emendetur institutum iuridicum Professionis Solemnis et Perpetuae, ut non amplius sit distinctio, quoad rem et nomen, inter Or-

dines et Congregationes; et ut facilius dimitti possint Religiosi qui indigne vivunt.

4. Lex Iuris Canonici de Ieiunio Eucaristico et de Ieiunio communi cum abstinentia emendetur pro praesenti consuetudine a Summo Pontifice Pio XII instaurata.

5. Acceleretur, si fieri potest, emendatio librorum liturgicorum. In administratione Sacramentorum et in aliis praecibus Ritualis Romani possit adhiberi lingua vulgaris.

6. Promoveatur nova translatio Veteris et Novi Testamenti — vel saltem emendetur Vulgata — et adhibeatur in libris liturgicis.

7. Ne quidquam ut Dogma de Beata Virgine Maria, nisi forte sit ad praecavendos errores, definiatur.

8. Mentem Patrum Concilii ad mundum Islamicum velim revocare cum praesenti tempore magis augeantur in dies studia islamica et ex nostris saepe saepius non habeantur viri periti qui de re islamica valeant decertare.

Fausta quaeque a Domino adprecor Eminentiae Tuae in conficiendo opere cui praeses, pro Ecclesiae Sanctae Dei munimine et prosperitate.

Impensos animi sensus ex corde profiteor Eminentiae Tuae Rev.mae

addictissimus

✠ Ernestus A. Ghiglione, O. F. M.
Episcopus tit. Gaurianensis
Vicarius Ap. Bengasinus
Administrator Ap. Dernensis

2

Exc.mi P. D. VITALIS B. BERTOLI

Episcopi tit. Attaeatani, Vicarii Ap. Tripolitani (Tripoli)

Oeae, die 24 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Pax et bonum!

Ad Tuam veneratissimam epistulam diei 18 iunii 1959 (1 C/59-1880), die 5 augusti acceptam, nunc respondeo.

Pauca et paupercula Tibi exprimo iuxta meum consilium.

Patientiam habe in me. Alii, alia magna et pretiosa Tibi referent, ad gloriam Dei pro felicissimo exitu Oecumenici Concilii.

Interim dum Amplitudini Tuae, omnia bona a Domino adprecor, me Tibi profiteor

addictissimum servum

✠ VITALIS B. BERTOLI
Episcopus tit. Attaeatanus
Vicarius Ap. Tripolitanus

I. *Quoad disciplinam Ecclesiasticam*: Quae, mihi videtur, magni momenti, tractanda.

a) Unio inter Sacerdotes Saeculares et Regulares ad efformandam quamdam amicitiam: idem velle, idem nolle cum Ecclesia. « Ut unum sint ».

b) Magis magisque practicae sint relationes inter Episcopos et Superiores Maiores Religiosos, ut unio fieri vere potest. Domus inter se divisae dilabuntur.

c) Auxilium generose et fraterne praestandum est inter Dioeceses.

APPENDIX: Disciplina valde curanda est in Seminariis atque in Religiosorum Collegiis. Qua de causa tria prae oculis habenda sunt:

a) *personalitas*: qualificatur secundum normas fideliter constanterque observandas Aspirantium Sacerdotio proprias; alias « *monstrum* » efformetur;

b) *autogubernium*: libere exercendum, in prima aetate, absolute ne concedatur; in secunda aetate adhuc et in cursu Theologico, relative concedendum est.

Paedagogistae, circa haec tria, naturam interrogent!;

c) *oboedientia rationata*: numquam admittenda est. Ut neomodernistae sentiunt, praecisa est insubordinatio.

II. *Quoad Theologiam moralem*: damnanda sine remissione est « *Situationis moralis* », utpote totius moralitatis destructio, et quia ad « *caos* » infallibiliter ducit.

Recise damnanda est « *artificialis fecundatio* » cum semine tertii etiam coniuge permittente. Est actio totaliter immoralis. Hoc, bonum Sacramenti, exigit.

III. *Quoad Theologiam Dogmaticam*: *Votum* voveo: Ut *Maria SS.* Domini Nostri Iesu Christi, universorum Regis, Mater ac nostra declaretur « *Omnium Creaturarum* visibilium et invisibilium " *Regina* " »

Iam in Ecclesia *Maria* Regina, invocatur. Et *sic*: possessio veritatis habetur « pacificus ».

IV. *Quoad Iuris Canonici Codicem*: Praecisanda clare et definitive aliqua. Scilicet:

a) Ieiunium Eucharisticum;

b) Ieiunium quadragesimale;

c) Missa Vespertina, de qua genuinum conceptum eiusdemque finem opportunum est, habendi.

Nota. — Gratias Domino Nostro Iesu Christo ac Pontifici Papae Pio XII s. m., agamus. Distinguendum revera est circa effectum Missae Vespertinae.

a) pro Catholicis observantibus, magnum et pretiosum donum est;

b) pro Catholicis non observantibus, periculosum est quia occasio datur illis diem Domini profanandi.

V. *Quoad* EXISTENTIALISMI IDEAM: damnanda est utpote via certa ad materialismum. Vita nostra non habet finem in hoc mundo sed ad aeternam civitatem peregrinamur. Ergo...

VI. *Quoad Sacram Scripturam*: Nihil referendi habeo. Votum facio quod est necessitas spiritus moderni plusquam historici: « Ut Novum Testamentum maxime divulgetur, particulariter » Evangelium, ex quo bonitas, fiducia in Christi opere, ac mansuetudo et humilitas et patientia, oriuntur.

VOTA, propter quae ad Dominum Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, ad Mariam Virginem, Apostolorum Reginam atque Ecclesiae Sanctae Magistram, vocem meam extollo, sunt:

Ut *Fides, Spes, Caritas* in Clericorum atque fidelium Unione, augeantur.

Omnia per *Christum Dominum Nostrum.*

✠ VITALIS B. BERTOLI
Episcopus tit. Attaeatanus
Vicarius Ap. Tripolitanus

3

REV.MI P. D. ATILII PREVITALI
Praefecti Ap. Misuratensis (Misurata)

1. Ferenda sunt a Patribus Concilii Oecumenici, opportuna remedia circa novum habitum mentis quorumdam Christifidelium qui systematice dubiosi ac frigidi sunt erga commune munus docendi S. Matris Ecclesiae.

2. In responsione formula N. 25 Christianae doctrinae primae institutionis seu Catechismi Sancti Pii X, addere causis, quae leguntur in his verbis « propter nostram salutem », rationes sublimiores eductas ex Epistulis ad Coloss. c. I, 15, 10.

3. Optamus ut Codex I. C. reficiatur ex toto, et agilitate consecuta, accommodatus sit temporibus.

4. Magis magisque utilius ut Sacramenta e. g. Baptismi, Extremae Unctionis, administrentur in lingua vernacula, exceptis formulis essentialibus.

5. In Missa pro Sponsis, orationes quae dicuntur in facie ipsorum, item utilius recitarentur in lingua vernacula, temperatis quibusdam verbis.

6. Nobis videtur omnimodis Missam ad finem perducere (data benedictione) in his verbis: « Ite Missa est ».

Pariter magis liturgicum est vetare absolute Benedictiones Eucharisticas post Sanctum Sacrificium Missae. Non est Missa res excellentior omnium?!

7. Ordinariis loci, praesertim in terris Missionum, in diebus festis, celebrandi facultas quattuor Missas, pro singulis sacerdotibus ipsis subiectis, in necessitatibus tantum, concedatur.

8. Solemnitates quae infra hebdomadam eveniunt (ad profanationem earum vitandam) ad Dominicam viciniorem (ante vel post) praeter diem Nativitatis D. N. I. C., traducendae sunt.

9. Pietati devotionique sacerdotali non repugnare si, ad unum nocturnum et ad parvas Horas actio Divini Muneris, seu Breviarii, ob nimios apostolicos labores, temporibus nostris, contrahatur.

10. Spatium temporis Paschalis, perutile ad Sacram reficiendi Sinaxim, ad altera tempora, videlicet, Nativitatis D. N. I. C. etc. extendatur.

11. Semper opportunum est deferendi habitum ecclesiasticum, saltem in quibusdam locis; tamen ob quamcumque necessitatem vel utilitatem eum deponere liceat.

12. Capitis tegumenta quorumdam religiosarum Institutorum, deleantur; et ad sempliciorem formam reducantur.

13. Collectas facere (ut dicitur italice: Giornata Missionaria, Obolo di S. Pietro, Giornata pro Università Cattolica ecc.) in terris Missionum, ubi nondum sunt Dioeceses erectae, absurdum est, quia impulsus operum nostrorum patiuntur nimia paupertate.

14. « Actionem, ut dicitur, Catholicam » in suis peculiaribus modis seu formis externis, sicuti in Italicis Dioecesibus confectam, amplecti autem non possumus in terris Missionum.

Haec sunt opiniones seu sententiae et consilia et vota a nobis collecta sub auxiliis Sancti Spiritus, qui Concilii Patres, pro bono Ecclesiae Universalis, protegat, foveat, atque illuminet.

Amen.

✠ Atilius G. Previtali
Praefectus Ap. Misuratensis

MADAGASCARIA

1

Exc.mi P. D. LEONIS A. MESSMER

Episcopi Ambaniaënsis (Ambanja)

Ambanja, die 20 augusti 1959

Eminentissime et Reverendissime Domine,

Honoris insignis est mihi Eminentiam Vestram certiorem facere acceptionis epistulae circa Concilium Oecumenicum a Summo Pontifice Ioanne XXIII edictum.

Sanctitas Sua Episcoporum omnium sententias colligere dignatur, ideo ut Concilium quam optime praeparetur.

Humilis Missionum Episcopus ut ego, cui desunt consiliarii theologi eximii, maximo Concilii munere satis oppressus est. Sanctitati Suae, Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico sententias meas ad Christi Regnum progressum melius fovendum, in parte peculiariter mihi commissa, significare tamen audeo.

1. Sacerdotum numero aperte nimis parvo, cadit permultorum fidelium obligatio missam audiendi diebus dominicis et festis. Fideles qui ad officium divinum non progrediuntur, sunt igitur in magno periculo spiritum orationis paulatim amittendi et tandem omnem usum religiosum derelinquunt.

Quare obligatio conventus precum, doctrinae seu catechismi, cui praesideat laicus, diebus dominicis et festis instituenda esse videtur.

2. Ad augendas auctoritatem, dignitatem gratiamque supradicti laici, qui sit catechista probatus et ad hoc munus formatus, nonne convenit ut Ecclesia ei Ordines Minores conferat? Licet non sit sacerdos, etsi ei non conferantur Ordines Maiores subdiaconatus vel diaconatus, tamen inter membra hierarchiae ecclesiasticae numeretur.

3. In regionibus nostris, verisimiliter quoque in amplissimis mundi regionibus, ieiunium de praecepto vix servatur. Nos, catholici, cum macometanis, extrinsecus regidissimis quod attinet ad ieiunium et abstinentiam, contendere non possumus. Ut verum loquar, fideles nostri multi semper ieiunant et carne abstinent, id dumtaxat quia eis deficit cibus sufficiens et caro. Sed tali ieiunio non inest character poenitentiae.

Nonne satius est regionis vel nationis episcopos singulis annis statuere poenitentiae dies et opera, ex. gr. abstinentiam a potu alio quam aqua, a tabaco, etc.?

4. Postquam Beata Virgo Maria apparuit Lapurdi, Fatimae et in locis quibusdam aliis, quae apparitiones omnes sunt ab Ecclesia agnitae, optandum ut Ecclesia cultum Cordis Immaculati Mariae magis ac magis commendet et Venerabiles Patres Concilii totius mundi Cordi Immaculato Mariae consecrationem renovent.

4. In regionibus nostris tropicis praesertim exoptatur ut caeremoniae pontificales, in primis ornamenta pontificalia simpliciores reddantur.

Hae igitur sunt modestae quaedam sententiae quae ad regionem nostram peculiariter pertinent.

Concilii Oecumenici Commissioni Antepraeparatoriae preces meas, licet infirmas, una cum precibus fidelium promittens, Reverendissimam Eminentiam Vestram precor ut observantiae meae reverentissimae obsequium accipere dignetur.

✠ Leo A. Messmer
Episcopus Ambaniaënsis

2

Exc.mi P. D. FRANCISCI VOLLARO

Episcopi el. Ambatondrazakensis (Ambatondrazaka)

Ambatondrazaka, 21 aprile 1960

Eccellenza Rev.ma,

Sono veramente mortificato di rispondere con sensibile ritardo alla sua pregiatissima lettera del 21 marzo, u. s. N. 1 C/59-2771-bis, con inclusa la circolare di Sua Eminenza Reverendissima il Cardinale Tardini, sul Concilio Ecumenico.

Essendo stato nominato Vescovo della Diocesi di Ambatondrazaka (Madagascar), di nuova erezione, in data 10 gennaio 1960, e non ancora consacrato, non mi è stato possibile approfondire questioni e problemi d'interesse comune, da presentare per il Concilio Ecumenico.

Tengo ad assicurare il Santo Padre e la Commissione Antipreparatoria del Concilio, della mia adesione alle future discussioni e della totale obbedienza alle disposizioni della Chiesa.

Assicuro Vostra Eccellenza e la Commissione delle mie preghiere e attenzioni ai lavori di preparazione del Concilio Ecumenico, che suscita

un vivissimo interesse tra i cattolici di questa nuova Diocesi e i numerosi Protestanti di differenti Sette.

La prego gradire, Eccellenza Reverendissima, l'espressione dei miei sentimenti di profonda devozione.

FRANCESCO VOLLARO
Vescovo eletto d'Ambatondrazaka

3

EXC.MI P. D. CLAUDII ROLLAND
Episcopi Antsirabensis (Antsirabe)

Antsirabe, le 28 août 1959

Eminence Révérendissime,

En réponse au questionnaire que votre Eminence a bien voulu m'adresser le 18 juin 1959, après avoir prié, réfléchi, et consulté mes principaux collaborateurs, je soumets humblement au Concile Œcuménique les questions suivantes:

1. Définition du dogme de la *Médiation universelle* de la B. V. Marie.

2. Dans les territoires dépendants de la S. C. P. F., qu'une clarté plus grande soit faite sur les domaines respectifs de l'autorité diocésaine et de l'institut religieux auquel la mission est confiée.

La législation actuelle a été élaborée à une époque où Evêques et Vicaires Généraux appartenaient à un même institut religieux, et où l'équipe des prêtres missionnaires était également homogène par son appartenance à une même société missionnaire.

L'ascension du clergé local séculier, la nécessité d'appeler d'autres instituts pour travailler dans un même diocèse, et l'évolution des esprits appellent une préséance réelle et incontestable de l'autorité du Supérieur ecclésiastique (Evêque et Vicaire Général) sur toute autorité religieuse dans la maison de l'Evêché, dans les paroisses, postes de mission et œuvres qui relèvent directement de l'autorité diocésaine.

Dans les maisons strictement religieuses (Noviciat, Scolasticat...) l'autorité du Supérieur religieux demeure entière et première comme le prescrit le Droit Canon.

3. Simplification des rites de la consécration des autels et des églises.

4. Simplification du rituel du baptême des adultes.

5. Nomination de Cardinaux dans tous les pays du monde.

6. Prise en charge plus réelle et plus efficace des diocèse de Missions par les diocèse plus riches en hommes et en ressources.

7. Usage de la langue vulgaire pour l'Avant-messe et après la Communion.

8. Récitation du bréviaire en langue vulgaire.

9. Simplification du Bréviaire par l'élimination de ce qui est souvenir d'une antique récitation chorale, par l'élimination des leçons du 2° Nocturne ...

10. Réalisation de ce que sa Sainteté Pie X disait du *Diaconat* « comme fonction ecclésiastique indépendante du sacerdoce ».

11. Costume ecclésiastique: usage de la tenue clergyman en dehors de l'église.

12. Usage des principales langues mondiales pendant les séances du Concile Œcuménique.

Avec l'assurance de mes prières, veuillez agréer, Eminence Révérendissime, l'expression de mon religieux dévouement.

✠ Claude Rolland
Evêque de Antsirabe

4

Exc.mi P. D. IOANNIS WOLFF
Archiepiscopi de Diego-Suarez (Diego Suarez)

Diego Suarez, le 15 avril 1960

Eminence Révérendissime,

En réponse à votre désir, voici les suggestions qui nous ont paru importantes. Après consultation de notre clergé et en particulier des prêtres autochtones, les questions suivantes nous ont paru devoir être parmi les préoccupations du Concile.

Il nous semble nécessaire que soit organisée la répartition du personnel religieux (prêtres, frères, sœurs) au moins dans les territoires de mission si ce n'est dans l'ensemble de l'Eglise. De même que l'Œuvre de la Propagation de la Foi groupe les demandes des missionnaires, les recettes des pays chrétiens et en fait la répartition, un organisme ayant les pouvoirs suffisants pour centraliser les demandes de personnel, les possibilités existantes et procédant en ayant l'autorité nécessaire à la répartition de ce personnel nous paraît un complément indispensable des directives de Sa Sainteté et en particulier de *Fidei donum.*

En raison du développement des moyens de communications, beaucoup de problèmes religieux dépassent largement le cadre du diocèse,

et même celui de la Province. Il nous semblerait donc utile de créer une autorité intermédiaire entre le Saint-Siège et les Archevêques qui puisse présider avec un pouvoir canoniquement établi les assemblées des évêques et donner une autorité canonique à leurs décisions.

Ne pourrait-on autoriser la récitation privée du bréviaire en langue vulgaire pour une plus grande compréhension du texte par le clergé?

Ne pourrait-on revaloriser officiellement le catéchuménat des adultes en un schéma de préparation liturgique et pastorale réparti sur deux années? Le rituel du baptême des adultes serait alors réduit aux formules essentielles, les autres étant échelonnées pendant le catéchuménat.

Telles sont, Eminence, les suggestions que nous vous proposons, en vous priant d'excuser notre incompétence en ces matières.

Veuillez agréer, Eminence, l'expression de notre filial respect et de notre total dévouement.

✠ JEAN WOLF
Archevêque de Diego-Suarez

5

EXC.MI P. D. CAMILLI CHILOUET
Episcopi Farafanganensis (Farafangana)

Farafangana, le 1er septembre 1959

Eminence Révérendissime,

Les soucis de la charge épiscopale dans un diocèse missionnaire ne laissent pas beaucoup de temps libre pour le travail proprement intellectuel. Cependant, par respect pour le désir de notre Très Saint Père, Jean XXIII, glorieusement régnant et pour la Commission Antépréparatoire et son très digne Président, et nonobstant l'examen que pourra faire l'Assemblée des Evêques de Madagascar, en novembre prochain, sur des points de doctrine ou de discipline à soumettre au futur Concile Général, je vous ferait, Eminence Révérendissime, les quelques petites réflexions personnelles suivantes.[1]

On a beaucoup parlé d'une tentative de réunion des Eglises chrétiennes. Il faut bien reconnaître que si chez nos Frères Protestants, il y a un désir, une nostalgie de l'unité, il ne semble pas que l'heure soit encore arrivée de cette union tant désirée. Tout ce qu'on peut constater, c'est que le climat est changé et s'améliore progressivement dans les relations entre Catholiques et Protestants (je ne parle que des prote-

[1] Cf. pp. 289-291.

stants, parce-que, à Madagascar, nous n'avons guère en face de nous que le protestantisme, sous diverses dénominations).

Dans un autre ordre d'idée, il paraîtrait désirable d'apporter le lumière de la réflexion chrétienne sur les sujets brûlants des nationalismes et des racismes qui empoisonnent l'atmosphère et rendent de plus en plus difficiles les relations entre les tenants des diverses nations ... nations riches ou pauvres, nations anciennes ou jeunes nations, avides d'égalité, d'autonomie, d'indépendance, indépendance à tout prix, indépendance et autonomie, sur tous les plans, politique, cela va sans dire, mais même religieux (désirs d'une réadaption à des cultures vraies ou supposées), « des méthodes d'évangélisation ou des moyens d'expression du culte » (Motion du Congrès des étudiants malgaches Passy-Froyennes, 16 au 19 juillet 1959).

Toutes ces tendances, sur les plans nationaux, n'étant d'ailleurs qu'une manifestation d'une maladie beaucoup plus générale, l'exaspération du désir d'autonomie de la pensée qui pousse un chacun à s'ériger en juge et en docteur, redresseur de torts contre tous les pouvoirs, qu'il soient civils ou spirituels.

Il semble que nous ayons, fidèles instruits et prêtres surtout, un besoin urgent de retrouver, de reconquérir la véritable simplicité de l'évangile, dans la modestie du savoir, le respect de l'autorité, et la disponibilité, sans complication, à tous les genres de fidèles et surtout les plus humbles.

Veuillez agréer, Eminence Révérendissime, l'assurance de mon très profond respect et de mes sentiments très religieusement dévoué en Notre-Seigneur.

✠ Camille Chilouet
Evêque de Farafangana

6

Exc.mi P. D. FRANCISCI X. THOYER
Archiepiscopi Fianarantsoaënsis (Fianarantsoa)

Fianarantsoa, 8 septembre 1959

Eminence Révérendissime,

Par la lettre du 18 juin, Votre Eminence a bien voulu m'inviter à Lui soumettre les points susceptibles d'être examinés pour le bien de l'Eglise, à l'occasion du futur Concile.

J'avoue être un peu embarassé devant l'ampleur de la question. Et,

si Votre Eminence le permet, j'attendrai, avant de répondre de façon précise, que se soit tenue la réunion des évêques de la Province Ecclésiastique de Fianarantsoa, au début de novembre.

Je me contente aujourd'hui du simple énoncé de deux souhaits.

L'un concerne le droit naturel en matière de nationalité, et l'étendue et les limites des revendications légitimes sur ce point. Dans le désarroi actuel, des directives autorisées seraient bien précieuses, que seule l'Eglise, interprétatrice du droit, peut fournir. L'autre, sur un plan tout différent, a trait à la liturgie et à son adaptation (cérémonies, langue) aux besoins de l'assistance. Le succès rencontré par les efforts déjà réalisés, témoigne qu'on pourrait obtenir d'excellents résultats en poussant davantage ces efforts. Mais jusqu'où aller?

Que Votre Eminence veuille croire que nos fidèles, nos missionnaires et moi-même, nous prions d'avance pour les réunions du Concile de 1962, et pour les travaux de la Commission Pontificale antépréparatoire.

Et qu'Elle daigne agréer mes sentiments de déférent attachement et de religieux respect en Notre-Seigneur.

✠ FRANÇOIS X. THOYER
Archevêque de Fianarantsoa

7

CONVENTUS EPISCOPORUM PROVINCIAE ECCLESIASTICAE FIANARANTSOAËNSIS

EXC.MUS P. D. FRANCISCUS X. THOYER, *Archiepiscopus Fianarantsoaënsis* (Fianarantsoa)

EXC.MUS P. D. CAMILLUS CHILOUET, *Episcopus Farafanganensis* (Farafangana)

EXC.MUS P. D. ALFONSUS FRESNEL, *Episcopus Arcis Delphini* (Fort Dauphin)

EXC.MUS P. D. PAULUS GIROUARD, *Episcopus Morondavensis* (Morondava)

EXC.MUS P. D. MICHAËL H. CANONNE, *Episcopus Tulearensis* (Tulear)

Fianarantsoa, 19 janvier 1960

En répondant le 8 septembre dernier à la question posée par Votre Eminence, relativement au futur Concile, je Lui disais que, lors de la prochaine réunion des Evêques de la Province de Fianarantsoa, nous mettrions en commun nos avis sur les matières qu'il nous paraîtrait utile de traiter.

Cette réunion a eu lieu fin novembre, les 19, 20 et 21.

Nous y étions cinq présents: S. E. Mgr Chilouet, évêque de Farafangana; S. E. Mgr Fresnel, évêque de Fort-Dauphin; S. E. Mgr Canonne, évêque de Tuléar; S. E. Mgr Girouard, évêque de Morondava; et moi-même.

Son Excellence Mgr Maury, Délégué Apostolique à Dakar, assistait à la dernière réunion, le samedi 21.

Leurs Excellences ont d'abord repris à leur compte les deux suggestions que j'avais proposées moi-même, en accord déjà avec eux par correspondance, dans ma lettre du 8 septembre. Puis, d'autres sujets possibles ont été étudiés.

1. Que soient précisés les principes du droit naturel en matière de nationalité, et l'étendue et les limites des revendications légitimes sur ce plan. Dans le désarroi actuel, où les passions politiques entrent pour une part importante, des indications autorisées seraient précieuses à tous: que seule l'Eglise, interprétatrice du droit, peut fournir.

2. En matière de liturgie et de son adaptation (langue et cérémonies) aux besoins de l'assistance, le succès rencontré par les efforts déjà réalisés, témoigne qu'on pourrait obtenir d'excellents résultats en poussant davantage ces efforts. Les Evêques ont précisé que, les décisions doctrinales et disciplinaires étant sauves, évidemment, il y aurait avantage à ce qu'un peu de liberté fut l'aissée aux chefs de Diocèse pour tout ce qui est pratiques du culte à instaurer en fonction de besoins particuliers.

3. En face de l'étatisation sans cesse plus poussée de tout service d'aide à la misère, quelque forme que revêtent cette misère et le secours fourni, il paraît souhaitable que soient soulignées la nécessité et la valeur de la vertu chrétienne de charité, et de ses initiatives personnelles.

D'une part, la législation si poussée soit-elle, ne peut venir au secours de tous les besoins.

D'autre part son caractère anonyme et quelque peu policier, enlève à l'exécution de ses prescriptions, la note morale méritoire de la charité se portant au secours des misères d'autrui par amour chrétien: et c'est un gros déficit.

4. Relativement à la valeur de l'échange du consentement matrimo-

nial entre conjoints protestants, un problème se pose aujourd'hui: devant la fréquence telle d'un fait, qu'une question de principe semble introduite par là.

Le fait est celui-ci: l'interprétation courante, dans les milieux protestants (*Mt.* 5, 32) en faveur de la légitimité du divorce en certaines circonstances, et le nombre croissant de divorcés, que l'Autorité Religieuse Protestante n'approuve pas absolument, c'est vrai, auxquels cependant elle n'oppose pas de résistance doctrinale bien ferme.

N'est-on pas en droit, par suite, de douter de la validité des mariages ainsi contractés entre protestants: à cause d'une erreur sur l'indissolubilité, qui ne serait plus seulement d'ordre intellectuel, mais qui deviendrait « conditio turpis » viciant le contrat?

5. Il a encore été proposé ceci: qu'en raison de la diversité des besoins en prêtres dans les différents pays et régions, les uns abondamment pourvus, les autres souffrant d'une grave pénurie, il ne soit pas trop difficile au prêtre de faire valoir auprès de l'Autorité Ecclésiastique de son Diocèse, une vocation, authentiquement surnaturelle, à aller travailler ailleurs.

6. Enfin, les Evêques ne se sont pas montrés favorables à l'institution de « Diacres » proprement dits, préposés à certains services, ni non plus à la suggestion faite du dehors, d'une petition pour la définition du Dogme de la Maternité Spirituelle de Notre-Dame: il a été remarqué que ceci n'ajouterait pas grand-chose à la croyance déjà bien explicite de l'Eglise.

Plutôt a-t-on proposé que fût instituée une fête mondiale d'Action de grâces: où, en commun avec les Protestants mêmes, après avoir demandé pardon à Dieu du mal commis, les fidèles Le remercieraient pour Ses bienfaits, et fortifieraient leur confiance humblement soumise à Sa Providence.

Je vous prie, Eminence Révérendissime, d'accepter l'hommage des Evêques du sud de Madagascar, et de présenter à Sa Sainteté, avec leur filiale obéissance, l'assurance de leurs prières fréquentes et ferventes pour le prochain Concile.

De Votre Eminence Révérendissime le serviteur en N.-S.

✠ FRANÇOIS X. THOYER
Archevêque de Fianarantsoa

8

EXC.MI P. D. ALFONSI FRESNEL
Episcopi Arcis Delphini (Fort Dauphin)

Le 21 août 1959

Excellence Révérendissime et Eminentissime,

Du fond de la brousse Malgache, de l'extrémité sud de l'Ile Rouge, je viens répondre à votre lettre au sujet du futur Concile.[1] Vous le savez bien, nous autres missionnaires, nous nous débattons dans la plaine, en pleine masse païenne à peine civilisée, nous n'avons guère le loisir d'explorer les hautes cimes de la Sacrée Théologie dogmatique. Au point de vue pratique et pastoral, voici bien simplement quelques modestes suggestions recueillies auprès des missionnaires « militants ».

1. Pour le baptême.

Quand il s'agit de supplier aux cérémonies après un ondoiement: supprimer purement et simplement les exorcismes qui n'ont pas de sens, puisqu'il y a eu baptême valide.

2. Mariage. Donner aux cérémonies de ce sacrement, ci grand mystère, « plus de solennité et d'importance ». Avec le rituel actuel, ce sacrement est « expédié » en 2 minutes!

3. Par contre on pourrait pour le bien des fidèles et du consécrateur, rogner les longues cérémonies de la consécration des églises et des autels, consécration qui n'est pas sacrement, et cependant on lui a donné une solennité dont le « mariage » est justement jaloux!

4. Réforme du Bréviaire.

Revoir et mieux distribuer les leçons de la S. Ecriture (supprimer les généalogies entre autres).

Faire lire surtout la S. Ecriture, la préférer aux commentaires même les plus beaux, semble être le principe qui doit guider la réforme.

C'est peu comme « suggestions », mais les petits ruisseaux font les grands rivières, ces petites suggestions s'ajoutant à celles qui vous arrivent de tous les coins de la terre, fourniront une rude et longue préparation au Concile à ceux qui en sont chargés.

Veuillez agréer, Eminentissime Excellence, mon plus profond respect dans le Seigneur.

✠ ALFONSE FRESNEL
Evêque de Fort-Dauphin

---

[1] Cf. pp. 289-291.

9

Exc.mi P. D. IOANNIS DAVID
Episcopi Maiungaënsis (Majunga)

Majunga, 16 ianuarii 1960

Eminentissime Princeps et Pater,

Cum iam plures ante menses honorificentissimas a Te acceperim Litteras Prot. N. 1 C/59-795, die 18 iunii 1959 datas, scilicet de animadversionibus, consiliis votisque circa res et argumenta quae in futuro Concilio tractari poterunt, nunc ipsum quidem cum haud parva mora de qua humiliter veniam peto, responsiones meas exarare valeo.

Imprimis, iure et merito, gratos animi sensus Augusto amatissimoque Pontifici nostro Ioanni Papae XXIII peramanter significo: etenim haec proclamatio Concilii Oecumenici mox congregandi magna laetitia universum affecit orbem, quod ipse Deus per os Petri successoris denuo diebus nostris locutus esse videatur illudque Concilium omnibus Sanctae Ecclesia filiis maxime appareat opportunum atque perutile, ad pericula ingruentia ac mala quae nostros afficiunt huiusce saeculi aequales enixe enucleanda, remediaque hodiernis magis accomodata necessitatibus proponenda.

Ad *doctrinam* ipsam *catholicam* quod attinet, ad Theologos magis pertinent quam ad nos Antistites praesentatio, argumentatio formulatioque earum veritatum a Deo revelatarum, quae, quantum res petet, erunt in Concilium tractandae ac definiendae.

Si considerantur perniciosorum *radices errorum* nunc vigentium, certo praeprimis de Revelatione Divina ac doctrina catholica habetur huiuscemodi ignorantia quae multos obruit christifideles in quibus proh dolor! sensus vici animum, cor rationem, ratio Fidem. Inde accidit ut haec ignorantia illos magis ducat ad incidendum in errores vitandos quam alacriter contendendum contra vim eorum. Quin etiam multi ex eis sese putant vero Dei amore fraternaque caritate roboratos ac motos, cum revera amor non fictus cum veritate adeo coniungatur ac cohaereat, ut omnino inseparabiles fiant hae connexae virtutes.

Ut nunc est, *Dogma de peccato* originali saepissime, mea sententia, non recte intelligitur ac creditur a plurimis, et consequenter vires hominis mere naturales praeter modum laudantur et extolluntur; dein iuvenum educatio et disciplina a parentibus ita negleguntur ut illi liberi sese gerant prout voluerint, quippe ut parentes auctoritatem iuraque a Deo

commissa paenissime cesserint. Qui praedicti errores certe conducunt animos ad necessitatem Salvatoris hominum, sine quo omnia ruunt, minuendam, immo practice negandam.

Salva necessitate ministerii sacri erga iuvenes ac omnis generis institutionum associationumque pro infantia promovendarum, a plurimis Ecclesiae ministris non raro, meo iudicio, neglegitur ministerium verbi atque cura pastoralis erga fideles adultos, videlicet parentes ipsos, qui maximi officia ponderis erga liberos obeunt. At multis ex experientiis satis aperte constat per parentes saepissime a malo defendi iuvenes atque ad veram lucem vitamque christianam tuto perduci.

Nec silentio tegenda sunt recenta experimenta circa *Renovationes liturgicas* iam in Ecclesia tentata, praesertim circa linguarum usum vernacularum in Sacramentis administrandis Sanctaque Missa celebranda concessum. Quae nativae dictiones magis magisque tenent linguae latinae locum. Ego autem sic proponam meam sententiam atque vota ut semper Sanctae Sedis Apostolicae instructionibus aut iussibus humiliter promittam oboedientiam.

Magis magisque manifestum est facultates de usu linguarum vernacularum in Missa celebranda concessae multis in locis iam excedi. Duo enim videntur fieri mysteriorum sacrorum celebrationes, scilicet ex una parte sacerdotis celebrantis actio, quae revera paulatim minui versatur, ex altera autem parte lectoris aut explanatoris contio, quae sensim eo pertinet ut ad ipsum enarratorem magis spectet animi adversio christifidelium quam ad altare ubi Christus Dominus mystice immolatur.

Si vero facultates circa usum linguae nativae per Missae celebrationem sunt servandae, haud scio an melius sit sacerdoti celebranti concedere facultatem vertendi ad populum ac orandi colloquendique cum fidelibus, durante actione liturgica, non modo lingua vernacula tantum adhibita, at etiam ceteris omnibus mediis, utpote lectore aut explanatore, omnino suppressis.

Si autem haec praedicta facultas concedi non potest, utinam omnes redeant sacerdotes ad rubricas traditionales quae servandae sunt in Sacris Mysteriis celebrandis, in quibus celebrans ad Deum versus ac lingua sacra non clare a plerisque fidelibus intellecta utens, populi christiani apud Deum vicarius constituitur.

Quod vero ad *officium Divinum* extra chorum persolvendum attinet, nihil aliud opto nisi ut his clericis qui petant concedatur facultas lingua utendi vernacula. Minime dubium est quin illi clerici, litterarum non periti, ex precibus horariis perfectius intellectis fervoris incrementum exhauriant, qui pleniore cum intelligentia recitare student.

Hic sensus affectusque qui vi linguae vernaculae verborum facile manifestantur, etiam his certo vi linguae latinae, mortuae dictae, verborum patescit, qui hanc perfecte percipiunt, attamen hisce diebus minus minusque fiunt multi apud sacerdotes fidelibus consulentes, atque notandum est facilius percipi eos textus antiquos, quos Venerabiles auctores lingua latina semper utentes exaraverunt. Quam autem onerosi nostris sacerdotibus in ministerio pastorali constitutis nonnulli textus sat recentes, saltem in Officio Divino, quorum sensus nonnisi his qui latine loquendi artis periti aperte manifestatur.

Mihi iam nihil restat ut Tibi, Eminentissime Princeps ac Pater, obsequentis animi mei sensus significem ac reverentiae pietatisque testimonium exhibeam.

✠ IOANNES DAVID
Episcopus Maiungaënsis

10

EXC.MI P. D. PAULI GIROUARD

Episcopi Morondavensis (Morondava)

Morondava le 10 septembre 1959

Eminence,

En réponse à votre Honorée du 18 juin 1959 Prot. N. 878-1 C/59 j'ai l'honneur de vous présenter quelques idées qui, mises en pratique ici dans les Colonies, pourraient être pour nous la source de bien des facilités dans notre ministère.[1]

1. On parle beaucoup de la mise au point de certains chapitres du Droit Canon qui serait retouché.

Serait-il possible d'examiner à nouveau le Can. 1070 § 2? Le baptême des protestants luthériens chez nous est pratiquement considéré comme nul par les Pasteurs Européens si ces baptêmes sont faits par les Pasteurs malgaches. Du reste pour les Luthériens ici le mariage n'est pas un Sacrement et il n'est ni un ni indissoluble, même s'il est fait au Temple. Le divorce et le remariage sont admis régulièrement chez eux.

Ne pourrait-on pas envisager dans leur cas l'emploi du Privilège Petrinum et considérer les mariages protestants comme pouvant être dissous par le Souverain Pontife?

---

[1] Cf. pp. 289-291.

2. Envisager à nouveau et plus profondément la réforme du Bréviaire, un choix mieux adapté de certaines epîtres de la Ste-Messe, et la lecture en langue vulgaire des Epîtres et des Evangiles de la Ste-Messe, afin de rendre le Saint-Sacrifice plus adapté et plus compréhensible aux fidèls, sans toutefois surcharger de Lectures la célébration des Saints Mystères.

3. S'efforcer de mener à bonne fin la question de la langue latine dans la Liturgie et la récitation du Bréviaire et prendre une décision concrète et finale à suivre par le monde entier enfin de faire cesser les dissensions et les divisions qui agitent continuellement les différents pays à propos de cette question.

Veuillez agréer, Eminence, l'expression de ma plus parfaite soumission à toutes les directives du Saint-Siège.

De votre Eminence le plus indigne serviteur,

✠ PAUL GIROUARD
Evêque de Morondava

11

EXC.MI P. D. IULII PUSET
Episcopi Tamatavensis (Tamatave)

Montfort-Meu, die 31 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Libenter litteris tuis respondeo quas mihi pergratum fuit recipere (N. 1 C/59-1325).

A paucis mensibus factus Episcopus, non tanta vota et consilia (sive animadversiones) habeo huius Pontificiae Commissionis studio submittenda. Aliquod vero doctrinae capitulum studio mihi videtur impendendum esse, scilicet de doctrinali definitione circa Mediationem Beatae Mariae Virginis.

Preces meae ad Deum ascendunt pro felice exitu huius Commissionis necnon futuri Concilii Oecumenici.

Eminentiae tuae Rev.mae
dev.mus in Domino
✠ IULIUS PUSET
Episcopus Tamatavensis

12

Exc.mi P. D. VICTORIS SARTRE

Archiepiscopi Tananarivensis (Tananarive)

Tananarive, le 10 septembre 1959

Eminentissime Seigneur,

Répondant à votre invitation, je me permets de vous adresser quelques très modestes suggestions pour le programme du futur Concile.

Pontifical: les cérémonies de consécration d'autels et d'églises ne pourraient-elles être simplifiées?

Pratiquement il est impossible de tenir attentif un auditoire de fidèles durant un temps si long. Les cérémonies entraînent des fatigues qui paraissent disproportionnées avec le but à atteindre. Dans les territoires de Mission, beaucoup d'églises sont à consacrer, mais on ne voit guère comment y associer les chrétiens.

Dogme: On souhaiterait des précisions sur l'existence des limbes.

L'Eglise: *Exercice de l'autorité dans l'Eglise*:

a) On souhaiterait que l'expression des préceptes universels tienne davantage compte des conditions de vie différentes d'un hémisphère à l'autre, de l'Occident à l'Orient. Exemple: jours de jeûne; appellation des parties du Bréviaire: (*pars verna* arrive à Madagascar à la saison d'automne).

Les Missions lointaines ont parfois l'impression que l'horizon de l'Europe ne s'est pas suffisamment élargi.

b) Pour une *certaine décentralisation dans l'Administration* de l'Eglise:

— ne pourrait-on pas limiter le nombre des recours au Saint- Siège,

— préciser les prérogatives des Archevêques et Patriarches.

Clergé: il serait opportun de donner des normes plus précises:

a) Pour l'*admission aux ordres sacrés,* du point de vue de la chasteté:

1) des normes pratiques: aspect canonique et moral,

2) un exposé plus théorique, dogmatique, de ce qu'est la chasteté consacrée à Dieu, en prolongement de l'Encyclique *Sacra Virginitas.*

b) Pour *les Prêtres,* il est très désirable que le Droit Canon appuie davantage les exigences de la vie spirituelle, prière, retraites, pauvreté etc. ..., les bienfaits de la vie Communautaire. Les textes du Droit Canon valent moins pour le jeune clergé des Missions; et suppo-

sent un « individualisme » qui n'existe pas tel quel dans beaucoup de territoires de Mission.

La Pastorale actuelle exigerait une plus grande union à l'Evêque qui a la charge de son diocèse. L'Evêque doit pouvoir en fait diriger l'action pastorale de ses prêtres. Des décisions canoniques semblent entraver l'ordonnance générale de l'apostolat: curés inamovibles etc. La pastorale d'ensemble dans un diocèse et dans un pays appellerait plus de souplesse et d'adaptation de quelques chapitres du Droit Canon.

D'autre part, les échanges et la collaboration devraient s'accroître entre les diocèses, entre les anciennes chrétientés et les Missions. L'évolution de la vie sociale est plus rapide que l'adaptation des diocèses. La pastorale d'ensemble devrait permettre de triompher des vues trop courtes, limitées à la paroisse, au diocèse, à la patrie.

La disproportion est trop grande, pour les moyens d'apostolat, entre les anciennes chrétientés et les nouvelles.

Le sens pratique des exigences de l'Eglise universelle gagnerait à se développer.

La doctrine sociale de l'Eglise et la sociologie mériteraient une plus large place dans les programmes des Séminaires et Scolasticats. Dans l'enseignement ordinaire des clercs, les problèmes du passé absorbent parfois trop de temps aux dépens de la préparation à l'intelligence du présent.

Rituel et Liturgie: Les changements *liturgiques,* Messes du soir, jeûne eucharistique, langue vulgaire pour certaines cérémonies sont généralement très appréciés. Il semble bon de ne pas prolonger la période de recherches (Missel, Bréviaire). Les réglements liturgiques risquent de trop se multiplier et de s'enchevêtrer.

Là où le latin ne possède aucune racine, il est avantageux que la prière des fidèles, et vraiment pour les fidèles, puisse être dite en langue indigène, le latin conservant sa place propre et plus restreinte.

On souhaiterait que le rite du sacrement de *mariage* soit enrichi:

— que le *catéchuménat* soit renforcé et que, pour les adultes, des étapes préparatoires au baptême soient rétablies.

L'expérience des Missions inclinerait à réviser le principe qu'il faut donner le baptême à des enfants de parents baptisés.

Sans un minimum de garanties de formation chrétienne, on est exposé à baptiser des enfants qui resteront en fait païens.

Ces notes ne sont qu'un écho imparfait des observations ou suggestions de nos pays de Mission. Des voix plus qualifiées feront entendre les *desiderata* importants de la chrétienté actuelle.

Nous prions le Saint-Esprit, avec toute l'Eglise, d'éclairer les Pasteurs et leur Chef Suprême.

Daigne, Votre Eminence, agréer les sentiments de profond respect avec lesquels je suis

le très humble serviteur en J. C.
de Votre Eminence
✠ VICTOR SARTRE
Archevêché de Tananarive

13

EXC.MI P. D. ANGELI MARTINEZ
Episcopi Tsiroanomandidyensis (Tsiroanomandidy)

Tsiroanomandidy, die 18 maii 1960

Eminentissime Domine,

Pergratum nobis fuit Summi Pontificis de Concilio celebrando Oecumenico nuntium ex quo, nemini latet, magnum profectum Ecclesiae oriturum.

Commissionis etiam Pontificiae pro Concilio Oecumenico constitutio cui Eminentia Tua praeest, quam sapientissima nobis videtur.

Tibi bene visum est a me quaerere opiniones, sententias et animadversiones de munere pastorali circa res quae in futuro Concilio tractari poterunt, quod mihi valde honorificum fuit.

De consilio virorum ecclesiasticorum peritorum et prudentium sequentia doctrinae disciplinaeque cleri et populi christiani capita nobis proponenda videntur Commissioni Antepraeparatoriae Concilii Oecumenici.

I. *De Diaconatu*

Utrum oporteat Diaconatum permanentem instituere etiam pro viris in matrimonio constitutis, saltem in partibus missionum.

Studium circa convenientiam, verbi gratia pro maiore possibilitate fidelium recipiendi sacramentum Eucharistiae, praesertim in periculo mortis.

E contra essetne occasio minoris conatus perveniendi ad Sacerdotium pro seminaristis?

II. *De formatione Cleri localis*

Videtur leges vigentes favere Clero saeculari in Normis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide datis die 27 aprilis 1934 (Sylloge 183 n. 6) cum e contra experientia suadeat potius Clerum Regularem, saltem in partibus missionum, magis convenire:

a) Disciplina ipsa vitae religiosae magis accommodata.

b) Votum paupertatis officit quominus eleemosynae a fidelibus datae pro missionibus, in bonum proprium vel parentum convertantur.

c) Sensus vitae christianae non adeo firmus est ut non raro accidat exponi sacerdotes saeculares ab ipsis parentibus in proximo periculo amittendae castitatis.

d) Dicta inconvenientia, paene vitarentur, vel saltem facilius, si Clerus ageret vitam Regularem sub vigilantia Superioris Religiosi cui sese submittat per votum oboedientiae.

e) Populus christianus, ab dictas causas, praefert Clerum Regularem et libentius ei se credit.

Quam ob rem exoptatur plena libertas ut seminaristae inducantur ad Vitam Regularem, sublatis ergo omnibus dispositionibus quae directe vel indirecte impediunt in quodlibet Religiosum Institutum introitum.

III. *De cura animarum a religiosis exercenda*

Iurgia et lites inter Clerum Saecularem et Regularem quam primum cessare deberent nam populo christiano perniciosum praebent scandalum.

Cum de die in diem multiplicentur sacerdotis activitates (quae magis Clero Saeculari conveniunt quam Clero Regulari) et copia illorum desit, videretur nihil obstare quominus Clero Regulari committerentur frequentius paroeciae quarum regimen non impedit vitam Regularem; firmis manentibus vero can. 451 et 456.

Idem supprimantur parochi inamovibiles de quibus canon 454, quorum institutio, teste experientia, contraria est animabus.

Itidem institutio Canonicorum de quibus canon 398, saltem in partibus missionum, ubi sacerdotes omnes ministerio animarum incumbunt, quod officium chorale impossibile reddit.

IV. *De missionariis augendis*

His temporibus plane sonant verba Christi: « Messis quidem multa operarii autem pauci ». Qua de causa augendum videtur zelum Ordinum Religiosorum in adiuvandis missionibus numero uberiori missionariorum.

V. *De Liturgia*

Ut conservetur lingua latina in celebratione Missae, saltem pro Ecclesia Latina, nam favere videtur unioni Ecclesiae.

Contra in administratione Sacramentorum, nempe Baptismi, Matrimonii et Extremae Unctionis, experientia suadet usum linguae vernaculae ad maiorem fructum fidelium.

VI. *Matrimonium acatholicorum*

Urget accuratius studium circa potestatem Ecclesiae in dissolvendis matrimoniis baptizatorum extra Ecclesiam Catholicam.

Praxis pastoralis quam maxime difficultatibus scatet his de causis:

a) Ignorantia absoluta de rebus religiosis.

b) Impossibilitas obtinendi certitudinem validitatis baptismi, vel quia dubius est ritus aut praxis vel intentio ministri.

c) Praeterea maxima est negligentia pastorum protestantium in adnotando nomina in baptismali libro.

d) Non semel accidit protestantes celebrare matrimonium ritu tantum civili cum intentione implicite non sese ligandi indissolubiliter quod non apparet nisi in incuria celebrandi ritum respectivae sectae.

Eminentiae Tuae me profiteor

addictissimum servum in Christo

✠ ANGELUS MARTINEZ
Episcopus Tsiroanomandidyensis

MAURITANIA TINGITANA

1

EXC.MI P. D. L. AMEDEI LEFEVRE
Archiepiscopi Rabatensis (Rabat)

Rabat, 28 aprilis 1960

Sicut Eminentia Tua rogavit nos, Tibi mittimus his litteris annexas, animadversiones et vota circa res quae in futuro Concilio nobis videntur tractandas.

Inter multas quaestiones quae his temporibus ex Ecclesiae necessitatibus oriuntur, has dumtaxat principaliores exponendas eligimus.

Quas Tibi et Commissioni libenter et humiliter suggerimus.

Instantes ad Deum fundimus preces ut Te adiuvet in perarduo Tuo opere perficiendo.

Tuae Eminentiae plurimum salutem in Domino reverenter dicimus.

✠ L. AMEDEUS LEFEVRE
Archiepiscopus Rabatensis

1. QUAESTIONES GENERALES MAXIMI MOMENTI HODIERNIS TEMPORIBUS

I - *Ecclesia obviam mundo - Opus Missionarium universale*

Opportune non contingit ut futurum Concilium varios errores debeat condemnare. Sentire vero debet — magis forsitan quam in omnibus praeteritis temporibus — ingens mundi moderni salvandi pondus, et etiam inducere omnes christianos ut et ipsi vivide animadvertant clamorem tam multorum hominum salutem a Christo expectantium.

A) Per primum oportet Ecclesiam ad omnes gentes se vertere ita ut videatur expedita ab omnibus impedimentis quae obveniunt ex aspectu nimis occidentali eius institutionum et nimia connexione cum « europaea civilizatione ». Haec connexio valde quidem utilis est sed maxime impedit quominus omnes gentes ab hac civilizatione alienae ad fidem christianam facile accedant.

Ut istae non graventur ultra quod Deus exigit, oportet Ecclesiam, quae omnes res terrenas transcendit, deponere vel assumere secundum opportunitates (cf. *Acta Apostolorum,* cap. XV, 28: « Visum est enim

Spiritui Sancto et nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam necessaria... ». Ita censuerunt Apostoli et seniores fratres in Concilio Hierosolymitano...).

Sic: in Nostra archidioecesi rabatensi, ius Ecclesiae Catholicae Romanae et liturgia structuraque in genere, non sunt plebi marocanae satis accessibilia. Indoles huius populi, ingeniumque religiosum proprium, non videntur exprimi posse secundum ritus et mores catholicos neque sine gravi onere subiici posse legibus et consuetudinibus nimis alienis ab illis.

Hoc est maximi momenti problema, in cunctis universi orbis partibus simile repertum.

B) Immo, nostra aetate, qua athei tam enixe laborant ad mundum et hominem construendum sine Deo vel potius contra Deum, non sufficit Ecclesiam tollere omnia quae inter se et plebem humanam se erigunt, immo nec sufficit Ecclesiam pernotare aegre mundum periculosum esse et ab Evangelio alienum. Habere quidem suspectum, damnare, derelinquere mundum nonnisi ad separationem completam ducit.

Apostolica Sedes, his praesertim recentibus annis, se ostendit pronam ad sincere amplectendum « valores » humanos, attenteque prospicere super innumera problemata angoresque diversissimi generis huius temporis hominum. Manet tamen convertenda mens permultorum fidelium necnon sacerdotum ut haec vestigia sequantur.

Occasionem providentialem praebet Concilium Ecclesiae *affirmandi* sibi « nihil humanum alienum esse »: scientia, artes, progressus cuiuscumque modi et se velle inter diligentiores incumbere ad personam promovendam humanam et liberandam ab omnibus doloribus et ab omnimoda servitute, sive in domo sive in officinis, sive tandem in relationibus quae exstant inter gentes.

Ex « Declaratione » prudenti et firma, apte ostenderetur valor semper efficax et actuosa Evangelii — et omnes « evangelii praecones » magis confiderent semper hodie vivere Christum ad salutem iustamque liberationem omnium hominum —. Patet christianos in omnibus regionibus catholicitatis, fide et zelo ferventiores, multum desiderare hanc huiusmodi « declarationem » (vel: « prise de position ») qua valde iuvaretur eorum actio apostolica.

II - *De Catechesi et Kerygmate*

Ipsa nuper affirmante Apostolica Sede, diffusio fidei et institutio fidelium urgens opus et arduum est. Et hoc constat sub pluribus aspectibus inter se connexis:

a) In *Universitatibus Catholicis* non solum erudiri debent technici

periti in sua arte — quod quidem exigitur — sed etiam (saepius neglectum!) foveri milites Christi idonei ad impugnandos ubicumque modernos errores.

Et sic in sua fide « radicati et fundati » non iam amplius hoc timore et pusillanimitate tenerentur qua multi christiani etiam ferventes gravantur coram inimicis fidei.

b) In *Gymnasiis* et *Scholis diversis*: Innumerabiles, proh dolor!, iuvenes post plurimos annos in catholicis scholis, apostatae deveniunt...

Cuius miseriae sane ipsi soli non sunt culpandi. Certe enim institutio religiosa et spiritalis eis praeferta valde apparet deficiens.

Sacerdotes et magistri cuius est erudire alumnos scholares in re religiosa perfectam competentiam in posterum adhibere debent in tanto ministerio. De his dici potest quod S.S. Pius XI de sacerdotibus ad seminarios deputandis affirmabat: « inter dioecesis sacerdotes optimos eligendos ».

Non debent iuvenes tantum initiari catechismo, sed etiam — de quo rarius curatur — scientiae apologeticae aptae et sufficienti, orationi, operibus caritatis, deinde apostolatui. Recens et laudanda foederatio « Iuventutis Studentis Catholicae » (J.E.C.) non videtur adhuc satis dilatatam fuisse ut deficientiis supradictis congrue suppleret.

c) *De pueris*. Valde adlaborant periti in re catechetica... Satisne iuvantur? Praebenturne eis confidentia, benevolentia et sollicitudo quibus indigent?...

d) *De adultis catechumenis*. Aliqui episcopi enixe conantur ut quaeque paroecia evadat germana et fraterna communitas quam catechumeni ingrediantur quasi veram familiam ubi possint christianam caritatem experiri. Hic zelus pastoralis omnino laudandus nobis videtur et ad imitationem divulgandus.

Si vidimus hodie *sectas* acatholicas vehementissime augeri et ubique dilatari — multas a Christo avertentes animas — nonne hoc tribuendum est affectibus fraternitatis, mutuae et sincerae opitulationi quae inter membra earum vigent?

Humiliter haec proponamus meditationi Patrum Concilii.

e) Tandem quia *multitudines humanae* illuminandae sunt, absolute necessario recurrendum est mediis ad hunc finem congruenter adaptatis. « Technicae » modernae pro propagatione et diffusione opinionum manifeste « ex sese » sunt prorsus inefficaces ad convertendas animas ad Christum! Verumtamen non aestimari « malae » et perversae videntur. Immo, necessariae hodie deveniunt ut lumen Evangelii mentes humanas attingere possit. Et ideo sagaciter utendae sunt — salvis earum regulis et exigentiis propriis — non, ut patet, ad coactionem moralem exer-

cendam contra liberum assensum hominum, quod absit, sed ut Veritas omnibus proponatur, dicente Domino: « praedicate super tecta » et « luceat lux vestra coram omnibus hominibus ».

Per convocationem Concilii ista quaestio de methodis et de novis viis in veritatis fidei christianae diffusione, apud multitudines urbanas et rurales nescientes Christum, facilius examinari et solvi potest. Satis manifestum est enim omnes simul convenire debere in hoc labore. Consensus et stricta cooperatio omnium requiritur, nam conatus etsi ardui et generosi, si manent dispersi vitandi sunt, in quantum verisimiliter futuri steriles. Talis generis actio apostolica per ephemerides, periodicos, radiophoniam, et in paucis verbis per omnia nova « moyens d'information », solummodo foecunda erit si universalis et in multis locis simul exercita.

III - *Sacerdotum « minus inaequalis » in orbe catholico partitio*

Universa novit Ecclesia lamentabilem egestatem spiritalem fidelium in vastissimis regionibus christianis ubi graviter et crudeliter fratres nostri christiani ministerio sacerdotum carent. Exinde ingens periculum fidei catholicae intelligitur...

Optamus auxilium variasque opitulationes magis ac magis augeri et multiplicari in favorem eorum (specialissime in America Meridionali) et hoc *sine mora.*

Ad hanc finem optima via nobis videtur esse: propositio a Sancta Sede facta ad omnes ordinarios orbis ut generosiores fiant in hac caritate, saepe onerosa dioecesibus iam carentibus clero numeroso. Itaque Sancta Sedes proponat omnibus ordinariis — praesertim si dioecesis proportionaliter maiore copia sacerdotum praedita sit — contributionem respondentem necessitatibus urgentioribus; quam contributionem (tot sacerdotes missuros ad pauperes ecclesias... sacerdotes ferventes et voluntarii) Apostolicam Sedem solam idoneam aestimandam proponendamque putamus.

Eamdem propositionem apud Superiores Ordinum et Congregationum Religiosorum clericalium apostolicorum optamus faciendam.

2. Quaestiones Doctrinales

In generali:

1) Non videntur nobis recte iudicare omnes qui aliquoties militant alacriter in favorem progressus theologici per novas definitiones dogmaticas elaborandas. Sane hae definitiones saepe necessariae repertae sunt, sed periculum non parvum semper adest: nam postea progressus doctrinalis consequens evadit in unico et partiali sensu, neglectis vel adumbratis

aliis aspectibus eiusdem dogmatis. Ita celeberrimum exemplum, post necessarias damnationes latas adversus errores dogmaticos XVI saeculi in Concilio Tridentino manifeste apparuit evolutio nimis arcta et unilateralis in doctrina de Sanctissimo Sacramento Eucharistiae et de Sacrificio Missae.

Ex alia parte in permultis quaestionibus scientiae theologicae, speculationes et elucidationes adhuc non maturaverunt. De die in diem, propter mirandam diligentiam doctorum in inquisitiones suas, materia luculenter expolitur. Si citius ageretur non posset definiri nisi dogma in statu imperfecto et sine vero profectu intelligentiae fidei. V. g.: nobis videtur mariologia, theologia de sacerdotio, de laicis, de apostolatu laicorum et alia multa huiusmodi non praebere opportune locum definitioni...

2) Optamus adlevationem oneris theologorum, et etiam sacrae hierarchiae, tandem oboedientiae omnium fidelium, relative ad documenta a Sancta Sede in materia doctrinali per Litteras Encyclicas data. Hoc votum sic intelligendum est: usus redactionis et formularum qui facilius permittent omnibus comprehendere germanam et authenticam voluntatem Romani Pontificis. Id est; aliis verbis: vultne Romanus Pontifex simpliciter fideles meminisse praescriptiones vel doctrinam praecedentis concilii vel cuiusdam pontificis defuncti? Vultne e contrario requirere assensum nostrum ad novam praecisionem in materia fidei, usque nunc libere disputatam? Et in ultimo casu: quali vi obligationis? Nemini celatur interpretationes multum diversas et etiam oppositas esse a quibusdam peritis magistris de documentis huiusmodi. Res deploranda videtur, et certo non imputanda defectui scientiae vel negationi oboedientiae Romani Pontifici ex parte horum plurium doctorum, sed vere ambiguitati textus de quo sic disputatum est.

In particulari:

Absque ergo novis definitionibus quae non nobis videntur opportunae, valde optamus ut Concilii Commissio Doctrinalis promoveat studia scientifica peritorum theologorum de quaestionibus supradictis, quae quamquam theoricae possunt videri primo aspectu, magni momenti quidem sunt propter consequentias in rebus spiritualibus et practicis tam pro fidelibus quam pro clericis et sacerdotibus.

3. De disciplina

Praenotandum:

1) Occasione Concilii Oecumenici omnibus apparet eminens dignitas Episcoporum, SS. Apostolorum successores, quorum collegio una cum

Romano Pontifice, cura et sollicitudo omnium ecclesiarum incumbit, ut ait Sanctus Paulus. Insuper eorum potestas — praesertim in re disciplinaria — exerceri potest sine ulla mora, et modo perfecte accommodato perpensis omnibus adiunctis locorum, rerum, et personarum quae ipsi norunt ex fonte proximo. Propter quod super omnes idonei sunt ad iudicandum multas res et circumstantias saepe imbricatas et nodosas.

Itaque pro commodo et beneficio non parvo plebis christianae dioeceseos valde optabile videtur ut potestas ordinarii ampliatur. Inclinatio, vigens in omni societate — Ecclesia non excepta — ad reducendum magis ac magis omnia negotia etiam communia et levia, apud Curiam Romanam, i. e. apud centrum societatis et auctoritatis (la « centralisation ») importat realem utilitatem, sed non potest indesinenter faveri et crescere sine multis nocumentis maioribus forsitan quam utilitates...

Concilium futurum optimam occasionem praebet ut aequam et iustam mensuram definiatur et normas aptiores statuantur.

2) Sede Apostolica iubente, accurata emendatio et retractatio Codicis Iuris Canonici effectura, in comperto est. Propter quod nos putavimus animadversiones sat particulares — infra scriptas invenies — praesentari debere.

Attamen modo praevio utile nobis videtur notare Ius Ecclesiae nunc esse nimis onerosum, nimis implicatum sub multis aspectibus. Utinam periti homines ad hoc magnum opus laborantes, curent adlevamentum, magis nostri temporis mores et necessitates considerantes.

3) Inter et super omnia, liber *De Poenis* Codicis Iuris Canonici, indiget omnino reformatione.

A) *De Sacramentis et de Liturgia*

De Baptismo: Desideramus sacras promissiones in susceptione sacramenti baptismatis prolatas, quam primum apparere in sua gravitate et suo momento coram omnibus tam christianis quam infidelibus, ut denuo in honore possit habere titulus et status « christiani ». Propter quod necesse est ut hoc sacramentum *denegetur* quotiescumque deest vera et germana probabilitas educationis religiosae futurae.

Item de baptismo: formam exorcismi desideramus mutari.

Catechumenatus restituatur, secundum praxim vigentem in partibus infidelium, mutatis tamen mutandis quantum ad durationem et circumstantias...

De Sacris Ordinibus: In primis attendendum est a Concilio, iudicio nostro, ut omnes Ordines sacerdotio inferiores reviviscant cum plena significatione realique exercitio ab ordinatis ministris. Specialissimo modo hoc

votum valet de *Diaconatu*. De hoc ordine per multas regiones manifesta est expectatio renovationis, inter permultos catholicos diffusa.

Optamus diaconos, sive sint in coelibatu sive sint in matrimonio, mox daturos in auxiliariis tam desideratis omnibus sacerdotibus qui iam non ferre possunt pondus multorum operum et negotiorum.

De Poenitentia: Primum optamus emendationem disciplinae et legislationis de censuris et praesertim de reservationibus.

Deinde desideramus omnem sacerdotem a suo ordinario pro confessionibus approbatum, posse ubicumque audire in confessione et licite valideque absolvere omnem alium sacerdotem sibi adeuntem.

Optamus Ecclesiam supplere defectui iurisdictionis, in re confessionali, in plurimis casibus urgentioribus, dummodo absit fraus vel neglectus legis conscius.

De Eucharistia: Susceptionem Sanctissimi Sacramenti Eucharistiae permittendam optamus fidelibus omni horae diei, ubicumque adest vera ratio utilitatis — salva lege ieiunii — et hoc propter innumerabilia impedimenta oneraque hodiernae modernae vitae.

Item: opportuna nobis videtur nova promulgatio et confortatio Decreti a Sancta Sede iam edicti ad procurandam plenissimam libertatem in aditu vel recessu a SS. Sacramento Eucharistiae, vel a celebratione Missae, inter sodales omnium scholarum, gymnasiorum, et in genere communitatum tam iuvenum quam religiosarum necnon sacerdotum...

De Matrimonio: Legislatio de impedimentis nimis implicata est: hoc nobis videtur. Insuper sicut in casu Baptismi, denegandum est sacramentum matrimonii christiani in casu instructionis religiosae deficientis vel quando sponsa et sponsus nullum indicium vitae christianae praebuerunt antequam contraherent matrimonium. « Deus non irridetur ».

In administratione sacramenti: valde opportunum esset si usus Ritualis optimi qui nunc viget in Germania permitteretur.

De Liturgia:

1) Denuo examinetur quaestio de festo *Paschae* in die invariabili celebrando.

2) Optamus ritum « *concelebrationis* » stricte dictae introduci in liturgia romana. Specialissime permittenda videtur cum multi sacerdotes conveniunt (occasione Congressus, recollectionis, exercitiorum spiritualium collectivorum, et etiam modo habituali et quotidiano in domibus Ordinum et Congregationum clericalium).

3) *Missas* « *serotinas* » celebrari posse pro ratione commoditatis sive populi sive ipsius celebrantis.

4) *Lingua* liturgica. In hac magna et ardua quaestione, optamus

Rituale integrum in vernacula lingua permitti (exceptis tamen verbis « formae » diversorum sacramentorum).

In Missa, sive privata, sive cantata, sive sollemni: lectiones (de l'Avant-Messe) quae fiunt ante Canonem, in eadem vernacula lingua posse legi, sine obligatione duplicationis a sacerdote celebranti, in lingua latina. Sed ad has lectiones publice faciendas debet vigere textus rite approbatus et unicus pro quaque lingua.

Item cantari posse optamus « Commune » missarum sollemnium, in eadem vernacula lingua, sicut iam saepe concessum est a Sancta Sede, et similiter etiam « Proprium » Missarum in vernacula lingua.

5) *Paraliturgiae*: deberent, putamus, strictius prohiberi quando compertum est eas occasionem dare periculo fidei in christianis rudibus, dum istae novitates apparent, aliquando saltem, nimis alienae a formis cultus traditionalibus et ubique acceptis. Tandem optamus ne, earum causa, devotiones et piae consuetudines adhuc vere vigentes in plebe christiana impediantur.

Et ibi consensimus omnibus qui expectant renovationem liturgiae sed sub regulis et non per nimiam libertatem cuique concessam.

6) *Liturgia pro Missionibus*: Conspicuae hic videntur nobis aliquae « conclusiones » datae post Congressum liturgiae missionalis in oppido Nimègue (sept. 1959) inter quas memorandas putamus:

Desideramus ut rubricae ritualis quidem structuram rituum stricte determinent, sed quoad quasdam caeremonias certam flexibilitatem admittant, ita ut ritus ab ordinario loci adiunctis localibus adaptari possint. Desideratur ut in singulis territoriis missionum habeatur Manuale pastorale, quod momentum liturgiae debitum ei tribuat. Collectanea Congregationis de Propaganda Fide et sic dicta Sylloge reimprimantur, ita ut missionariis denuo praesto sint.

Desideratur ut experti in re liturgica et missionali conficiant manuale Liturgiae ad usum seminariorum et domuum formationis societatum missionalium. Item: Ordinarii et Superiores curent ut etiam pro Missione periti formarentur. Item: creentur Centra liturgico-pastoralia regionalia in terris Missionum. Multum conferret si aliqui missionarii ut consultores adoptarentur in Sacra Congregatione Rituum. Optandum est autem ut Roma expertos mittat in Missiones ad instruendos missionarios de apostolatu liturgico. Tandem in generali consideretur attente momentum et rituum et omnium caeremoniarum in mentibus et aestimatione populorum indigenorum.

B) *De disciplina clericorum*

1) *De institutione et idoneitate doctrinali.*

a) *De delectu:* Nostro quidem animo severitas maior requiratur. Prorsus arcendi sunt omnes non plena sanitate mentis nec peracri iudicio praediti.

Nimia et inordinata affectivitas, praesertim si comitatur inclinatio et pronitas sexualis imperfecte domata nobis videtur impedimentum *absolutum* constituere ad vitam sacerdotalem. Numquam admittendi videntur iuvenes quos attente spectatos medici periti et prudentes non declararent idoneos.

Multae recentes et gravissimae infidelitates lapsorum sacerdotum ad specialissimam vigilantiam cogent. Agitur de honore « sacerdotii catholici » in mundo!

Curent postremo ordinarii ut omnes sacerdotes suae dioeceseos periodice medicorum inspectioni committantur.

b) *De ratione studiorum.* Ubi nondum docentur, optamus tractatus de Missionibus et de Actione Catholica seminariorum alumnis tradi. Insuper maiori applicatione instituendi sunt in re morali, iuridica (canonica et civili), oeconomica, sociali, tandem in pathologia psychologica.

Attamen crescente indesinenter studiorum sacerdotalium onere, de perfecta integritate omnium disciplinarum num eximi possent qui minus ingenio praediti et tamen vere idonei ad munus sacerdotale manent? (salvis quidem praescriptionibus saepe a Sancta Sede edictis de scientia ab omnibus sacerdotibus requirenda).

In erudiendis alumnis multo magis tribuendum est scientiae spiritali.

Immo vero traditio ipsa diversarum disciplinarum scopo spiritali informetur, non ad meram scientiam theoricam ordinata sed ad vitam.

Curent magistri ut in omnibus futuris sacerdotibus reviviscat sensus sui divini famulatus necnon primatus orationis in sua vita ita ut unusquisque conetur verus esse « homo Dei » (memoranda nobis videtur illa miranda post Sacrum Concilium Tridentinum sacerdotii renovatio!).

c) *De censura Doctrinae.* Magnopere desideramus hierarchiam plus theologiis confidere maioremque libertatem in inquirendam veritatem eis tribuere, nimia suspicione reiecta. Praesertim ex parte S. Congr. Sancti Officii. Ad rem: desideramus mitigari modum agendi et damnandi (cf. *C.I.C.* can. 2214 § 2: « meminerint se esse pastores non percussores ») et ideo Congregationes uti praeviis monitionibus secretis, facilitatem dantes auctoribus suspicatis suam sententiam humiliter exponendi, ne coram omnibus — ut saepe accidit — subitanea et publica damnatione videan-

tur infamari et diffidentia notari, dum ipsi plerumque vere ex toto animo Ecclesiae subditi manent.

Opportune autem omnes ordinarii a Concilio monerentur ut accuratius inspicerent super libros ad obtinendam approbationem, vulgo dictam « Imprimatur », sibi praesentatos. Et hoc ad nimiam copiam scriptorum minoris valoris minuendam, et ne maturius divulgarentur opiniones et hypotheses theologicae et exegeticae non satis comprobatae nec securae primo aspectu, et quibus forsitan quidam fideles imperiti turbari possent.

d) *Declarationem* expressam, immo si necesse sit: actionem poenalem repressivam, contra denuntiationes nimias aliquando falsas, secreto ad Sanctam Sedem delatas, a viris ecclesiasticis seu etiam a laicis, quovis titulo carentes, caritate et iustitia calcatis. Omnibus iam innotescat oportet in omni Ecclesia: lamentabiles istas machinationes apud Sanctam Sedem prorsus in postremo inanes futuras.

e) Catalogus Librorum Prohibitorum (*Index*) emendandus nobis videtur. Valde desiderabile est ordinarium iudicem esse in sua dioecesi de omnibus licentiis omnimodis concedendis — saltem ad triennium — legendorum horum librorum ac periodicorum. Eademque facultate pollent Superiores Maiores Ordinum et Congregationum virorum.

f) Suademus sacerdotes speciali modo instruentur ad collocutiones oecumenicas quas nuper optabat et commendabat Apostolica Sedes.

2) *De vita privata clericorum.*

a) Constituendum est tempus, sufficiens — unius anni si fieri potest — pro « renovatione spiritali » in favorem sacerdotum dioecesanorum, elapsis aliquot annis post sacram ordinationem receptam. Priusquam omnibus hoc imponatur, posset ad experimentum remitti ad cuiusque libitum.

b) *De veste sacerdotali*: Optamus in primis ornamenta Episcoporum et Praelatorum multum minui.

Nonne permitti posset, ex alia parte, vestis approbata qua extra domum omnes sacerdotes uti possent, modo vivendi hodierno plus accommodata?

c) Tandem his recentibus annis sacerdotes legem sacri caelibatus violantes multo plures devenerunt. Minime intendimus ut haec sacra obligatio abrogetur! Nonne autem recte locus misericordiae daretur erga quosdam reos ad statum nimis miserum redactos et ad gravem poenitentiam subeundam paratos, ita ut post illam completam matrimonium contrahere possint et ad sacramenta Ecclesiae more laicorum accedere?

3) *De ministerio pastorali.*

a) Desideratur denuo examinari et perpendi difficilem quaestionem de sacerdotibus desiderantibus operam dare saluti opificum, eorum modum vivendi amplectando et cum eis in officinis laborando. Optamus decretum novum maiorem libertatem et latitudinem eis praebens in suo zelo apostolico.

Inter tales opifices arabicae gentis quales invenimus in nostra regione mahumetana, officina quidem est unicus locus possibilis collocutionis inter sacerdotem catholicum et opifices mahumetanos, cum aliqua spe mutuae confidentiae et proximitatis. Quomodo pastor oblivisci posset hos homines praesertim miserabiliores et pauperiores ius habere ad lumen evangelii?

Ad tale arduum et periculosum apostolatum sane longa probatio necessaria est. Ordinarii locorum — vel superioris maioris si agatur de religioso sacerdote — prudentiae committatur praescribere et verificare sanctitatem vitae, maturitatem sensus, idoneitatem doctrinalem perfectam, vitam communem degendam et alia huiusmodi a sacerdotibus opificibus exigenda.

b) In comperto est absoluta necessitas actionis pastoralis communis (Pastorale d'*ensemble*) ut aiunt, ordinario loci duce. Haec multo facilior evaderet si concederetur eodem ordinario ius cogendi sacerdotes religiosos ex Ordinibus vel Congregationibus clericalibus et ad apostolatum addictos in casu necessitatis, deficientibus sacerdotibus saecularibus. Iam in missionibus hac potestate pollent Vicarii et Praefecti Apostolici (can. 297 *C.I.C.*). Audito superiore, et salvo recursu ad Sanctam Sedem, ordinarius iudicet.

In statu actuali perpensa gravitate necessitatis adeundi infideles ubique innumeros, valde necesse videtur ut Concilium ordinarios moneat ut quisque suos sacerdotes ad iuventutem erudiendam cum maiore parsimonia deputet, ne multi in gymnasiis et scholis congregati munera parum suo sacerdotio consonantia debeant assumere.

c) Similiter concedi optamus ordinario loci ius cogendi sacerdotes suae dioecesis post sacram ordinationem susceptam, ad aliquot annos, ut vitam communem, stricte dictam, degent. De quo canon 134 prorsus insufficiens compertur. Haec sunt praecipua motiva nostrae propositionis: ad augendam efficacitatem laboris apostolici; ad solitudinem sacerdotum saepe intolerabilem vitandam; ad fovenda studia ultra prosequenda et hodie tam necessaria; ad committendos novos et adhuc inexpertos sacerdotes curae eminentium comprobatorumque sacerdotum ut ad difficillimam artem ministerii instituantur.

d) Canon 1520 *C.I.C.* modificandus videtur ut constituantur non consultores laici, in re oeconomica, sicut iam existunt, sed sacerdotes in hac re periti et multo magis accessibiles ad quos non solum episcopus tantum sed quisque presbyter dioeceseos recurrere possit in omnibus et variis negotiis oeconomicis, iuridicis, pecuniariis et fiscalibus.

Etenim: ad has difficultates solvendas numquam in seminariis alumnos clericos poterint capaces institui.

e) De *Breviario*: Utinam retractatio incepta acceleretur!

Abbreviatio officiorum in Dominicis et diebus festorum et in vigiliis horum festorum multoties optata fuit.

Rubricae iam ad formam simpliciorem a S.S. Pio XII redactae adhuc attemperatione indigent. Praesertim eo quod innumerabiles sacerdotes breviarium privatim recitent.

Legendae II Nocturni omnino abbreviandae et corrigendae sunt.

Ampliandae lectiones Scripturae Sacrae, accuratius excerptae quam usque nunc fuerunt.

Tandem putamus sacerdotes omnes ad illam breviarii precem teneri, nonobstantibus periculosis opinionibus aliquorum impugnantium sub multis rationibus quas iudicamus falsas.

Pro commoditate intelligentiae: concedatur breviarium saltem pro parte officii, in vernacula lingua translatum.

Obligatio breviarii non debet urgeri cum nimia severitate, sicut legitur in multis auctoribus de re morali. Aliunde posset poni principium « equipollentiae » i. e. supplere recitationi Horarum et etiam Matutinorum cum sacerdos cogetur adfuisse aliis caeremoniis, missis vel aliis sacramentis praesertim...

3) *De statu religioso.*

Ad promovendos et perficiendos status perfectionis multo in his annis Apostolica Sedes adlaboravit. Hunc susceptum laborem sed nondum consummatum efficaciter Concilium complere posset, et nostro sensu diverso modo: i. e.:

a) Magis ac magis accommodationes ad nostros praesentes mores favendo, in veste, in articulis regularum vel constitutionum obsoletis et abrogandis, item in usibus sensu religioso carentibus et sola vi consuetudinis permanentibus, de instructione doctrinali sodalium speciatim apud religiosas...

b) De *Paupertate*: De paupertate singulorum religiosorum. Stupendum nobis videtur quod omnis religiosus qui ad vota sollemnia emittenda, vi iuris, inhabilis est (et ita omnes sodales Congregationum) impeditur, ipso facto, perfectam paupertatem ne amplectatur, dum prohibetur relin-

quere ius ipsum proprietatis bonorum eorum. Permulti religiosi de die in diem hac regula aegre gravantur.

De paupertate collectiva: utinam Concilium vehementer moneat omnes Ordines et Congregationes ne in posterum nimiam pecuniam expendant in domibus aedificandis, in supellectili, et peregrinationibus non necessariis...!

Haec omnia manifestissime aliena a paupertate evangelica sunt, quam publice religiosi profitentur, immo facile haec in scandalum omnium populorum vertunt.

c) *Transitus* religiosi ad alium ordinem vel congregationem, arctioris disciplinae et observantiae, facilior reddetur — praesertim si evidenter post aliquot annos congregatio errore electa parum respondeat indoli spiritali ac proposito supradicti religiosi.

d) *De iure poenali*: Permittenda est superioribus facilior dimissio religiosorum, etiam si vota perpetua iam nuncuparunt, cum occasionem scandali permanentem praebent fratribus suis — salvo tamen iure recursus ad Sanctam Sedem — sine processu iudiciario.

Attamen: puniendae nobis videntur transgressiones, a quocumque factae, praescriptionis perutilis canonis *C.I.C.* 671, § 5: *De caritativo subsidio.*

e) De Iurisdictione ad *confessiones* audiendas et praedicationem. Optamus ut sacerdotes ad religiosam domum regulariter pertinentes in quodam dioecesi, et a superioribus suis approbati, assimilantur in hac parte confessionum et praedicationis, sacerdotibus saecularibus eiusdem dioecesis.

Tandem permittantur optamus *plures* simul confessores « ordinarii » pro eadem domo religiosarum, et hoc in commodum fiet tum religiosarum ipsarum tum sacerdotum qui, saepe propter nimiam curam apostolicam impediti, possent invicem suppleri vicissim.

✠ L. Amedeus Lefevre
Archiepiscopus Rabatensis

2

EXC.MI P. D. FRANCISCI ALDEGUNDE DORREGO

Archiepiscopi Tingitani (Tanger)

Tingi, 21 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Qua par est reverentia Tuis obsequens litteris 18 iunii currentis anni (Prot. N. 1 C/59-1329), consilia ac vota, quae a mea parvitate exquirere dignaris, nunc Amplitudinae Tuae Reverendissimae mittere pergratum mihi est. Hoc facio ductus ratione, ut praetermissa expositione qualibet vel argumentatione, ea simpliciter significarem quae humili meo iudicio et studio supponi et, si casu ferat, a Concilio definiri merentur.

Hanc grate proficio opportunitatem deosculandi Sacram Purpuram Eminentiae Vestrae Reverendissimae, cuius me iterum profiteor servum

Add.mum in Domino

✠ FRANCISCUS ALDEGUNDE DORREGO
Archiepiscopus Tingitanus

Consilium Generale. Nonnullis perpensis adiunctis, quae decisionibus conciliaribus maximam sollemnitatem singularemque amplitudinem tribuunt, res non paucas inde a Concilio Vaticano ordinario Magisterio statutas, Patruum studio proponere ad sollemniorem earumdem determinationem convenit.

Sequentia vero, inter alia non pauca, a cognitione futuri Concilii subtrahi nullatenus debent.

1. Schemata quaedam Concilii Vaticani, nec sufficienter discussa nec adhuc ultimo definita; saltem quae Breviarii reformationem atque unificationem Catechismi respiciunt.

2. Sollemnis proclamatio Iesu Christi primatus universalis, in ordine sive creationis sive Redemptionis; qua proclamatione Novatorum insidiis occurrere eodemque tempore quamplurimis hodiernae societatis aerumnis, ab irreligiositate promanantibus, mederi est satagendum.

3. Diversa Dei Genitricis erga nos officia (corredemptrix, spiritualis maternitas, mediatrix universalis, etc.).

4. Relationes inter Ecclesiam et Statum. Etenim, habentur catholici

scriptores qui separationem, ideoque Status laicitatem, velut magis hodiernae mentalitati consentaneum, propugnant.

5. Individui ad Statum habitudo. Multum namque humana persona, ob Status praepotentiam, in suis iuribus vel dignitate his diebus sustinere tenetur. Omnia super hac re a Summis Pontificibus statuta ac definita, exempli gratia, euthanasia, sterilizatio systematica, artificialis foecunditas, ortuum regulatio (birth-control) etc. denuo consideranda atque, ubi possibilitas affulgeat, penitius definienda oporteret. Quot sub specie boni communis aut ex principio « pars sequitur totum » perperam intellecto, crimina perpetrantur!

6. Humana persona et oeconomia. Marxismus. Praesens ordo socialis ad lumen Evangelii. Iustitia sic dicta socialis, accurate definita, estne criterium in iuris proprietatis exercitio retinendum vel etiam aptum ad definiendas obligationes Status respectu subditorum, aut sic dicto *colonialismo* solidum perhibet fundamentum? Iuris gentium reconsideratio in praesentium rerum adiunctis.

7. Quae « Nova Theologia » appellatur, praeprimis circumstantiarum Ethica (La morale di situazione), relativismus dogmaticus etc.

8. Laicorum theologia eorumque apostolatus.

9. Firma Regularium exemptione, necnon Superiorum dualitate, videlicet Superior ecclesiasticus et Superior religiosus, in Missionibus pluribus Congregationibus concreditis; in ceteris, eis scilicet Missionibus quae uni tantum Congregationi demandantur, duplex auctoritas, ecclesiastica nempe ac regularis, ab unica persona exerceri oporteret. Siquidem, his in Missionibus ecclesiasticus Superior ex eodem Instituto religioso assumitur, neque extra huiusmodi Institutum missionarios sacerdotes sibi deligere valet.

10. Dioeceses personales, sicut et paroeciae, erigendae ubicumque totalis fidelium pars advenis constituitur, eo vel magis si advenae ipsi non eamdem habent originem eorumque dissimilis est lingua materna.

11. Prae oculis habens rerum adiuncta in hodierna societate, canonis 1247 statutum diem festum respiciens ampliori mitigatione indigere videtur.

12. Lex etiam ieiunii et abstinentiae, denuo studio subiici noviterque ordinari oportet; secus, transgressiones non paucae, ex iusta causa nonnullae, plurimae haudquaquam legitimae, cum animarum detrimento evenient.

13. Interrogando suggero: *a*) oporteret necne discussionem circa originem mediatam vel immediatam iurisdictionis episcoporum residentialium reassumere? *b*) Ne onanistis via sternatur ad dispensationem vi

canonis 1119 procurandam, canonicum conceptum consummationis reconsiderari deberet necne? *c*) Impedimenta quae dispensari solent, velut *dirimentia* eliminari convenit necne? *d*) Denuntiationem, de qua in canone 904, perficere deberet mulier respectu complicis qui caractere sacerdotali insignitur? Ita casus sat lacrimabiles forsitan evitarentur.

✠ FRANCISCUS ALDEGUNDE DORREGO
Archiepiscopus Tingitanus

MOZAMBICO

1

Exc.mi P. D. SEBASTIANI SOARES DE RESENDE

Episcopi Beirensis (Beira)

Beira, 30 agosto 1959

Eminenza Reverendissima,

Rispondo alla lettera n. I C/59-210, del 18 giugno 1959, della Eminenza Vostra Reverendissima dicendo che, secondo me, povero Vescovo dell'Africa, i punti a trattare nel prossimo Concilio sono questi:

I. *Teologia del laicato:*

1. Imperativo del sacerdozio dei laici:

a) Il dovere dell'apostolato ... e dell'apostolato organizzato ...

b) Partecipazione attiva nel culto ... specialmente nel Sacrificio della Messa — Sacrificio essenziale della comunità.

c) Salientare l'importanza della disponibilità dei non nupti, dei vedovi, dei sposati, in ordine all'apostolato ...

2. Imperativo della inserzione dei laici nel Corpo Mistico di Cristo:

a) Responsabilità dei laici nella dilatazione, nella elevazione e nella efficienza del regno di Cristo ...

b) Responsabilità dei laici come cittadini cattolici nella organizzazione, orientazione ed efficacia della politica — nel senso ampio della parola — del proprio paese.

3. Restaurazione del diaconato per determinate funzioni ecclesiastiche ...

II. *Teologia dei religiosi.*

1. Sacerdoti religiosi:

a) Appartenenza più evidente alla Chiesa che all'Istituto proprio.

b) Aggiustazione più efficace a ciascuna diocesi quanto all'apostolato locale o soltanto quello già fatto del clero diocesano ...

c) Far finire tutte le differenze, tra un clero e l'altro, che non siano quelle del vincolo dei religiosi al Superiore nella vita spirituale ...

2. Fratelli e Suore:

a) Che abbiano diplomi ufficiali delle Università del paese, principalmente gli insegnanti, gli educatori e le infermiere...

b) Che abbiano una formazione aperta, attuale, affinchè preparino i giovani e le giovani per la vita...

c) Che tutti abbiano la coscienza pratica che soprattutto appartengono alla Chiesa Cattolica ...

3. Istituti secolari:

a) Formazione per la tecnica più avanzata ...

b) Che penetrino e lavorino nel mondo ...

c) Che facciano comprendere che la santità è per tutti e per tutto ...

III. *Teologia del destino degli uomini contro l'ideologia del comunismo.*

1. Destino eterno dell'uomo:

a) Anima immortale ...

b) Resurrezione della carne ...

c) Vita eterna ...

2. Destino temporale dell'uomo:

a) Libertà della persona umana ...

b) Diritti inalienabili ...

c) Giustizia e carità in relazione ai beni temporali dei quali la persona ha bisogno per la sua realizzazione ...

IV. *Teologia dell'unione dei cristiani.*

1. Ortodossi:

a) Creare movimenti di unione ...

b) Studiare le questioni dogmatiche discusse con intelligenza e con carità ...

2. Protestanti:

a) Alcuni preparati per l'unione ...

b) Altri non preparati ...

c) Poche settimane prima, l'Arcivescovo metodista di Salisbury mi ha visitato ed ho parlato con lui ed ho detto che bisogna pregare affinchè tutti « sint unum » e lui si è commosso.

Approfitto dell'occasione di affermarmi della Eminenza Vostra Reverendissima

servo dev.mo in Cristo

✠ SEBASTIANO SOARES DE RESENDE
Vescovo di Beira

2

EM.MI P. D. THEODOSII C. CARD. DE GOUVEIA

Archiepiscopi de Lourenço Marques (Lourenço Marques)

Lourenço Marques, 1 septembris 1959

Ut voluntatem Summi Pontificis adimpleam, quae ordo est pro me, huic Pont. Comm. Ant. Conc. Oecumenici, aliqua argumenta nota facio, quae, inter alia, venerabili conventui adesse possunt, ad studium et iudicium.

1. *De Clero.*

a) *Lex caelibatus.* — Hodie adeo loquitur de reditu Ecclesiae Orientalis et haereticorum ad Ecclesiae Romanae sinum, ut opportunum, fortasse, videatur legem canonicam de caelibatu revisere. Ita, ingressus in sacerdotium clerici coniugati facilius redderetur et dilatatio fidei, in missionibus, uberiori modo progrederetur, praesertim ubi Protestantes et Mahometani (qui ministri coniugati habent) permulti sunt, ut in Africa et Asia.

b) *Breviarium.* — Horas canonicas persolvere, ut adsunt, difficultates affert clero, permultis curis pastoralibus occupato, praesertim nostris diebus. Est revera pondus diei pro bonis, occasio, proh dolor, defectionis pro spiritu infirmis.

Pro me, officium reducendum esset ut in hebdomada Paschatis, scilicet, unicum nocturnum cum tribus lectionibus (Scripturistica, historica et homiletica).

c) *Habitus talaris.* — Cura pastoralis hodierna occasionem praebet sacerdotibus cum omni coetu sociali pertractare, et de omnibus religionibus discutere; media itineris sunt magni momenti pro apostolatu et variegata quidem forma. Haec, meo iudicio, suadent expeditiorem habitum talarem. Poterat, hodiernis adiunctis, ad *decentem habitum saecularem* adduci. Decentem habitum considero is, quo homo honestus utitur, loco et condicione ubi sacerdos vitam ducit. Semper autem, cum hoc decenti habitu torques romanus (collare romano) est adhibendus.

2. *De Liturgia.*

a) *S. Missa.* — Est praecellentissima oratio christianae communitatis. Hodie optime urgetur participatio fidelium in Aug. Sacrificio Missae, una cum celebrante. Sed usus linguae vernaculae perfecto modo

iuvaret hanc participationem. Habemus, quidem, missalem in manibus fidelium, sed hoc non est quaestionis solutio, nam talis participatio est *frigida et individualis,* non socialis. Insuper, sunt permulti fideles, praesertim in missionibus, rudes et ignari.

Usus instrumentorum (altoparlanti) vocem celebrantis usque ad ultimum apportaret, reddens participationem vere socialem et perfectam. Opportunum tamen esset, missales bilingues adhibere: latinam scilicet pro peregrinis, et vernaculam pro incolis.

b) *Rituale.* — In linguam vernaculam omnia vertere, necessarium est, ita ut fideles intelligant rem et significationem in recipiendis sacramentis et sacramentalibus. Augeretur etiam veneratio et existimatio erga ritus Ecclesiae.

c) *Caeremoniae.* — Multae caeremoniae indigent deminutione, v.g. dedicatio ecclesiae, consecratio altaris, ritus Baptismi adultorum etc. Praesertim in regionibus calidis, aliquae caerimoniae sunt fere impossibiles et fideles defatigantur. Consideretur, exempli gratia, casus quo, eodem die, sacerdos debeat 500 Baptismos ministrare, Aug. Sacrificium celebrare et S. Communionem distribuere.

d) *Paramenta* .— Imponitur, meo iudicio, praesertim in regionibus calidis, maxima eorum diminutio. Quis potest sustinere, v.g. caerimonias Pontificalium, indutus, supra vestem talarem, superpelliceo (rocchetto), amictu, alba, 2 dalmaticis, planeta, chirotecis?

3. *De ieiunio.*

Facilitate posita communicationum inter populos, nostris diebus; convenientia concessa unitatis etiam disciplinaris Ecclesiae, opportunum erat *unicam legem ieiunii et abstinentiae toto orbe statuere,* finitis omnibus specialibus privilegiis, etiam antiquioribus.

Mutatis, tamen, condicionibus in personis physicis et in mentibus; posita etiam inopia spiritus sacrificii et obedientiae, nova lex ieiunii omnibus gentibus et locis possibilis esse deberet. Ita puto eam sufficere quae tantum feriam quartam cinerum et omnes ferias sextas Quadragesimae statueret ubique terrarum.

4. *De matrimonio.*

Matrimonium est fundamentum totius vitae cristianae communitatis et revera magni momenti. Tristis autem experientia docet quam difficile sit christianos persuadere de indissolubilitate matrimonii, praesertim ob adulterium alterius coniugis, ita ut non pauci eligant matrimonium sic dictum civile, saltem ut experimentum.

Ad debellandum hoc malum, vere nefastum et causa tanti exitii in

familia, non esset opportunum iterum considerari positio Ecclesiae Romanae sumpta in Conc. Tridentino (Sessio XXIV, c. 6 et 7)?

Fortasse opus accessionis Ecclesiae Graecae, quae divortium propter adulterium admittit, ad sinum Sanctae Matris Ecclesiae Romanae, occasionem praebet iterum considerandi hanc spinosam quaestionem eiusque solutionem inveniendi.

✠ THEODOSIUS CLEMENS Card. DE GOUVEIA
Archiepiscopus de Lourenço Marques

3

EXC.MI P. D. EMMANUELIS DE MEDEIROS GUERREIRO
Episcopi Nampulensis (Nampula)

Nampulae, 21 novembris 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Ad litteras ab Eminentia Tua Reverendissima datas die 18 m. iunii a. 1959 sub N. I C/59-894, nunc tantum mihi possibile est respondere.

Circa res et argumenta quae in futuro Concilio Oecumenico tractari poterunt, haec mihi liceat inter alia notare.

I. *De Fide Catholica defendenda*

Fides Catholica est revera pretiosissimus thesaurus ab Ecclesia omni cura custodiendus.

Fides vero Catholica hac nostra aetate fortiter et incessanter impugnatur erroribus qui *sub vulgato nomine* « Communismi » late divulgantur ubique terrarum.

Eius fanatici fautores contra religionem pugnant, atheisticum materialismum docent, et, ubi praevalent, christianos, et praesertim sacerdotes et fideles catholicos, crudeliter persequuntur. Hos errores solemniter condemnare, hanc crudelissimam et inhumanam persecutionem universo mundo denuntiare, maxime convenit, ut mihi videtur, Concilio Oecumenico futuro.

I. *De Fide Catholica ad omnes gentes praedicanda et propaganda*

Hoc est Ecclesiae officium maximum. De hoc autem quaeri potest utrum revera nostris temporibus factum sit quod faciendum est, vel saltem, quod fieri potest.

De hoc, mea humili opinione, Concilium tractare debet, ut, saltem

Concilium audiant qui inter Episcopos, Sacerdotes, et fideles (et plurimi sunt) hucusque Summos Pontifices de hac gravissima obligatione non audierunt.

III

Quid faciendum est ut iuvenes non pauci qui in nostris seminariis educantur et scientia et virtute praediti videntur, splendoribus Sacerdotii Catholici potius attrahantur quam, ut saepe fit, terreantur?

Haec est quidem molestissima quaestio quae nostris diebus solvenda ponitur, et est vitalis quaestio cuius studium et solutio ad Concilium incumbit.

IV

Est et alia quaestio aliquo modo cum praecedenti connexa de qua, ut puto, Concilium aliquid habet dicendum, quaestio sc. de « *Diaconatu restaurando* » *tamquam ordine et statu permanente.*

Multi iuvenes qui sacerdotium fugiunt quia se impares sentiunt ad vivendum in ecclesiastico caelibatu, forsitan eligerent Deo et Ecclesiae devote et toto tempore vitae suae in Diaconatu, ut supra dicitur, servire, si matrimonium contrahendi et in ipso vivendi eis permitteretur.

V. *De Unione Ecclesiarum*

Unio omnium ecclesiarum et omnium christianorum, ut videtur, ab omnibus christianis desideratur. « *Ut sint unum* » omnes cum Christo Domino ad Patrem orare debemus.

De hac desideratissima unione locutus est Summus Pontifex, felic. regn., cum primo Concilium Oecumenicum praenuntiavit. Vera autem unitas esse non potest, nisi ea quae in unitate fidei radicatur et per unitatem Regiminis firmatur.

Quam difficile vero sit ut ad hanc unitatem veniant diversi haereticorum et schismaticorum coetus, nemo est qui non videat, et ex tristissima experientia historica patet.

Deo autem impossibilia non sunt.

Opera et actione Concilii potest quidem planior fieri via ut ad unitatem cum Ecclesia Catholica Apostolica Romana, si non collective omnes coetus qui schismate et haeresi ab ea separantur, saltem plures individui, singillatim sumpti, veniant, quod misericorditer faciat Deus.

Et haec sufficiant.

Eminentiae Tuae Rev.mae
servum obsequentissimum in Domino
me profiteor
✠ Emmanuel de Medeiros Guerreiro
Episcopus Nampulensis

4

EXC.MI P. D. IOSEPHI DOS SANTOS GARCIA
Episcopi Portus Ameliae (Porto Amélia)

Portu Amelia, 14 augusti 1959

Eminentissimo Praesidenti,

Voluit Pontificia Commissio Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico ut Episcopus Dioecesis Portus Ameliae huic Commissioni communicaret quaedam capita doctrinae sive disciplinae cleri et populi christiani caeterasque omnes res quae sibi visae fuerint esse proponendas Concilio Oecumenico.

Quamobrem misit ad eum Prot. N. I C/59-1058.

Re tamen bene perspecta, et qua mea est, nihil mentionis dignum ut consideraretur eidem Commissioni credo esse proponendum.

Interim Concilio fausta Dominum rogo,

Eminentiae Tuae Rev.mae
add.mus

✠ IOSEPHUS DOS SANTOS GARCIA
Episcopus Portus Ameliae

5

EXC.MI P. D. FRANCISCI NUNES TEIXEIRA
Episcopi Quelimanensis (Quelimane)

Quelimane, die 30 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Per inadvertentiam responsum non dedi ad litteras ab Eminentia Tua Reverendissima datas die 18 mensis iunii, anni 1959, sub Prot. N. I C/59-1084.

Precor magnam benevolentiam Tuam pro involuntario delicto meo.

Circa res et argumenta quae in futuro Concilio Oecumenico tractari poterunt, haec mihi liceat inter alias notare:

1. De Definitione dogmatica Mediationis Universalis Beatae Virginis Mariae.

2. De Diaconatu restaurando tamquam ordine et statu permanente.

3. De rubricis ad simpliciorem formam redigendis, ita ut habeatur in Breviario Romano unum tantum nocturnum simpliciter in officio cuiuscunque diei.

4. De obligatione spiritualibus exercitiis pro omnibus sacerdotibus quotannis vacandi.

Eminentiae Tuae Reverendissimae servum obsequentissimum in Domino me profiteor.

✠ Franciscus Nunes Teixeira
Episcopus Quelimanensis

6

Exc.mi P. D. CUSTODII ALVIM PEREIRA
Episcopi tit. Neptensis, Auxiliaris de Lourenço Marques

Lourenço Marques, die 25 augusti 1959

1. Sollicitudo pastoralis monet, in primis, permulta beneficia advenienda, si in Augusti Sacrificii Missae celebratione lingua vernacula uteretur, saltem in partibus a sacerdote alta voce proferendis. Videtur absurdum ad populum loqui lingua, quam ipse non intelligit. Nec sufficit legere Evangelium et Epistolam. Est medicina, non quaestionis solutio. Difficultates contra linguam vernaculam in Augustissimo Sacrificio Missae non videntur insuperabiles, tamen sunt multae et maxime perpendendae. Certe, cantus liturgicus latinus est maximum patrimonium artis in Ecclesia. Sed, si homines christiani in medioaevo talem fabricam elevare potuerunt, cur, nostris in temporibus, alii non surgent, ingenti voluntate et amore consumpti, qui, modernis linguis utentibus, aliam fabricam construerent, maxime quidem, quia via iam illis aperta est? Video, tamen, difficultatem. Omnia videbit Infallibilis Petri Sedes.

2. Omnino oportet lingua vernacula uti in Sacramentis et sacramentalibus, et hoc non est adeo difficile. Perdolorosum est enim, exempli gratia, ministrare Baptismum vel exequiarum ordinem perficere (pulcherrimam orationem) lingua latina. Fortasse in hoc est una ex causis (et non minima) desertionis ecclesiarum et contemptus religionis. Cultus est Deo, sed ab hominibus et pro hominibus; ergo lingua quam ipsi intelligant uti oportet. Et quidem primaeva Ecclesia ita fecit adhibendo hebraicum, graecum et latinum.

Haec quaestio acuto quidem modo in missionibus tangitur. Servetur et augeatur usus linguae latinae in Ecclesia, ad unitatem et mutuam intelligentiam servandam, ad culturam, sed non in cultu, saltem exclusive,

ut hodie. Pro Officio Divino (Breviario) quaestio non est adeo vexans et, si placet, servetur lingua latina in privata recitatione. Publice, autem, est examinanda.

3. Minuere et emendare ritus Baptismi aliorumque Sacramentorum et Sacramentalium (Consecratio Ecclesiae et altaris etc.) praesertim depromendo omnes repetitiones.

4. Ad maximam et diligentissimam considerationem subicere oportet quaestionem de beneficiis ecclesiasticis et bonis temporalibus Ecclesiae, ut abducatur magna et perdolorosa dissimilitudo inter sacerdotem et sacerdotem, oeconomice loquendo.

Augeatur libertas Episcoporum in erogandis, si adsint, bonis pro pauperibus vel causis piis. Hoc urgere: bona Ecclesiae (quae sacerdos acquisivit suo labore apostolico et sacerdotale) sint pro causis piis (generaliter sumptis) et pauperibus. E contra, bona familiaria, saltem totaliter, Episcopus ne accipiat, si defunctus (sacerdos vel laicus) habet heredes, etiam remotos. Duae quaestiones magni momenti.

5. Contra vigentem pondus materiae et naturae (cf. naturalismum et modernismum) insistere in vita supernaturali, in oratione et poenitentia. In emendatione Breviarii Romani pro clero non minuere tempus orationis; accommodare formulas, si decet, sed non tangere substantiam. Actio sine oratione est agitatio, quae nihil prodest.

Quoad ieiunium et abstinentiam praescripta cann. 1250-1254 omnino intactos relinquere, ita tamen ut non observantibus tollatur ratio peccati. Remanet lex et quidem divina « nisi poenitentiam egeritis omnes similiter peribitis », sed non creantur peccata.

Conc. Oecumenicum huius saeculi vocarem concilium caritatis et unitatis. Maxime oportet in caritate et unione insistere, ut in Ecclesia non sint odium erga inimicos, invidiae in nostros, nec desiderium dignitatum. Omnes sumus « membra de membro ».

Erga Protestantes et separatos coniungere oportet severitatem doctrinalem cum personali comprehensione et amicitia. De hoc experimentum feci, colloquens cum aliquo episcopo methodista: « ego sum methodista quia parentes mei ita erant; sed si omnes essent vere caritate et mutua comprehensione coniuncti ... ». Perpulchrum est quod audio, scilicet, conventus Assisii inter theologos Catholicos et Protestantes et tractationes cum Orientalibus separatis.

6. Dare Episcopis (Ordinariis) ampliores facultates v. g. asservandi SS. Sacramentum, dispensandi pro impedimentis matrimonialibus etc. Relinquantur Romae casus exceptionales et vere difficiles.

7. Delimitare competentiam S. Congregationum, ut auferatur duplicitas iurisdictionis et ut vitentur conflicta. Nescio, exempli gratia, utrum

non sit tempus suppressionis S. Congr. de Propaganda Fide (subsistat ad invenienda media materialia et ea distribuenda) et Congr. de Negotiis Extraordinariis, ita ut omnes Episcopi, toto orbe terrarum, subiciantur Sacrae Congr. Consistoriali et (pro suis propriis) S. Congr. Concilii.

Ut quid, hodie, adsunt Episcopi subiecti Congregationi de Prop. Fide, alii Congregationi de Neg. Extraordinariis alii Congr. Consistoriali? Secretaria Status ageret de omnibus cum civili potestate sine nomine « de Neg. Ordinariis ».

8. Attente considerare « protocollo » Vaticanum, praeteriens ea omnia quae hodie nihil dicunt vel sapiunt vanitati. Quid significat, exempli gratia, apud Patres Cardinales, aperire os, « le visite di calore » consignatio « del cappello »?

Praesertim ea quae cum morte Romani Pontificis relationem habent omnino consideranda sunt, ut abducatur morbosa illa curiositas et foeda speculatio, contraria fidei et bonis moribus. Machinae photograficae et camerae televisivae omnino arceantur, nisi alio alterove casu et sub vigilantia viri probi. Perutile esset, sicut adest pro electione, ut pro morte, decretum aliquod daretur ad decernendum in hac materia. Ut quid, exempli gratia, post 24 horas non clauditur corpus S. Pontificis in « cassa », ut fit cum omni mortali, etiam si permaneat insepultum per tres dies? Mendacium est asserere talis complicata coerimonia signum esse filialis devotionis. Augeatur, quidem, devotio erga R. Pontificem, etiam mortuum, sed tollatur omne spectaculum. Det Ecclesia omnibus exemplum humilitatis. Omnes nos aequales sumus, praesertim in morte.

9. Denuo revisere exemptionem Religiosorum, ut unitas dioecesana et paroecialis servetur et augeatur. Non intelligo cur sint hodie in Ecclesia Instituta qui nolunt Episcopis ostendere proprias Constitutiones. Hoc est omnino absurdum, ridiculum et periculosum, ut non dicam contra fidem (quia Episcopi gubernant Ecclesiam ex ipsa institutione divina et Congr. de Religiosis hoc non ignorat). Etiam postulantibus non revelantur, nisi post vota vel aliquid simile. Haec omnia totis viribus reprobo, tanquam abusum intolerabilem, opprimentem ipsam dignitatem humanam. Attendatur praesertim ad sic dicta instituta saecularia et ne nimis sese immisceant in mundum pecuniae (il mondo delle finanze). Teterrimus error.

10. Non multiplicentur instituta sive virorum sive mulierum. Permulta Instituta, vel melius, eorum membra, sunt in manifesta debilitate, ex influxu saeculi huius, pleni vanitatis. Opportunum est et maxime necessarium revocare Statum Religiosum ad primaevam et veram observantiam.

Ad pauca specimina deducere habitus, praesertim Religiosarum, est omnino necessarium. Sunt enim quaedam ridicula et importuna.

11. Exigere curriculum expletum Seminariorum, ad frequentandas facultates Philosophiae et Theologiae in Atheneis, sicut fit pro Historia et Iure Canonico. Ita, structura curriculi ad Licentiam et Lauream poterat et deberet magis scientifico modo procedere et morari in quaestionibus vere magni momenti, non in notionibus. Curricula Philosophica et Theologica, prout hodie Romae sunt, indigent percurata ordinatione.

12. Defendere iustitiam aequitatemque in relationibus Episcoporum, Clericorum et laicorum. Non raro dantur casus verae iniustitiae. Oportet, ergo, facile admittere recursus ad S. Sedem et semper sententiam ferre; ne ad archivium remittantur eo quod persona (personalità) quaedam, v. g. ipse Episcopus (etiam si sit Pater Cardinalis) rogavit. Videatur utrum habeat ius hoc facere, necne. Pro me est quaestio magni momenti et non raro permulta mala eveniunt propter hoc. Fiant visitae Apostolicae in dioecesibus, sine metu et hoc sciant Episcopi, qui aliquando evadunt parvi domini (piccoli prepotenti). Quando cum Religiosis est quaestio, fiat semper iustitia et non taceatur res, interventu Card. Protectoris. Insistam in hac re. Ecclesia est magistra et mater veritatis iustitiaeque et hoc necessarium est mundo ostendere. Quando possibilis est, ex allegatis et probatis, fiat semper iustitia, quicumque sit reus; et si sunt ambo vel plures, dicatur. Unicuique suum.

13. Usus habitus talaris in Missa et aliis functionibus fiat omnino obligatorius, nisi locis vel temporibus persecutionis. Quoad ad usum continuatum non facile dispensarem, ubi usus viget. Opinio contraria saporem habet saeculi.

14. Omnino prohibere altaria, in cathedrali, soli Episcopo vel canonicis reservata. Sunt privilegia vanitatis. Audio de aliqua patriarchali Basilica, extra Urbem, in cuius altare maiore celebrant canonici sed non episcopi auxiliares. Hoc est absurdum et omnino reprobandum. Relinquatur, si placet, sola reservatio Papae in quattuor basilicis maioribus. Dico, si placet, nam sacerdotium est unicum et aequale et ratio historica hodie nihil valet. Saltem diebus dominicis et festis Missa esset celebranda in altare principali.

15. E medio tollere omnia specialia privilegia circa Canonicorum vestes seu indumenta, *toto orbe terrarum*. Si canonici sunt institutum in Codice (can. 391 et seq.) dentur eis vestes et privilegia aequalia pro omnibus, sicut alia instituta, et finis imponatur huic vanitosae ostentationi, aliquando ridiculae, pro nostris temporibus. Nec excluderem canonicos omnium ecclesiarum et basilicarum Urbis; sint exemplum aliis. Item dicerem de specialibus privilegiis aliquarum ecclesiarum cathe-

dralium, et Episcoporum. In Ecclesia sunt Papa, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi residentiales, Episcopi titulares. Omnes habent sua propria et sufficit. Omnia alia sunt vanitas, et non raro generant miseram invidiam et dissensiones. *Item dicerem,* debitis proportionibus, pro omnibus seminariis mundi, et collegiis saecularibus Urbis. Omnes habeant vestem talarem aequalem et, ad summum, concedatur eis zona (fascia) colorata (non paonazza), quasi distinctivum seminarii vel collegii. Diversitas formae et coloris in veste talari, hodie nihil dicit immo generat confusionem. In collegiis Urbis zona poterat colorem stemmae nationalis exhibere. Nulla dicerem contra Praelatos et Cubicularios. Sint in pace et habent quidem sua propria.

16. Quoad ad alia privilegia, opportunum omnino est inspectionem accuratam operare, inde ab Urbe usque ad ultimum terrae. Nullo modo pietatem fovent aliqua privilegia sed perturbationem in fidelibus ferunt. Exempli gratia: Missa cantata vel lecta coram SS. Sacramento est omnino tollenda, nisi in duobus Missis Expositionis 40 Horarum. Item Missa in colore nigro coram SS. Sacramento sollemniter exposito, die 2 novembris; Privilegium Missae de requie in duplicibus, extra casus liturgicos etc.

Aliqua privilegia, pro missionibus, in « Forma Maior » contenta, nullam rationem habent. Exempli gratia: ad quid inservit pro propagatione fidei permittendi Missam de requie in duplicibus (n. 11)? Conferendi sunt Ordines Minores omnes simul etiam cum prima Tonsura (n. 19)? Conferendi omnes S. Ordines etiam Presbyteratus, diebus ferialibus etsi continuis (n. 20)?

17. Interdicere omnino, diebus domincis et festis, simultaneitatem Missarum in diversis altaribus eiusdem ecclesiae, etiam si una sit in cantu et aliae lectae, et statuere intervallum saltem unius horae inter unam alteramve Missam, ita ut sit possibile et obligatorium sed praeparatam homiliam populo tenere.

18. Nescio utrum sit iam tempus permittendi concelebrationem ubi simul multi sint sacerdotes, ita tamen ut unusquisque habeat suum calicem cum hostia et missale etc. et unus (aliis respondentibus) legat partem cathecheticam usque ad offertorium, et postea procedant omnes simul. Poterant, v. g. plures altares in semicirculo disponi, vel quando pauci sunt sacerdotes (3 vel 4) in unico altare, si est magnus.

19. In reordinanda parte catechetica S. Sacrificii Missae fortasse melius esset relinquere (diebus dominicis) epistolam et Evangelium libertati celebrantis vel Episcopi pro tota dioecesi, ita ut totum Evangelium et omnes epistolae legerentur populo in spatio aliquorum annorum. Relin-

quere partem propriam tantum iis diebus quibus fit mentio in Evangelio, v. g. de transfiguratione die 6 augusti, etc.

20. Pro existentia diaconorum, nostris diebus, non video rationem. Item non video cur augeatur electio, melius, numerus electorum Romani Pontificis. Extendatur utique, numerus Cardinalium ut fere omnes vel omnes nationes unum habeant, et habemus veram universalitatem.

In fine, lex coelibatus est omnino tenenda etiam in Missionibus. Ne cogitarem eius abrogationem, prout aliqui volunt.

✠ CUSTODIUS ALVIM PEREIRA
Episcopus tit. Neptensis
Auxiliaris de Lourenço Marques

NIGERIA

1

Exc.mi P. D. PATRICII I. KELLY

Episcopi Urbis Beninensis (Benin City)

Eminentissime Domine,

Iam recepi vestram epistolam N. 1 C/59-220 (bis) diei 21 martii 1960, et hic submitto vota quae volo tractari in Concilio Oecumenico.

1. Petitur ut secundum can. 1125 Constitutio Romani Pontificis S. Pii V applicetur sine necessitate ulla interpellationis in terris Missionum dummodo obtineatur ratio principalis constitutionis, nempe ut durissimum sit polygamo se separare ab uxore qua cum vivit et quae cum ipso baptizatur.

Si petitio concedi non potest ut supra saltem petitur ut concedatur cum hac restrictione: « sed si sine interpellatione prima et legitima uxor sponte declaret se velle baptizari aut iam baptizata sit non est locus applicationi constitutionis. Cf. Vromant, *De Matrimonio,* Editio 1952, tit. 1, cap. VI, nn. 344, 345, 345 (ii) et 345 (iii). Cum applicatione Constitutionis Romani Pontificis sine ulla restrictione multi pagani baptizarentur qui secus vix umquam baptizari possint.

2. Petitur ut permittatur congregationi recitare, elata voce, sive cum catechista ductore sive non, orationes Missae in lingua vernacula dum sacerdos easdem orationes recitat latine ab initio Missae ad Praefationem inclusive et rursus a Pater Noster usque ad finem. In congregatione ubi fere omnes sunt illitterati nulla alia via existit qua partem activam in Sancto Sacrificio Missae sumere possint nisi recitent Rosarium Virginis Mariae et recitare Rosarium vix dici potest participatio in Missa.

3. Pro constituendo tribunali primae instantiae pro causis matrimonialibus in locis Missionum requiritur ut renovetur et permanenter detur concessio Sacrae Congregationis de Sacramentis (Num. Prot. 2534/33). Difficillimum est procurare plenum tribunal iudicum secundum *C.I.C.* hic in locis Missionum.

Reverentiae Tuae humilis in Christo servus

✠ Patricius I. Kelly
Episcopus Urbis Beninensis

2

EXC.MI P. D. IACOBI MOYNAGH

Episcopi Calabarensis (Calabar)

Calabar, 24 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

Pergratum est mihi haec significare Eminentiae Tuae de aliquibus quae in futuro Concilio tractari debent:

1. *De necessitate urgenti mobilitandi vires Ecclesiae ad propagationem Fidei in terris missionariis*:

Omnes laborantes in missionibus roborati et confirmati sunt et petitionibus auxilii et litteris encyclicis Augustissimorum Pontificum in hoc xx saeculo, sed praesertim (quantum ad has missiones Africanas) in Enc. *Fidei Donum* Sanctissimi Patris Nostri felicis memoriae Pii XII.

Nos in missionibus Africanis admirati sumus in eodem documento claritatem expositionis status Ecclesiae temporibus nostris. Valde notabile autem erat huius documenti urgens loquendi genus. Constat enim, in missione Ecclesiae Verbum Salutis praedicandi omnibus hominibus, opus esse celeritate urgenti. Dies enim hodiernus est dies celeritatis in itinere, in communicatione facili idearum per radiotelephoniam instrumentumque televisificum, et in investigationibus materialibus scientificisque.

2. *De necessitate administrationis centralis virorum rerumque in Missionibus*:

Videtur nonnullis nostrum, talia auspicia ruminatis, quod in Ecclesia ipsa oportet nos habere efficaciorem administrationem centralem, quo possit Ecclesia celerius instruere immensas copias suas in sublevando angustias regionum Africae, M. Americae, Asiae, etc.

Exempli gratia, in multis regionibus Africae fundamenta Ecclesiae iacta sunt et vita christiana crescere incepit; floritio autem vitae Ecclesiae, sine obtemperatione celere terrarum seniorum Catholicarum, graviter tardabitur.

Nobis videtur, Eminentia Tua, quod in antiquioribus terris Catholicis duplicatio operum saepe obtinet — communitates religiosae interdum se exercent in ministerio pastorali de cuius excellentia nemo dubitat, sed cuius perfunctionis bene capax est clerus dioecesanus — interdum communitates religiosae occupantur in litteris quas iam susceperunt similes communitates.

In agris autem Domini instantes sunt necessitates quibuscum nequit missionarius certare — inopia operariorum peritorum in imprimendo, in radiotelephonia, et in invento televisifico — inopia magistrorum in Universitatibus et scholis superioribus — inopia theologorum et canonistarum — inopia domorum spiritualium exercitiorum necnon moderatorum pietatis pro clero, religiosis et coadiutoribus laicis — inopia institutorum caritatis pro pauperibus infirmisque — atque summa inopia monasteriorum conventuumque contemplativorum per quos vita contemplativa neophytis Christianis introducatur.

Quae opera omnia, etsi gradatim se evolvere in missionibus possint, tardissime tamen hoc facient. Talem evolutionem si exspectemus, valedixerimus tempori opportuno.

Videtur quod Ecclesiae opus sit administratione coordinanti, ad copias communicandas virosque peritos quam celerrime dirigendos in agros Domini vel maxime tempestivos vel maxime auxilio egentes.

Possit haec administratio esse sub forma congregationis dirigentis, sub cura Sancti Patris, opes universae Ecclesiae ad loca indigentissima.

Revera tale auxilium ipsa regimina civilia proposuerunt pro terris minus progressis, in modo materiali. Habetur nempe Bancum Supranationale ad nationes minus progressas amplificandas in regionibus retardatis — Organisatio cibi sanitatisque ad sublevationes similes faciendas.

Nonne possibile est quod Ecclesia, consimilem administrationem centralem possidens, possit facilius dirigere partibus eius debilioribus immensa robustiorum regionum Catholicorum subsidia? Ad hoc videtur quod organisationes laicorum quae hodie tanta temptant in terris Catholicis, possint ad terras missionarias dirigi, concomitante zeli Catholicorum augmentatione nostris in patriis.

3. *De fructibus ulterioribus quae emanabunt e tali mobilisatione*:

Non solum distributio sapientior adiumenti magnam afferret utilitatem missionibus Ecclesiae, sed etiam nova suprascriptae administrationis functio, expedita accelerataque, clare demonstrabit mundo unitatem Ecclesiae, et — nunc cum antiqua separatio nationum paulatim forte evanescere videtur — exemplificabit omnibus authenticam omnes inter homines et nationes unitatis fontem.

Volens interim omnem benedictionem benevolentiamque Eminentiae Tuae Commissionique Pontificali,

Adsumus, Eminentiae Tuae servus humilis in Christo,

✠ IACOBUS MOYNAGH
Episcopus Calabarensis

3

EXC.MI P. D. RICHARDI FINN

Episcopi Ibadanensis (Ibadan)

September 8, 1959

Your Eminence,

With reference to Letter Prot. No. I C/59-611 of 18th June, 1959, I wish to state that I am on leave from my diocese and have spent some weeks in hospital in London and I am still undergoing treatment.

It has, therefore, been impossible for me to reply to the above letter and I ask Your Eminence to please hold me excused.

With sentiments of filial respect,

I am,
Yours respectfully in our Lord,
✠ RICHARD FINN
Bishop of Ibadan

4

EXC.MI P. D. IOANNIS REDDINGTON

Episcopi Iosensis (Jos)

Jos, 20th April, 1960.

Eminence,

I send you herewith the points I have for consideration by the Ecumenical Council:

1. Ut extensio privilegii paulini exploretur, in integrum redigatur, clarificetur et, in quantum potest, ut extendatur.
2. Ut in Missa, lingua vernacula a sacerdote utatur usque ad Canonem.
3. Ut breviarium lingua vernacula recitetur.

I am, Eminence,
Most respectfully yours, in Our Lord,
✠ JHON REDDINGTON
Bishop of Jos

5

EXC.MI P. D. IOANNIS McCARTHY
Episcopi Kadunaënsis (Kaduna)

Kaduna, die 23 aprilis 1960

Eminentia,

Pergratum est mihi commissioni suprascriptae aliqua ad praxim pastoralem et ad res generatim liturgicas pertinentia subicere:

De lingua liturgica.

Quo fideles in terra missionaria, melius intellegentes quae agantur, maiore cum studio actionibus sacris intersint, suadendum videtur ut praesertim in iis quae sequuntur regionis linguae usus sit:

a) In lectionibus quarum finis est fidelium instructio, ita quidem ut, nulla praevia lectione latina, haec populo immediate fiant.

b) In salutationibus fidelium et sacerdotum ad invicem et orationibus pro invicem.

c) In hymnis et canticis populi.

In sermone vulgari utendo maiore libertate desideramus ita ut, ubi locorum plures linguae, omnibus vero una communis vigeat (lingua gallica), ad maiores fructus pastorales percipiendos, sacerdos aut lector aut populus pro frequentiore sua huius linguae consuetudine, tum ista tum illa uti possit.

Multis enim in Nigeriae Septentrionalis partibus, in oppidis anglice, ruri vero lingua Hausa, lingua omnibus tribubus cognita, instructio et concionatio fiunt et confessiones excipiuntur, et itaque permissionem his linguis extensius utendi petimus. Bene notandum vero nos haud quaquam velle sermonem latinum, praesertim in Missa, tamquam sermonem liturgicum abolere, sed quo spectatis loci conditionibus effectus missionarius amplior expectandus esset, his tantum in actionibus sacris extensiorem usum sermonum vulgarium nos desiderare quarum in partem populus veniat.

Hodie multis in Nigeriae Septentrionalis regionibus maioris et humanioris gentis imprimis Hausarum sermo minorum gentium succedit sermonibus adeo modernarum vocum egestate laborantibus ut nonnisi maxima cum difficultate populus in iis doceri possit.

De Missa.

Liceat fidelibus Ordinarii Missae partes hucusque latine cantatas, necnon *Asperges* et *Vidi Aquam,* non autem ulla verba Canonis ab

Hanc Igitur usque ad Pater Noster exclusive, sermone vel sermonibus ab Ordinario loci determinatis cantare.

In Missa Catechumenorum denuo ad catechesim impertiendam instituta celebrans in plano adversus populum stet, et omnia ab eo, vel nesciente eo populi sermonem, a lectore ab ecclesiastica auctoritate rite comprobato legantur.

Lectiones, cantus, responsoria a sacris ministris, a choro aut a lectoribus dicta aut cantata a celebrante iteranda non sint.

Numerus pericopum augeri possit ita ut, mutato cyclo annuali epistolarum evangeliorumque in cyclum maiorem, puta quadriennalem, sacrae scripturae thesauri fusius impertiantur.

Videtur etiam missionariis opus esse privilegio alias lectiones temporis locique conditionibus accomodatas deligendi.

In locum cantuum Missae propriorum perpetuo variantium (Introitus, Graduale, Offertorium, Communio) substituerentur cantus aut hymni cum verbis modisque musicis simplicibus qui cyclis liturgicis (paschali, pentecostali, natalitio et aliis) consonent.

Suadendum etiam ut restauretur Oratio Fidelium sermone vulgari dicenda, cum ad mentem universalis tum loci ecclesiae necnon pro bono civitatis omniumque fidelium qui Missae intersint.

Processio saltem vicaria fidelium ad altare pro offertorio foveri possit, et, quo clarius effulgeat ineuntis sacrificii liturgici symbolismus, orationes sacerdotis simplificentur, ipse vero lavando manus actionem incipiat populo interim sermone vulgari preces instar litanias cantante.

De Rituali.

Rituale Romanum semper totum textum latinum contineat sed et maximum sermonis vulgaris quo uti liceat.

Ordo Baptismi adultorum: Caeremoniae baptismi adultorum non omnes eodem tempore sed interstitiis dum hi catechumeni sint habeantur.

Quo clarius fidelibus arguatur confirmationis sacramenti character maximi momenti esse, quaedam introductoria caeremonia in dialogo cantuque sermone vulgari consistens, sacramentum conferendum praecedat et Rituali inscribatur.

Concedenda videtur etiam licentia, quam praecedat accuratissimum studium, introducendi in Rituale alicuius regionis veteres indigenarum caeremonias traditas occasione sponsalium aut matrimonii contrahendi aut sepulturae habendae necnon et mores pro tempore anni recurrentes.

De Ordine.

Pro minimo optamus ut ritu liturgico, sacrum mandatum docendi fidem, conferatur. Utilissimum vero nobis videtur paulatim ordines mi-

nores, praesertim lectoris, ad pristinum honorem sed forma hodiernis conditionibus accommodata restaurare et diaconatum denuo permanentem ut olim propriis officiis fungi.

De Sacra Hebdomada.

Ritus hebdomadae quod attinet maiorem libertatem in deligendis horis pro locis campestribus desideramus rogamusque ut, essentialibus Missae partibus exceptis, ad omnes preces sermone vulgari uti liceat.

Interim Eminentiae Tuae impensos animi sensus ex corde profiteor et saluto in Domino Tuasque preces in opus meum peto meque profiteor Eminentiae Tuae

add.mum

✠ IOANNES MCCARTHY
Episcopus Kadunaënsis

6

EXC.MI P. D. THOMAE MCGETTRICK
Episcopi Ogogiaensis (Ogoja)

Ogoja, 28 aprilis 1960

Eminentissime Princeps,

Causa veri doloris mihi tam tarde has animadversiones annexas relate ad Concilium Oecumenicum ad Eminentiam Vestram mittere.

Ratio tarditatis est absentia mea e dioecesi per aliquot menses.

Purpuram sacram summa qua par est reverentia et devotione deosculans, permaneo

Eminentiae Vestrae
humillimus in Christo

✠ THOMAS MCGETTRICK
Episcopus Ogogiaensis

De Personis

In pluribus dicionibus missionalibus magnum obstaculum progressui Ecclesiae est extrema penuria sacerdotum. Magnum proficeret Ecclesiae si sacerdotes, tum saeculares tum religiosi, e locis ubi eorum administratio non iam urgens est in dioeceses missionales transferri possint. Praesertim, antiqua et valde dotata Ordines et Congregationes sive virorum sive mulierum urgeantur domos constituere in dioecesibus missionalibus ubi

sodales magnam partem haberent in spargenda fide vera et in peragendis aliis operibus caritatis. Similiter, congregationes vitae contemplativae urgeantur domos constituere in missionibus ubi orationes sodalium et exemplum vitae interioris magnum proficeret Ecclesiae.

In aliquibus locis sodales Congregationum Religiosarum funguntur officiis magistrorum scholarum etsi in eisdem locis sunt magistri laici aeque competentes. Magnum proficeret Ecclesiae si illi religiosi mitti possint in locos ubi desunt magistri scholarum, vel pecunia ad eos remunerandos desit.

In constituenda Ecclesia in missionibus, catechistae et alii praedicatores laici Evangelii magnam partem habuerunt et iam habent. Congruum esset si aliqua recognitio canonica eisdem daretur, e. g. si ordines minores eisdem, etsi nuptis, conferrentur, vel si aliqua societas specialis Praedicatorum cum quibusdam privilegiis pro eisdem conderetur.

De Sacramentis

I. Propter ingentem numerum baptizandorum in missionibus fere impossibile est caeremonias (etsi abbreviatas per rescriptum) cum decore peragere. Bonum esset si, cum plures baptizantur, omnibus sacerdotibus permitterentur uti formula pro infantibus sed dicendo in plurali pro omnibus, exceptis precibus pro unctionibus et forma Baptismi ipsa.

II. Propter eamdem rationem, bonum esset si sacerdotibus, in certis conditionibus, permitti possit absolvere a peccatis, utendo forma generali, pueros sub aetatem quattuordecim, maritos et uxores.

III. Ratione defectus sacerdotum et ubi sacerdos abest, bonum esset si religiosis professis, viris et mulieribus, permitti posset S. Eucharistiam ut Viaticum administrare catholicis in statu gratiae morientibus.

IV. In certis contingentiis, sacerdotibus permitti debet Sacram Eucharistiam fidelibus administrare dum in cathedra sedent.

V. Cum hactenus perpaucae Ecclesiae in missionibus aedificatae sint bonum esset si, adhibitis debitis cautelis, Ordinariis permitti posset oratoriis mobilibus uti, una cum privilegio Sanctissimum Sacramentum toto tempore reservandi.

VI. Ut nobis apparet, baptismus in pluribus sectis acatholicis est invalidus propter defectum intentionis. Ne neo-conversi in Ecclesia Catholica damnum patiantur, presumptio stare deberet pro invaliditate eorum baptismi, nisi Ordinarius pro sua dioecesi secus declaret.

VII. Fere impossibile est, propter varias consuetudines vel istorum defectum, scire tempus quo matrimonium legitimum efficitur. Plures infideles et coetus ethnici, ut apparet, matrimonium esse unionem stabilem

non putant. Quare, conatur ut clarius definiatur matrimonium legitimum, vel dentur praesumptiones ad missionarios dirigendos in hac re difficili.

De Festis de praecepto

Frequenter, catholici patiuntur damnum ratione obligationis audiendi Missam in diebus de praecepto. Bonum esset si solemnitas et obligatio annexa his festis vel saltem aliquibus, transferri possint in proximam dominicam sequentem vel in proximam diem requiei civilis.

✠ THOMAS MCGETTRICK
Episcopus Ogogiaënsis

7

EXC.MI P. D. GULIELMI R. FIELD
Episcopi Ondoënsis (Ondo)

Akure, die 7 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Maxime piget me et ex animo me excuso de hac longa mora responsum dandi litteris missis die 18 iunii 1959, pertinentibus ad futurum Concilium Oecumenicum. Afui a Nigeria ob ferias agendas et non redieram ante menses septembris, tempore in quo responsa expectanda erant apud Pontificiam Commissionem. Nunc autem festino ad meas sententias conferendas et ex animo spero eas esse aliquantulum utiles. In hac parte mundi missionum, occurrimus tantis problematibus attrahentibus immediatam curam — et haec videntur singulis diebus augescere — ut inclinati sumus ad oblivionem negotiorum maioris graviorisque momenti et generis pro Ecclesia in toto; quapropter meae observationes ex necessitate importabunt localem, fortasse, potius quam universalem significationem.

Hae sequentes sunt res quae magnopere attraxerunt notationem, praesertim recentioribus annis:

1. Normae admissionis ad Seminaria Maiora debent mea sententia augeri et emphasis ponenda est aeque in studium linguarum modernarum quam classicarum. Hic prae oculis habeo praecipue Africam, in qua alumni in genere attingunt normas requisitas pro admissione Universitati tantummodo ante inchoata studia sacra. In curriculo aliqua disciplina de scientia sociali solide quoad eius principia tradenda est ut nostri sacerdotes autochtones rite praeparati sint ad exercendam auctoritatem inter suas gentes. Auctoritate ducis eo magis magisque opus est cum praesertim novae regiones, ut Nigeria, attracturae sint Statum Nationalem et — fortasse brevissimo tempore — Internationalem.

Respectu eiusdem finis et etiam certe ad perficienda intima ligamina cum Roma, corde Ecclesiae, suggeram magis magisque alumnos, candidatos ad sacerdotium, invitandos ad studia sacra absolvenda in Urbe; vel ad facienda altiora studia specialia. Probabiliter hoc secum fert necessitatem extensionis praesentium collegiorum in Urbe ad complendas habitationes pluribus alumnis. Mihi persuasum est quod qua plures essent candidati qui frequentant cursus in Urbe ex recentioribus regionibus missionum eo melius pro futuro Ecclesiae in his terris.

2. Tota quaestio de apostolatu laicorum exigit intimum et amplum studium in futuro Concilio et regulae formandae sint et mandata directiva danda ad maiorem gloriam et beneficium Ecclesiae. Hic, in Africa, sentimus necessitatem adiutorii et gubernationis in hoc respectu, in quibus regionibus sacerdotes sunt miserrime pauci; etiam ubicumque non penuria existit sacerdotum, activa cooperatio omnium necessaria rectaque est ... magis necessarium nunc, fortasse, quam umquam antea. Videtur presenti tempore laicus-catholicus non intellegere opus esse adiuvare etiam strenue et interesse *personaliter* in propagatione Evangelii.

3. Partitio inaequalis sacerdotum per mundum — mundum Catholicum, mundum Missionum — frequenter disserta est etiam a laicis. Agnosco illam quaestionem plenam esse difficultatum et neque clariter discernere aliquod responsum et solutionem de hac re; attamen, haec quaestio fortasse disserenda sit in futuro Concilio.

4. Mihi videtur nunc opportunum esse tempus ad introducendum et disputandum quod Maria est Mediatrix Omnium Gratiarum, in prospectu ad hoc faciendum articulum Nostrae Sanctae Fidei.

Haec gemma addita diademati Mariae contributura est ad uniendum Mundum Catholicum etiam magis intime sub vexillo Mariae Matris. Ac certus sum quod Illa per Suam intercessionem, sub hoc titulo glorioso, obtineat a Divino Filio Suo, gratiam eximiam Unionis Ecclesiae, quae tam cara est cordi Sancti Patris... ut fiet Unum Ovile et Unus Pastor.

Non desinemus orare ut Deus, per intercessionem Mariae, benedicat et dirigat Eminentiam Tuam et adiuvet Te ad peragendum officia onerosa, responsabilitates graves, impositas in manibus Tuis.

In Memento Sancti Sacrificii quotidiani mei eris.

Osculans Purpuram Sacram et humiliter rogans benedictionem supra nostrum laborem in hac parte Dei Vineae,

Maneo Eminentiae Tuae Rev.mae
add.mus et oboediens servus in Christo

✠ Gulielmus R. Field
Episcopus Ondoënsis

8

EXC.MI P. D. CAROLI HEEREY

Archiepiscopi Onitshaënsis (Onitsha)

Onitsha, die 17 augusti 1959

1. Ut definiatur doctrina de B. M. V. Mediatrice Omnium Gratiarum.

2. Ut aliquid positivum de charactere sacramentali et de sacerdotio fidelium definiatur, ad praebendum fundamentum solidum spirituale apostolatui laicorum.

3. Ut definiatur doctrina Ecclesiae de salute hominum extra Ecclesiam, quoniam apud fratres separatos mens Ecclesiae in hac re male intelligitur.

4. Ut Opus Pontificale internationale fundetur ad assistendos ministros acatholicos qui volunt redire ad unitatem Ecclesiae.

5. Ut Christifideles qui pro fide persequuntur quotidie in Sacra Missa recordentur, sive per modum commemorationis pro re gravi, sive per extensionem precum pro Russia in fine Missae ad alias nationes quae hodie in magno periculo fidei versantur. Ut haec intentio annuntietur in unaquaque Missa, ne fideles tam magnam necessitatem fratrum suorum obliviscantur.

6. Ut lingua latina retineatur in Missis de ritu Latino (cf. n. 7 et 11).

7. Ut permittatur lectio Epistolae et Evangelii in lingua vernacula ab alio dum sacerdos ea in Missa legit.

8. Ut Festa quae in Breviario Romano partim Ordinaria partim Festiva sunt fiant sive simpliciter Ordinaria sive simpliciter Festiva.

9. Ubi numerus baptizandorum excedit certum limitem, puta viginti, ut preces omnes, sola forma essentiali excepta, recitari in plurali permittatur. (In locis missionum aliquando numerus excedit centum).

10. Ut clarius exponatur relatio inter superiores ecclesiasticos et superiores religiosos in locis missionum ubi missionarii religiosi laborant.

11. Ut partes Missae doctrinales reapse fiant denuo ministerium verbi, immediate nempe promulgando S. Scripturae lectiones in lingua vernacula et quidem a competenti ministro versa facie ad populum a loco ad hoc destinato (e cancello seu ambone).

12. Ut reducantur et simplificentur vestimenta pontificalia ad congruendum cum conditionibus in regionibus tropicalibus.

13. Ut forma usualis in distributione S. Communionis mutetur in aliam breviorem.

14. Ut veneratio manus Episcopi S. Communionem distribuentis supprimatur.

15. Ut Sacramentum Extremae Unctionis administretur lingua vernacula, et ut compleatur Benedictione Papali, quae sine ulla iteratione quarumcumque orationum Extremae Unctionis administrationi finem imponat.

16. Ut Sacramentum Matrimonii arctius cum Eucharistiae Sacrificio connectatur et Missae ritui integretur, e. g. post lectam epistolam. Ut benedictio nuptiarum revideatur et transferatur in finem canonis.

17. Ut sacramentalia omnia prouti sunt benedictiones ad utilitatem fidelium vel catechumenorum destinatae, lingua vernacula fiant. Ut Ordinariis locorum detur opportunitas respectu habito ad necessitates et consuetudines suorum fidelium, redigendi benedictionum formulas, quae S. Sedi comprobandi gratia submittantur.

Forsitan alia vota et consilia sequentur.

✠ CAROLUS HEEREY
Archiepiscopus Onitshaënsis

9

REV.MI P. D. IACOBI HAHAN
Administratoris Ap. Oturkpoënsis (Oturkpo)

Oturkpo, die 1 septembris 1959

Eminentissime ac Reverendissime Pater,

Summa cum reverentia et oboedientia humiliter propono quaestiones sequentes ut in foliis adnexis pro futuro Concilio Oecumenico.

Osculans purpuram Romanam, et provolutus, peto benedictionem Eminentiae Vestrae pro apostolatu nostro apud Afros.

Permaneo Paternitatis Eminentiae Vestrae filius addictissimus,

IACOBUS HAHAN
Administrator Ap. Oturkpoënsis

1. Usus amplior linguae vulgaris in Sacramentis conficiendis, et in Benedictionibus conferendis, et in obsequiis.

2. Forma brevior pro recitatione Divini Officii.

3. Ad satisfaciendam legem ieiunii sufficiat ut quantitas cibi minor consuetae sumatur secundum regionem geographicam et diversitatem operum vel munium.

4. Valde desiderabilis ut Dies Pascha sit immobilis: e. g. Dominica prima vel secunda mensis aprilis.

IACOBUS HAHAN
Administrator Ap. Oturkpoënsis

10

EXC.MI P. D. IOSEPHI B. WHELAN
Episcopi Overriensis (Owerri)

Owerri, die 1 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

Aliqua doctrinae capita eorum quae in Concilio Oecumenico tractari debent maxima cum reverentia foliis adnexis Eminentiae Tuae communicamus.

Servus humillimus in Domino
Eminentiae Tuae

✠ IOSEPHUS B. WHELAN
Episcopus Overriensis

De re dogmatica

1. De Beata Virgine Maria:

Declarare opportunum est doctrinam quae tenet Beatam Virginem Mariam mediatricem esse omnium gratiarum ad fidem pertinere, cum ubique et praedicatur et creditur.

2. De principali offerente in Missa:

In documentis pontificiis recenter editis memoratur Christum in Missa esse principalem offerentem; sacerdotem visibilem partes instrumentales tantum agere; hanc ad doctrinam Catholicam et non tantum ad opinionem theologorum pertinere declarare debet.

3. De Baptismo ab Acatholicis:

Quod ii qui baptizantur, etiam ab Acatholicis, sunt membra Ecclesiae Christi et si invincibiliter ignorant Ecclesiam Romanam Catholicam esse Ecclesiam Christi salvari possunt.

De re morali

Tria capitula textus de theologia morali retractatione indigent:

1. De dono et iniustitia:

Apud plurimas nationes praxis offerendi et acceptandi dona ita viget ut discrimen inter donum et « bribe » non facile servatur et de dono ad iniustitiam facile fit transitus. Notiones et principia clarificari debent.

2. Opus servile:

Opera quae in Dominicis permittuntur vel vetantur non bene notantur per nomina servilium et non servilium.

3. De pretio iusto:

Notiones quae in textibus traduntur et praxis generalis longe ab invicem distant.

✠ Iosephus B. Whelan
Episcopus Overriensis

11

Exc.mi P. D. ANTONII NWEDO
Episcopi Umuahiaensis (Umuahia)

Umuahia, die 12 aprilis 1960

Eminentissime,

Nuper accepi litteras Tuas datas Romae die 21 martii 1960.

Numquam accepi litteras datas die 18 iunii 1959 de quibus facta est mentio in recentibus litteris. Me poenitet huius facti. Fortasse error irrepsit in tabellarum diribitorio.

Cum his litteris adiungo « animadversiones, consilia et vota », uti postulantur.

Eminentiae Tuae Rev.mae
Addictissimus

✠ Antonius Nwedo
Episcopus Umuahiaensis

I. *De doctrina*

a) Ut tempus nunc opportunum sit definiendi doctrinam de Maria Mediatrice omnium Gratiarum.

b) Ut clarificetur doctrina de Limbo infantium.

c) Ut clarificetur quid sit « opus servile » prohibitum diebus dominicis temporibus hodiernis.

d) Ut auctoritative explicentur haec verba Domini: « excepta fornicationis causa » (*Mt.* 5, 32), et « nisi ob fornicationem » (*Mt.* 19, 9).

II. *De disciplina cleri*

a) In patriis (regionibus) emergentibus in lucem politicam internationalem, desiderandae sunt directivae clarae quas cleri sequi debeant in vita politica, municipali, et culturali.

b) Ut damnetur disparitas apud sacerdotes relate ad divitias et paupertatem.

c) Ut integrentur in Breviario reviso exercitia spiritualia diurna sacerdotis.

d) Ut caveatur ne stipendia Missarum cadant penes sacerdotes falsos.

III. *De disciplina populi christiani*

a) Ut formulentur directivae de positione puerorum in scholis acatholicis, data hodierna crescente incursione Rerum Publicarum in educatione variis in regionibus.

b) Ut detur directivum de co-educatione (scilicet, puerorum una cum puellis) in talibus scholis acatholicis.

IV. *De actuositate negotiisque Ecclesiae*

a) Ut afferatur methodus pugnandi periculum Macometi doctrinae, specialiter de praeparandis sacerdotibus ad hoc munus.

b) Ut explicetur quomodo Communismus obviatur in regionibus missionariis.

V. *De ceteris rebus*

a) Si possibile fiat minuere impensas necessarias in causa canonisationis servorum Dei gerenda.

b) Ut standardizentur regulae ieiunii pro Ecclesia universali.

✠ ANTONIUS NWEDO
Episcopus Umuahiaensis

12

Exc.mi P. D. DOMINICI EKANDEM

Episcopi tit. Hierapolitani in Isauria, Auxiliaris Calabarensis

Kiltegan, die 4 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

Pro Litteris, Prot. N. 1 C/59-2589 receptis gratias tibi referre satago. Doleo de magna mora in responsione quia discedi ab Anua, Nigeria pruisquam litterae tuae advenerant et tandem nuper eas recepi.

Quae sequuntur exponere faveo:

1. *De Matrimonio.*

In multis regionibus in Africa saepe viri infideles plures uxores habent. Saepe hae mulieres inter Catechumenos optimos nostros dinumerantur, sed non possunt solutionem a viris suis infidelibus accipere etiamsi solutionem toto corde desiderant et totis viribus quaerant et non licet nobis eas Baptizare. Nobis videtur ut discussio de hac quaestione in Concilio Oecumenico fiat in bonum Ecclesiae.

2. *De Seminariis.*

In locis Missionum, propter paucitatem Sacerdotum, saepe non est possibile curam sufficientem ad educationem et disciplinam alumnorum in Seminariis Maioribus et Minoribus. Quaeritur ut Sacerdotes ex Ordinibus et Congregationibus Religiosis qui habent gradus Academicos ad hoc opus speciale destinentur.

Cum summa devotione permaneo, Eminentissime Princeps,

✠ Dominicus Ekandem
Episcopus tit. Hierapolitanus in Isauria
Auxiliaris Calabarensis

13

EXC.MI P. D. IOANNIS A CRUCE ANYOGU

Episcopi tit. Magnesiensis ad Maeandrum, Auxiliaris Onitshaënsis

Enugu, 7th August 1959

Eminentissime,

I humbly beg to forward my notes and remarks that may be of use in the coming Oecumenic Council.

With profound humility,
I beg to remain, Eminentissime,
Yours very sincerely in Christo

✠ IOANNES A CRUCE ANYOGU
Episcopus tit. Magnesiensis

1. Ut definiatur doctrina Ecclesiae de salute hominum extra Ecclesiam, ad notiones erroneas auferendas.
2. Ut lingua latina in Missis de Ritu Latino absolute retineatur.
3. Ua nationalismus omnis refrenetur in rebus liturgicis, et ut uniformitas solide confirmetur, quoniam apud rudes haec uniformitas est lucida demonstratio unitatis Ecclesiae.
4. Ut in Missa lecta fidelibus permittatur uti versionibus approbatis in lingua vernacula etiam elata voce.
5. Ut forma administrationis Baptismi pro adultis tantum adhibeatur quando adulti baptizantur.
6. Ut clarius exponatur relatio inter Superiores ecclesiasticos et superiores religiosos in locis missionum ubi missionarii religiosi laborant.
7. Ut aliqui ex clero indigeno in locis missionum specializatam institutionem in liturgia et cantu Gregoriano recipiant.
8. Ut Beatus Martinus de Porres canonizetur et ita magnus impetus conversioni tum paganorum tum acatholicorum stirpis Africanae detur.

✠ IOANNES A CRUCE ANYOGU
Episcopus tit. Magnesiensis ad Maeandrum
Auxiliaris Onitshaënsis

14

Rev.mi P. D. EUGENII McCOY
Praefecti Ap. Oyoënsis (Oyo)

Die 1 septembris 1959

Eminentissime Domine,

Pergratum mihi respondere epistolae Tuae (N. 1 C/59-1975) diei 18 iunii 1959, quae mihi communicat desiderium Commissionis Antepraeparatoriae cognoscendi opiniones vel sententiae Praelatorum, quae in futuro Concilio tractari potuerunt.

Gratias agimus quod multae innovationes relate ad disciplinam ieiunii Eucharistici, celebrationem Sacrae Liturgiae, et recitationem Officii Divini iam instituuntur. Interrogavi caute viros ecclesiasticos peritos et prudentes ad opiniones eorum cognoscendas sed non possunt aliquid maioris momenti proponere praeter desiderium magnum faciendi omnia possibilia ut fratres separati reconcilientur. Paucas opiniones sequentes minoris momenti, forsan, proponemus cum deferentia pro Tua consideratione.

1. *Quoad praeceptum ieiunii et abstinentiae.*

Hoc praeceptum, in praxi, non amplius observatur propter circumstantias, dispensationes, vel alias rationes. Non multi manent qui hanc legem observant. Si preces determinatae, e. g., rosarium, litaniae, exercitium viae crucis substituentur ieiunio, complures, forsan, preces recitabunt quam nunc ieiunium observant.

2. *Quoad linguam vernaculam in Sacra Liturgia.*

Quamquam multae concessiones iam permissae sint pro universa Ecclesia, concessiones ampliores per indulta in casibus particularibus saepe obtinentur. Hoc confusionem in mente fidelium seminare potest. Si concessio in principio latissima fuisset, necessitas indultum postulandi diminueretur. Hoc, nullo dubio, difficile erit sed olim lingua latina in usu ubique fuit. Hodie lingua vernacula magis utitur in uno loco quam in alio. Si uniformitas possibilis esset, bonum fuerit.

3. *Quoad Officium Divinum.*

Complures inter cleros disputant circa possibilitatem reducendi omnia festa ad ritum simplicem. Postulant ut officium diurnum sit simplex et

officium Dominicae vel festorum maiorum sit ut in Dominica Paschatis.

Hae opiniones, Eminentissime Domine, ego submitto pro consideratione Tua, si dignae alicuius momenti sint.

Reverentiam ex corde profiteor Eminentiae Tuae et preces pro Commissionis munere promitto.

EUGENIUS McCOY
Praefectus Ap. Oyoënsis

NYASALAND

1

Exc.mi P. D. IOANNIS B. H. THEUNISSEN
Archiepiscopi Blantyrensis (Blantyre)

Blantyre, 20 octobris 1959

Eminentissime Domine,

Permultis distractus occupationibus persuasus remansi propositiones pro futuro Concilio Oecumenico ante primum diem novembris 1959 expectari. Faveat Eminentia Vestra excusare quod ita argumenta quae hisce propono tardius Commissioni pervenient.

Utiliter tractari posse opinor quae sequuntur:

1. Attentis conditionibus in terris Orientalibus et Africanis, distinctio, etsi in re disciplinari, inter Ecclesiam Occidentalem et Orientalem, difficilius intelligitur.

2. Penuriae sacerdotum, qua Ecclesia in multis terris laborat, quomodo remedietur?

Quid de *Diaconatu* absque obligatione coelibatus?

3. Episcopis sive titularibus sive residentialibus iurisdictio concedatur confessiones audiendi ubique terrarum.

4. Usus linguae vernaculae in Missae celebratione et Sacramentorum administratione pro universali Ecclesia uniformiter determinetur, ita ut ubique terrarum fideles magis magisque Sacris Mysteriis participare possint.

5. Normae generales decretentur, quibus Unio Episcoporum (Bishop's Conference) in determinata regione ducatur in caeremoniis liturgicis adaptandis usibus et moribus populorum indigenarum, salva approbatione S. Sedis.

Qua par est reverentia, Eminentiae Vestrae maneo

humillimus servus in Domino
✠ Ioannes B. Theunissen
Archiepiscopus Blantyrensis

2

Exc.mi P. D. CORNELII CHITSULO
Episcopi Dedzaënsis (Dedza)

25th august, 1959

Your Eminence,

With reference to Your Eminence's letter dated 18th june, 1959 Prot. N. 1 C/59-437 requesting some points of doctrine or morals, points which are likely to be discussed during the forthcoming Oecumenical Council, I have just the three enclosed proposals to submit to Your Eminence.

Wishing you God's innumerable graces in your preparation work, and praying that the forthcoming Council proves most fruitful.

I have the honour to be, my Lord Cardinal, Your Eminence's devoted and obedient servant,

✠ C. Chitsulo
Bishop of Dedza

Eminentissime Domine,

Inito Concilio, mihi visum est Tuae Eminentiae de futuro Concilio Oecumenico haec respondere, quae sequuntur:

1. Pro Clero: Vita in communi simul cum Exercitiis Spiritualibus praeferenda videtur, nam ab innumeris periculis liberat et ad officia status rite complenda, iuvat. Correctio fraterna ac mutuum incitamentum facile in vita communi reperitur.

2. De Computatione usus rationis.

Usque nunc Mater Ecclesia infantes attingentes septimum annum completum esse in usu rationis statuit. Hodierna vero experientia constat infantes iam esse in usu rationis completo anno sexto, vel inter quintum completum et sextum. Constat etiam ex hodierna lege Gubernii statuentis sex annis gaudentes debere esse in Primariis Scholis.

3. Diaconatus reviviscatur scil., Catechistae optimi ordinentur Diaconi. Similiter Praesides Actionis Catholicae, et Seminaristae ex Maiori Seminario propter coelibatum exeuntes.

Eminentiae Tuae Reverendissimae

✠ Cornelius Chitsulo
Episcopus Dedzaënsis

3

EXC.MI P. D. IOSEPHI FADY
Episcopi Lilongwensis (Lilongwe)

Le 12 avril 1960

Eminence Révérendissime,

J'ai l'honneur d'adresser à Son Eminence la réponse aux lettres du 18 juin 1959 et 21 mars 1960, concernant le Concile Œcuménique. Je voudrais également m'excuser du retard à envoyer mes questions pour le Concile.

Baisant avec respect Sa pourpre sacrée, je prie son Eminence Révérendissime, de croire à mes sentiments respectueux in Christo,

✠ JOSEPH FADY
Evêque de Lilongwe

DOCTRINAE CAPITA

1. *Circa notionem traditionis divinae*

Maxime optandum videretur Concilium Oecumenicum magis explicite determinare sensum Concilii Tridentini circa Traditionem divinam. « Sacrosancta ... Tridentina synodus ... hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus puritas ipsa evangelii in Ecclesia conservetur, quod ... Dominus noster Iesus Christus Dei Filius proprio ore primum promulgavit, deinde per suos apostolos tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omni creaturae praedicari iussit; perspiciensque hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quae ipsius Christi ore ab apostolis acceptae, aut ab ipsis apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditae ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris quam novi testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, necnon traditiones ipsas, tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tamquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas et continua successione in ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur ».

Quaestio est: quaenam sit relatio, secundum hoc Tridentinum decretum, inter Sacram Scripturam et Traditionem.

Videtur hanc relationem inaccurate per theologos postridentinos esse interpretatam (cf. Geisselmann, S. I., *Des Missverständniss über das Verhältnis von Schrift und Tradition und seine Neberwindung in der katholischen Theologiae,* in « Una Sancta », september 1956, pp. 131-150).

Revera Concilium Tridentinum non loquitur de duobus *fontibus* Revelationis, ut generatim fit in manualibus theologiae dogmaticae, sed de unico fonte: Evangelium, ore Christi promulgatum et deinde per apostolos tamquam *fontem* omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae praedicandum.

Concilium Traditionem et Scripturam potius ut duas vias, duos canales, considerat, per quos revelatio usque nos pervenit: « perspiciensque (Concilium) hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quae ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditae ad nos usque pervenerunt ».

Quaestio nunc est: utrum isti duo canales sint plane distincti, ita independentes ad invicem ut Traditio, etiam sine adminiculo Sacrae Scripturae, sit medium sufficiens, et eamdem habens auctoritatem ac Sacra Scriptura, ad Revelationem integram nobis communicandam.

Nuper, in opere: « Wholy Writ or Holy Church » Tavard videtur admittere Traditionem sine Sacra Scriptura esse insufficientem, et e contra Sacram Scripturam ut Ecclesiae traditam et rite ab Ecclesia interpretatam, esse unicum canalem sufficientem per quem nobis Revelatio authentice pervenire potest. Et sic cl. auctor conatur dare sensum omnino novum et catholicum adagio protestantico: « Scriptura sola ».

Nonne potius sic dicendum:

1. Traditio et Scriptura quidem sibi mutuo operam dant in incorrupte tradenda et conservanda revelationem. Sed:

2. Traditio etiam independenter a Scriptura, scilicet per simplicem transmissionem veritatis revelatae, a Christo acceptatae et ab apostolis eorumque successoribus sub assistentia Spiritus Sancti usque ad nos traditae, hanc veritatem revelatam nobis communicat, non minus ac Scriptura et cum eadem auctoritate, quamquam alio modo.

3. Non videtur necessarium admittere Traditionem continere veritates revelatas omnino diversas a Sacra Scriptura, i. e. quae in Sacra Scriptura omnino non inveniuntur. Sed videtur necessarium admittere Traditionem nobis praebere illam interpretationem Scripturae per quam quod erat obscurum aut solum implicitum in Scriptura nunc nobis proponitur ut clarum et explicitum; et sic Traditio nobis praebet veritates revelatas quae sola Scriptura nobis clare praebere nequit.

II. *Circa Catechismum romanum*

Catechismus Romanus utpote Concilio Tridentino consonus et optima synopsis Doctrinae ad populum Christianum instruendum iam melius temporibus nostris accomodetur.

Sint regulae datae pro erroribus modernis ut Communismus-Socialismus, Indifferentismus, Nationalismus. Contra hos errores, maxime contra Nationalismum qui nunc grassatur, explicetur *unitas ecclesiae Christi, caput ecclesiae* et *magisterium vivens.*

Deinde pulcherrima *doctrina Mystici Corporis* magis in Seminariis, in Catechismo et in concionibus ad Christifideles promoveatur, quo melius solidaritas membrorum Ecclesiae, Corporis mystici Christi, demonstretur.

Addatur etiam *studium encyclicarum recentium Romanorum Pontificum* circa doctrinam socialem et politicam quae adhuc a multis Christifidelibus ignoratur.

Momentum *educationis familiaris* magis ac magis explicetur et illustretur. *Vocatio sacerdotalis et religiosa* quae in vera et catholica familia florere solet, detrimentum patitur. Eius sublimitas magis ac magis illustretur tanquam praerogativa Ecclesiae quae est sponsa Christi.

Doctrina Gratiae Sanctificantis melius ante oculos Christifidelium portetur sub imaginibus a Christo adhibitis de vita, de veste nuptiali etc. Saepe nomen abstractum gratiae sanctificantis pueris et etiam adultis nihil dicit, et parvi aestimant tantum thesaurum quod « in vasis fictilibus » portant.

Tandem doctrina etiam in Catechismo puerorum et Christifidelium magis ac magis textibus Sacrae Scripturae, tam Veteris quam Novi Testamenti, scriptis S. Patrum, et Encyclicis Romanorum Pontificum et aliis textibus Magisterii Viventis illustretur, quo melius in fide roborentur, fidem defendere queant et ipsi contra errores grassantes immunes fiant.

Saepe Christifideles rudes solas responsiones retinent, nescientes qua ratione nituntur.

III. *De Sacramentis*

De Baptismo infantium, can. 770

De Baptismo infantium parentum catholicorum qui sunt tepidi vel simpliciter mali, quando parva vel nulla spes habetur ut hi infantes in religione catholica rite educentur.

De Baptismo infantium Catholicorum in can. 770 providetur, nempe ut quamprimum baptizentur. Sed nihil provisum est pro baptismo infan-

tium catholicorum tepidorum vel simpliciter non practicantium vel indifferentium, vel etiam malorum. Nam etiam si parva tantum subest spes ut infans in religione catholica rite educetur, nihilominus a sacerdote baptizari debet etiam sine cautione (Coll. 625).

Periculum adest ne multi infantes baptizentur quorum educationi christianae cautum non est. Valde mirum est quod si parentes sunt alter infidelis, alter fidelis et parens fidelis filium offerat baptizandum in finem aeternae vitae adipiscendae, et promittit se filium in religione catholica educaturum, perpendere debet diligenter sacerdos, an huic proposito et promissioni partis fidelis fidem praestare possit, quo facto ipse iudicare debet, utrum in casu conveniat puerum baptizare, necne. Const. Ben. XIV; « Filiis autem catholicorum nunquam denegandum baptismum, si parentes illud petant, etiam si parentes adeo barbari sint, ut licet baptizati, nullum fere actum catholicae religionis exerceant ... aut ob parentum tepiditatem nulla spes probabilis affulgeat, ut dicti infantes in christiana religione postmodum instituantur ».

(S. C. P. F. ad Vic. Ap. Sutchuen. 31 ian. 1796).

Nonne melius est baptismum non conferre hoc in casu nisi cautiones praestentur de catholica educatione, addendo can. 770 quod in can. 750 § 2 statuitur, nempe « dummodo catholicae eorum educationi cautum sit ».

Ratio est scandalum praesertim in regionibus Missionum ubi neophyti parvi aestimant quod tam facile conceditur. Insuper Ecclesia damnum patitur.

Est etiam periculum ne quidam sacerdotes severiores se monstrent et omnino infantes baptizare recusent vel nimis complacentes sine ulla cautione baptismum administrent. Quae est media vita qua:

1) Principia Ecclesiae servantur;

2) scandalum apud parentes infantes ad baptismum offerentes non offenditur;

3) caritas erga parentes infantes ad baptismum offerentes non offenditur;

4) honestas in Sacramentis administrandis servatur utpote « non debent sancta dari canibus »?

De Matrimonio, can. 1125

Quid de Constitutione S. Pii V « Romani Pontificis » de qua in can. 1125?

Num applicari possit Constitutio quando, secluso semper scandalo, prima uxor velit baptizari vel etiam iam baptizata sit? Hic casus saepe

occurrit in nostris Missionum territoriis. De facto, Constitutio in illo casu applicatur, non tamen sine anxietatibus conscientiae (propter discussiones inter auctores) quia S. Sedes nihil authentice statuit.

Rationes

Haec interpretatio sana solidis argumentis nititur et conditionibus et moribus accomodatur, bono religioso favet nec in oculis indigenarum vinculum naturale detrimentum patitur nec tandem scandalum oritur.

IV. *De Missae Sacrificio*

De Missa lecta

Partes Missae quae vulgo Missa Catechumenorum nuncupatur, utpote, Christifideles et Catechumeni doctrina instruuntur, *sola lingua vernacula* a sacerdote legantur.

Illa autem pars quae Canon nuncupatur, lingua latina a sacerdote legatur.

Post « Ite Missa est » et sacerdotis benedictionem nihil aliud addatur. Initium Sancti Evangelii S. Ioannis privatim a sacerdote dum vestes deponit recitetur ut fit die dominica in Palmis.

Missa quantum fieri potest idem tempus perduret: i. e. non ultra dimidiam horam et ad hunc finem:

a) minus longae epistolae et evangelia adhibeantur,

b) insuper ad fervorem fovendum melior distributio et varietas textuum maxime in Communi Sanctorum inveniatur.

Fideles activi participes Sacrificii Missae fiant.

Ratio: Longiores epistolae et evangelia fervori nec sacerdotis nec Christifidelium favent. In urbibus praesertim ubi plures missae mane celebrantur, valde interest ut altera quaque hora Missa celebretur et tempus suppetat ad concionandum per 10 vel 15 minutos.

De Missa Cantata

Humiliter petitur ut *Asperges me* et *Vidi aquam* et illae partes quae sub nomine « Ordinarium » veniunt *lingua vernacula* cani possint, hoc modo ut sacerdos lingua latina intonetur, v. g. « Gloria in excelsis Deo » et deinde a populo *lingua vulgari* repetatur et prosequatur. Sacerdos, sive latine prosequatur vel cum populo lingua vulgari cantet.

Illae partes quae sub nomine « Proprium » veniunt etiam lingua vernacula cantentur. Intra distributionem Communionis hymni lingua vulgari a populo cantentur.

Eundem favorem petimus pro cantibus et orationibus in caeremoniis Dominicae Palmarum, Hebdomadae Maioris.

Rationes

Maior et melior comprehensio et participatio activa in tam pulchris caeremoniis et precibus.

Hodie caeremoniis Dominicae in Palmis praefui. Fideles tamquam muti auditores et spectatores per unam horam *passive* in ecclesia deinde in processione se gesserunt.

Sed in nostris territoriis omnis populus (non solum quidam cantores) cantare solent et peramant.

Distributio S. Communionis in Missa cantata saepe per longum tempus protrahitur et populi fervor hymnis augetur. Qui legere nequeunt gratias agunt cantando hymnos quos omnes memoria retinent. Nonne omnes eumdem cibum sumpserunt et communiter corde et ore gratias agere debent.

V. *De Breviario Romano*

Desideratur:

1) Maior et selectior varietas textum SS. Patrum in Sanctorali.

2) Lectiones ne longius protrahantur, rescindentur partes quae ad solam chronologiam spectant vel nullomodo fervorem et aedificationem adiuvant.

3) Numerus Sanctorum quorum festa in Breviario Romano celebrantur ad praecipuos et magis nostris temporibus adaptatos reducantur. Sancti quidam Ordinum proprii in suo quoque Ordine vel Congregatione non autem in Ecclesia Universali celebrentur.

Responsoria in solo officio cantato, non autem in recitatione privata recitentur. Saepe nulla est relatio lectiones inter et responsoria.

Tandem:

Nonne opportunum videtur officium quotidianum ad unum Nocturnum reduci, ut fit in festivitate Paschae et per Octavam?

Lectiones sumantur:

prima ex Vetere vel Novo Testamento;

secunda de Sancto vel in Officio feriali sit commentarium in primam lectionem;

tertia de Homilia in Sanctum vel Mysterium.

Laudes non iam dicantur.

Ad Primam 3 tantum psalmi. Horae parvae, Vesperae (sine precibus) et Completorium: de more. Officium in usum monachorum et monialium in toto dicatur vel cantetur.

Rationes

Obligatio pastoralis maxime in missionum territoriis et in urbibus intensior, maxime ante dies festos confessiones et praeparationes diversi generis sacerdotes absorbent. Melior est recitatio precum paucorum attenta et devota, quam longior quae fit labiis tantum. Sacerdotes timorati se dispensare timent a recitatione Officii Divini, etsi adest causa.

Una internazionalizzazione in tutti i settori: dal Cardinalato alle

Rappresentanze Pontificie; dai Prefetti di Congregazioni agli impiegati delle medesime. Anche se ci sono degli inconvenienti questi sarebbero largamente compensati dai vantaggi: maggior senso di organizzazione, maggior senso di cattolicità, maggior prestigio della Chiesa stessa in tutti i popoli.

Naturalmente si dovrebbe trattare di una vera « scelta ». I mediocri dovrebbero essere messi da parte. Nello stesso tempo una lotta spietata dovrebbe essere mossa all'arrivismo, al protezionismo, al paternalismo. Quanti abusi ancora ai nostri giorni altrettanto nocivi quanto certi nepotismi. Per il solo fatto che un ecclesiastico è entrato in « carriera » (interna o estera) non dovrebbe necessariamente arrivare, o almeno avanzare sempre.

4. Una certa decentralizzazione negli affari amministrativi lasciando ai Vescovi una maggiore libertà non sarebbe fuori posto.

VI. *Ritorno dei Dissidenti.* Nei Paesi del Prossimo Oriente i fratelli dissidenti si sentono molto umiliati dal fatto che non soltanto i cattolici non possono assistere agli uffici divini presso di loro e meno ancora ricevervi i sacramenti — non escluso il matrimonio che ora, con il nuovo Codice (e l'innovazione non sembra lodevole) è invalido se celebrato *coram ministro acatholico* — ma persino è vietato ai medesimi di ricevere i sacramenti (la confessione compresa) da noi. È una materia che dovrebbe essere riveduta alla nuova luce ... Ci sono dei casi in cui fedeli cattolici (qualche volta delle religiose) sono privati della Messa per lunghi periodi e quindi anche dei sacramenti perchè non possono riceverli dagli ortodossi.

Il ritorno di importanti sette di protestanti sarebbe grandemente facilitato se i loro ministri di culto fossero autorizzati — eventualmente dopo l'ordinazione nella Chiesa Cattolica — ad esercitare il sacro ministero pur non essendo costretti al celibato ecclesiastico. Ed in caso di ritorni in massa l'accoglienza nel seno della Chiesa dovrebbe potersi fare senza richiesta di esplicite abiure ... Un'adesione indiretta alle verità rivelate potrebbe essere considerata come sufficiente. L'educazione ed il tempo compirebbero l'opera.

Mi chino al bacio della Sacra Porpora e prego l'Eminenza Vostra di voler gradire i sensi del mio più profondo rispetto con cui passo all'onore di dirmi

dell'Eminenza Vostra Reverendissima
umil.mo dev.mo ed obblig.mo servitore
✠ SILVIUS ODDI
Archiepiscopus tit. Mesembrianus
Internuntius Ap. in R.A.U. (Aegypto)

7

Exc.mi P. D. IOANNIS A CAPISTRANO A. CAYER

Episcopi tit. Cissitani,
Vicarii Ap. Alexandriae Aegypti (Alessandria di Egitto)

Alexandriae Aegypti, die 9 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Ad respondendum litteris Tuae Eminentiae diei 18 iunii 1959, magno cum gaudio et subiectione Concilii Oecumenici pro bono animarum Sanctaeque Catholicae Ecclesiae propositum accepimus, atque, si Deus voluerit, pro segregatarum Ecclesiarum cum Ecclesia catholica unitate.

Ecce hac de re diversae *animadversiones* a Vicariatibus Apostolicis Alexandriae et Portus Said Aegypti propositae:

1. Cum, in nostris Vicariatibus Apostolicis Proximi-Orientis, cura paroeciarum et animarum praesertim sacerdotibus religiosis commissa sit, votum emittimus ut *quasi-parochi* tam facile amoveri non possint; et consequenter optandum est ut Ordinarii, quando agitur de instituendis et nominandis parochis, supra Ordines Religiosos etiam exemptos maiorem auctoritatem habeant (*C.I.C.,* nn. 455-456).

2. Cum varii in Aegypto sint ritus catholici (6 enim sunt) et etiam varia sint *calendaria* quibus utitur (i. e. Iuliano et Gregoriano) votum emittimus ut novum Calendarium universale, diem fixam pro festis Paschatis et Nativitatis Domini habens, mox admittatur et in usum pro tota Ecclesia catholica veniat.

3. Cum festa *Sanctorum* in Breviario et in Missali multiplicentur et non sine complicatione et difficultate, Clerus Aegypti votum emittit:

a) ut *Breviarium,* sicuti nunc est, Religiosis Choralibus reservetur; atque pro sacerdotibus operibus apostolicis et ministerio pastorali vacantibus simplificetur.

b) ut *Sanctorale,* quandoque nunc multos Sanctos continens, qui specialem significationem pro Ecclesia universali non habent, simplificetur; et tales Sancti locales tantum in regione suae originis vel influxus celebrentur.

4. In Iure Canonico, noster Clerus votum emittit ut Codex simplificetur et necessitatibus moribusque modernis adaptatus sit, specialiter in eis rebus quae *Poenas et Censuras* spectant.

5. Cum, modo generali, Sacramenta apud Orthodoxos et apud Ca-

tholicos pro Catholicis valida sint, votum emittitur ut *validitas matrimoniorum mixtorum,* illicite apud Ecclesiam orthodoxam contractorum, denuo ab Ecclesia catholica recognita sit (exclusis matrimoniis mixtis cum Protestantibus).

6. Studium particulare quaestioni *Unitatis* Ecclesiae dedimus. Actualiter in Aegypto videtur quod Ecclesiae christianae non tam ob quaestiones dogmaticas quam disciplinarias separantur.

a) In eis quae spectant Hierarchiam, Summus Pontifex etiam apud Orthodoxos, Dei gratia, haberetur non tantum sicut Sancti Petri successor, sed et supremus et infallibilis successor, et unicus.

b) Ex altera parte, quaestio Vicariorum diplomaticorum practicam difficultatem secum fert. Adest quaestio *praecedentiae.* Hac in regione, ubi Ecclesia exorta est et ubi varii Ritus orientales Apostolici inveniuntur, praecedentia Patriarcharum super alios Praelatos facile admittitur.

Quidam Cardinalis vel Internuntius Apostolicus, in suis functionibus ordinariis, praeesse Patriarchae in suo territorio non deberet, nisi praedictus Cardinalis vel Delegatus Apostolicus mandatum speciale S. Sedis actualiter exerceret.

In suis functionibus ordinariis, ut aiunt, Patriarcha quidam S. Sedem repraesentat aeque ac Cardinalis quidam vel Internuntius Apostolicus et diplomaticus in suis ordinariis functionibus.

Inde, cum in Aegypto varii Ritus catholici adsunt, si superioritas quaedam Internuntio Apostolico ex officio suo tribuitur, haec superioritas vel iurisdictio in quaestionibus controversis ei dat ius sese ingerendi in negotiis particularibus Ecclesiarum; inter Ecclesias haec superioritas calamitosum habet effectum, divisionem efficiendo inter Ecclesias, illas protegendo quae libenter ad partes Internuntii Apostolici sese vertunt.

c) Aiunt etiam Orientales quod Internuntius Apostolicus qui, in sua functione, quamdam superioritatem in Patriarchas habet, illam exercet ut quaedam Romana centralizatio efficiatur. Sed omnis extrema centralizatio, etiam in Ecclesia, non in suam aestimationem sed improbationem datur. Eodem sensu, aperte declarant Orientales quod Secretaria Status adest, ratione suae compositionis, prout procuratio Romana, vel etiam, quod peius est, Italica, sed non Catholica. Hae duae opiniones quoad centralizationem supremam atque italicizationem Ecclesiae phantasmata sunt quae Ecclesias Orientales etiam catholicas multum humiliant et deterrent.

Hae difficultates respiciunt Ecclesiam *localem.*

Quoad quaestiones generales *universalis Ecclesiae,* studuimus et approbavimus, servatis de iure servandis, aut optatas adaptationes faciendo, sequentes propositiones, scilicet:

1) « Congressus Studiorum Internationalis de *Liturgia* in Missioni-

bus, mense septembri 1959, diebus 12 ad 19, Neomagi et in Pago Uden, in Neerlandia, habitus »;

2) « Resolutiones adaptatae in conventu *Episcoporum Asiae* Austro-Orientalis, Manilae, a 10 ad 17 decembris 1959 ».

Hanc ergo relationem, filiali animo exaratam, benevolentiae Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico humiliter praesentamus, cum spe ut haec relatio Vicariatus Apostolici Alexandriae et Portus Said Aegypti, sincero ac profundo amore erga Matrem Ecclesiam Catholicam confecta, suum plenum fructum obtinere possit iuxta divinum beneplacitum.

✠ IOANNES A CAPISTRANO A. CAYER
Episcopus tit. Cissitanus
Vicarius Ap. Alexandriae Aegypti

8

EXC.MI P. D. AMANDI HUBERT
Episcopi tit. Saitani
Vicarii Ap. Heliopolis in Aegypto (Eliopoli di Egitto)

Héliopolis, le 25 avril 1960

Eminentissime Seigneur,

En réponse à la lettre du 21 mars 1960, qui était d'ailleurs la première reçue de la *Commission Pontificale Préparatoire* pour le *Concile Œcuménique,* celle du 18 juin 1959, dont parle cette lettre n'étant pas parvenue, en son temps, à notre Vicariat Apostolique, je suis heureux de pouvoir vous faire parvenir les « Animadversiones, consilia et vota » ci-joint.

Veuillez agréer, Éminence Révérendissime, l'hommage de notre respectueux et filial dévouement envers le Très Saint Père et envers votre Eminence.

✠ AMAND HUBERT
Vicaire Apostolique d'Héliopolis en Egypte

I. *Ad Unitatem Ecclesiae fovendam*

Optandum est:

a) *discernere causas discessus* ab Ecclesia Catholica plurimorum desiderantium toto corde et animo sincero hunc reditum ad Ecclesiam Unicam et Apostolicam; propterea studeant peritissimi hunc reditum

iuxta normas et *ad exemplar Litterarum Encyclicarum* (*Mystici Corporis*) AAS 1949; meminerint quod Ecclesia Dei fundata est a Divino Redemptore ad instar societatis perfectae sui generis, propter hoc dotata est omnibus iuris et vitae et regiminis dotibus et quod Redemptor voluit Ecclesiam esse societatem mysticam praefulgentem donis Spiritus Sancti, et ut sic peragat finem in hoc mundo;

b) quamobrem optandum est ut viri peritissimi, et theologi praeclari et docti inquirant *quid cogitandum sit de talibus factis actualibus:*

1) *Quomodo apparet Ecclesia Dei in sua vita quotidiana,* Mahumetanis vel aliis infidelibus bona fide, et quomodo iudicatur ab eis;

— Quid de Missionibus Catholicis apud incolas Asiae vel Africae, praesertim nunc, cum iam alii militant ad acquirendam totam libertatem, et cum alii nuperrime hanc obtinebant libertatem, attamen multi inter eos sunt adhuc inopes scientia et confecti miseria;

2) Quid *de relationibus Ecclesiae cum aliis viribus spiritualibus,* quae etsi non desint erroribus, tamen multis his incolis apparent ut fax et regimen vitae et intellectus.

II. *De reditu Fratrum separatorum*

Multi locorum Ordinarii et religiosi viri in hac parte Orbis terrarum cogitant *reditum ad Ecclesiam Veram et Unicam nil aliud esse nisi quid oboedientiae et disciplinae*:

— Praesertim potestas Summi Pontificis, custodis et ducis Ecclesiae visibilis et infallibilis, Beati Petri successoris et Episcopi Romae, quamvis ille Pontifex idoneus sit et praeclarus omni vitae et intellectus dote, persona grata et amabilis, nihilominus haec potestas Summi Pontificis largitur nimia parte Curiae Romanae, et sic controversia oritur, multi opinantes aliam potestatem ordinariam, vel delegatam vel vicariatam non amplius subsistere;

— Quamobrem optandum est, ut *Patriarchae Ecclesiae Orientalis,* in suis locis et territoriis, *habeant plenam potestatem et iurisdictionem* in omnibus quae pertinent ad communitates eorum et ad alias communitates vicinas orientales; *et praesint omni praelato cuivis etiam Nuntiis* vel Delegatis Apostolicis, nisi ii tamen mittuntur speciali modo, et « quasi alter ego » a Summo Pontifice.

III. *De Disciplina Sacramentorum*

Cum ex una parte, numerus et admixtio populorum ac rituum christianorum in partes has Proximi Orientis vel alibi magis ac magis cre-

verit, admixtione incepta a fine belli primi et secundi et crescente ampliori modo usque ad hodiernam diem,

cum ex altera parte, nil litigiosum constat quoad validitatem Sacramentorum in Ecclesiis Orientalibus non unitis Sedi Apostolicae; optandum est:

a) ut *disciplina amplior receptionis Sacramentorum,* praecipue *Penitentiae et Eucharistiae* instauretur, et *aditus ad haec sacramenta sit facilior his omnibus adhuc segregatis* ab Ecclesia Sancta, et quando hi peterent haec sacramenta (determinatis condicionibus rite servatis) illis ea possent dari. Sunt plerique, qui sollicitant recipere haec sacramenta ad emundationem vitae et ad acquirendas virtutes Christianas, scilicet: iuvenes, alumni utriusque sexus in scholis christianis, iuventus adscripta ut sodales in sodalitatibus diversis christianis, infirmi et aegrotantes in hospitiis, incurabiles in nosocomiis;

b) Desiderium obortum est *ut Matrimonium Mixtum,* inter duas personas baptizatas, quarum altera sit acatholica adscripta Ecclesiae non unitae Orientali, *revocetur ad normam pristinam* quae olim vigebat in Ecclesia, ante diem III Maii 1949, nempe quae norma habuit matrimonium mixtum initum coram ministro acatholico (orthodoxo) validum; videtur hoc desiderium aequaliter obortum esse pro catholicis Latinis in regionibus orientalibus.

IV. *De festis de praecepto*

Cum nostra aetate, labor et opera opificum ardua sint monopolio nationum constituta et item quia curricula et horae scholarum in tot et variis locis et pagis acatholicis, diversa sunt, et praesertim quia desideramus coadunare omnia festa de praecepto aliorum rituum, auditis votis Episcoporum Orientalium in has partes Proximi Orientis, enixe petimus ut numerus festorum in Ecclesia Universali reducendus sit ad sex, nempe:

Festum Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, festum Ascensionis, Sanctissimi Corporis Christi, Assumptionis Almae Genitricis, Beatorum Petri et Pauli, Omnium denique Sanctorum.

V. *Calendarium Universale*

Vivum votum obortum est ut Calendarium Universale adoptetur ubique terrarum, et sic festum Resurrectionis Domini Nostri celebraturum sit in die inamovibili, fixa et retenta ab omnibus et universaliter adoptata, sicque temporum decursu in hac tota orbe terrarum, Calendarium Gregorianum retentum sit.

VI. *De reformatione Officii Divini*

Cum nostra hac aetate, sacerdotes praesertim qui curam animarum gerunt, variis novisque in dies apostolatus officiis onerati sint, ita ut divini officii recitationi et quae oportet animi tranquillitati vix attendere possint, idcirco supplices ad Sanctam Sedem deferunt vota ut recitatio quotidiana Officii Divini reducatur, praesertim ut Matutinum sit unius nocturni, videlicet trium psalmorum et trium lectionum.

Etiamque ut Commune Sanctorum brevius sit et nomina Sanctorum inscripta solum in quibusdam locis cognita, tantum in his locis honorarentur et sic etiam agatur de Sanctis quasi Patronis ac Titularibus ordinis religiosorum, sint tantum honorati a sodalibus huius ordinis.

✠ Amandus Hubert
Episcopus tit. Saitanus
Vicarius Ap. Heliopolis in Aegypto

9

Exc.mi P. D. IOANNIS KABES

Episcopi tit. Cleopadritensis, Auxiliaris Patriarchae Alexandrini Coptorum

Le Caire, 15 août 1959

Eminence Révérendissime,

J'ai reçu votre communication du 18 juin 1959, Prot. 1 C/59-2364 concernant notre opinion en vue de la préparation du Concile Œcuménique. Je ne peux commencer que par vous remercier pour vos sentiments envers moi, et vous exprimer mon dévouement envers le Saint Siège dont nous sommes fiers d'être les fidèles serviteurs.

Pour le Concile en soi, c'est une idée magnifique pour le monde Catholique; il y met la vie: la réunion des évêques représentant le monde entier, autour du Saint Père, fera sentir l'unité, la beauté, et la force du catholicisme pour les Catholiques et les non-Catholiques.

Pour ce qui concerne l'Eglise Copte d'Egypte, l'Unité demande beaucoup de préparation. Il n'y a pas une propagande arabe Catholique en Egypte, alors que les Coptes Schismatiques qui confondent entre nationalisme et religion, entre dépendance civile et religieuse ont un journal quotidien et deux journaux hebdamadaires, sans compter une quinzaine de revues mensuelles. Les Schismatiques viennent d'avoir un

Patriarche après une attente de deux ans et demi; ils en sont fiers, ils l'appellent « pape ». Ils veulent imiter les Catholiques en lui donnant cette nomination. De plus la nomination d'un Patriarche Copte Catholique, digne et distingué et du point de vue famille et du point de vue science et vertu a créé une certaine jalousie dans les milieux Schismatiques; on voudrait l'éclipser pour faire ressortir le Patriarche Schismatique qui est reconnu par le gouvernement comme représentant du Christianisme en Egypte.

C'est pourquoi je propose qu'on fortifie d'abord la publication arabe Catholique en Egypte; on n'a que deux revue mensuelles arabe: *El Salah* qui tire à 1200 exemplaires et *Haclouna* qui tire à 3000 exemplaires: ce nombre n'est rien par rapport aux trois millions et demi de chrétiens en Egypte.

De plus les Schismatiques ont été blessés depuis la parution du nouveau Code Oriental, dans la partie qui concerne le mariage, et qui considère nul le mariage bénit par un prêtre schismatique, alors que jusqu'ici, il était considéré comme valide. De plus dans le « De Personis », les droits et les privilèges des Patriarches, ont été diminués. Les Schismatiques en ont pris connaissance, ils ont été choqués, et considèrent cela dans leur façon de penser: « impérialisme » d'ou l'idée qui leur est venue: « Rome veut l'unité pour dominer les Eglises Orientales »; plusieurs articles ont été écrits dans ce sens dans le journal quotidien schismatique « Misr ».

Le Calendrier liturgique est aussi une autre barrière. Les Schismatiques suivent le calendrier julien les Catholiques suivent les uns le calendrier julien les autres le calendrier grégorien; cela semble comme un désordre et cause même du scandale pour les Musulmans et les chrétiens simples.

Les Innovations et les latinisations qui ont eu lieu autrefois dans la communauté Copte Catholique ont causé des aversions de la part des Schismatiques, ils appelèrent les Catholiques des « Frangui », c'est à dire « des Européens ». C'est pourquoi le retour à l'ancienne liturgie et dans les chants et dans les constructions des églises a fait beaucoup de rapprochements et de conversions.

Quant au Dogme, ce sont toujours les mêmes objections qui ont été soulevées au moment du Concile de Florence. A mon avis personnel l'esprit religieux dans l'Eglise Schismatique Orientale est presque le même aujourd'hui qu'au temps du Concile de Florence. Si ce dernier n'a pas eu de fruits qui ont duré, c'est à cause de la difficulté de communication, l'ignorance de la langue des orientaux. Aujourd'hui, heureusement on a une grande facilité dans les communications; il y a par-

tout des catholiques indigènes, la hiérarchie orientale est bien représentée, tout cela aidera à faire réussir le Concile.[1]

Veuillez agréer, Eminence Révérendissime, l'assurance de notre entier dévouement en Notre Seigneur.

✠ JEAN KABÈS
Evêque tit. de Cléopatris
Auxiliaire du Patriarche Copte Cath.

10

EXC.MI P. D. IOSEPH BAKHACHE

Archiepiscopi tit. Edesseni in Osrhoëne
Vic. Patr. Antiocheni Syrorum in Aegypto

Qui responsum dedit una cum Em.mo Patriarcha Antiocheno Syrorum.[2]

11

EXC.MI P. D. IOANNIS NUER

Episcopi tit. Phatanensis, Auxiliaris Thebani

Punti Dottrinali

Trovare possibilmente espressioni dommatiche che possino salvaguardare la dottrina ed avvicinare i fratelli separati. Per esempio:

La Processione dello Spirito Santo.

Insieme al « Filioque » si potrebbe dire nel Credo Latino anche questa espressione: « Qui a Patre per Filium procedit »?

Le due nature in Cristo.

Si potrebbe lasciare da parte la questione filosofica di natura e persona e dire semplicemente: Cristo è il Verbo Incarnato. Vero Dio e Vero Uomo.

L'Epiclesi.

Ammettere un'unità tra le parole della Consacrazione e l'Epiclesi.

Le Indulgenze.

Ammettere la necessità di riparare le colpe perdonate (con preghiere, digiuni, mortificazioni ecc.). Ammettere una riparazione plena-

[1] Cf. pp. 375-380.
[2] Cf. vol. II, part. IV (Asia), pp. 390-392.

ria e parziale. Ma togliere — se si può — l'uso delle Indulgenze che si appoggiano su fatti storici (200 oppure 300 giorni d'Indulgenza). Tali Indulgenze confondono i fedeli e irritano i fratelli separati.

Punti Sacramentali

Mantenere ciò ch'è conforme allo sviluppo ecclesiastico e cercare di ritornare il più possibile alla Tradizione.

Si potrebbe pensare alla comunione sotto le due specie nel Rito Latino?

Perchè non si adopera nel rito latino in caso di bisogno il pane fermentato?

Col nuovo Codice Orientale, gli Orientali sono obbligati alla Forma nel matrimonio. Ciò ha causato diversi danni alle anime nonostante la facoltà della « Sanatio in Radice ». Sarebbe desiderabile ritornare all'uso antico.

Punti Disciplinari.

Salva l'autorità suprema del Sommo Pontefice, riconoscere gli antichi Diritti dei Patriarchi Orientali nella Chiesa Una ed Universale. Giurisdizione,Precedenza ecc.

✠ IOANNES NUER
Episcopus tit. Phatanensis
Auxiliaris Thebanus

12

EXC.MI P. D. RAPHAËLIS BAYAN

Episcopi tit. Tauitani, Coadiutoris c. s. Alexandrini Armenorum

Qui responsum dedit una cum Em.mo Patriarcha Ciliciae Armenorum.[1]

---

[1] Cf. vol. II, part. IV (Asia), pp. 394-400.

RHODESIA

1

Exc.mi P. D. ADOLFI FÜRSTENBERG

Episcopi Abercornensis (Abercorn)

Die 15 aprilis 1960

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Litteras Eminentiae Vestrae die 21 martii 1960 datas, sub numero 1 C/59-64 bis, summa observantia accepi et perlegi.

Libentissimo animo, desiderio voluntatique Summi Pontificis obsequor in proponendis animadversionibus quae, ut mihi videtur, in futuro concilio perutiliter tractari poterunt.

Primo mihi ut Ordinario in locis missionum constituto locus sit convertere animos Venerabilium Patrum S. Concilii ad obligationem quam habent omnes Christifideles, praesertim autem Episcopi et sacerdotes, adiuvandi ad propagandam fidem non solum in patria sua, sed etiam in finibus exteris. Quae obligatio, mea quidem opinione et experientia, non satis intelligitur et proponitur. Certe, can. 1322 ius et officium Ecclesiae evangelicam doctrinam docendi vindicat, canone tamen 1350 universa missionum cura Sedi Apostolicae unice reservatur. Qui canon male interpretari potest quasi derogans vel diminuens obligationem individuam cum Episcoporum tum sacerdotum tum christifidelium, adiuvandi pro suis quisque viribus ut regnum Christi omnibus in locis propagetur. Valde profuturum esse censeo causae propagationis fidei si haec obligatio adiuvandi missiones exteras plane et distincte a Patribus Concilii enuntiaretur et plane singularique modo in Codice consignaretur.

Alterum votum quod venerandae Commissioni Pontificiae proponere mihi cordi est spectat ad simplificationem legum liturgicarum et praesertim rubricarum. Opus disciplinae liturgicae corrigendae et emendandae a SS. D. N. Pio XII feliciter inchoatum plane cumulateque perficere maximae utilitatis foret cum sacerdotibus tum fidelibus.

Quae duo puncta, reverentia qua par est, Eminentiae Vestrae submitto adprecans benedictionem caelestem a Domino pro felici et bono successu muneris commissi.

Interim S. Purpuram reverenter deosculor.

✠ Adolfus Fürstenberg
Episcopus Abercornensis

2

Exc.mi P. D. ADOLFI G. SCHMITT

Episcopi Bulauaiensis (Bulawayo)

Die 22 augusti 1959

Rogatus a Pontificia Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico omni cum libertate et sinceritate animadversiones, consilia et vota, quae pastoralis sollicitudo zelusque animarum suggerant circa res et argumenta quae in futuro Concilio tractari poterunt, censeo proponere haec:

I.

A Concilio futuro Oecumenico investigandae sunt et inveniendae viae et methodi, quibus schismatici et haeretici reunificari possint ad S. R. Ecclesiam.

Ad quem finem assequendum mihi liceat recommendare invitationem Patriarcharum et Episcoporum Ecclesiarum Orientalium necnon Moderatorum sectarum Christianarum ad Concilium Oecumenicum ut cum eis tractetur et elaboretur Ecclesiologia (scil. de Corpore Christi Mystico — de gente, populo, familia Dei; de Episcopo Romano tamquam capite populi Dei, de Episcopis ecclesias singulas iure proprio regentibus sub iurisdictione Episcopi Romani).

Providendum est ministris sectarum desiderantibus reconciliari S. R. Ecclesiae.

II. *Liturgia*

1. Breviarium dicendum a clericis in cura animarum mutetur et simplificetur.

2. Tempus celebrationis Missae determinandum relinquatur Episcopis in Missionibus.

3. In Missionibus ceremoniae praecedentes Baptismum mutentur et simplificentur.

III. *Disciplina*

In Missionibus saltem leges de ieiunio et abstinentiae accomodentur conditionibus hoc modo quo commutentur et substituantur a legibus requirentibus a fidelibus abstinentiam ab aliis oblectamentis et delectationibus; quae leges statuantur ab Episcopis singularum Provinciarum.

✠ Adolfus G. Schmitt
Episcopus Bulauaiensis

3

Exc.mi P. D. ALOYSII HAENE

Episcopi Guelensis (Gwelo)

Immensee (Helvetia), die 29 aprilis 1960

I. *Decretum doctrinae de Mystico Corpore Christi*

Cum Summus Pontifex in proclamatione Oecumenici Concilii hoc ipsum tamquam testimonium unitatis Ecclesiae convocare voluerit:

cumque doctrina de Ecclesia uti Mystico Corpore Christi iam multis tractatibus theologicis exposita praesertim in Encyclica *Mystici Corporis* S. P. Pii XII praeclare sit tractata,

liceat mihi quaerere, num ad exemplum pristinorum Conciliorum haec doctrina in nova capita fidei redigi atque sollemniter promulgari et proclamari possit.

Finis huiusmodi proclamationis non tantum in eo esset, ut fides in tantum mysterium unitatis augeretur, sed etiam ut fratribus nostris ab Ecclesia Sancta separatis, unitatem vero quaerentibus, per hanc doctrinam profundius argumentum unionis ostentatur.

Redigatur ergo, si libet, per Theologos peritos, documentum professionis fidei piaeque petitionis Christianorum ad mentem orationis Summi Sacerdotis Nostri Iesu Christi: « ut omnes unum sint, sicut tu, Pater in me, et ego in te, ut et ipsis in nobis unum sint: ut credat mundus quia tu me misisti » (Io 17, 21).

II. *Decretum de scientia naturali tamquam ancilla revelationis divinae*

Progressus scientiarum naturalium explorationesque criticae ac novae theoriae fidem tangentes, e. g. de origine humani generis, quae nostris temporibus in scriptis tam multum propagantur mentesque movent, hoc admodum postulare videntur, ut denuo exponatur ac confirmetur doctrina Ecclesiae de relatione inter scientiam naturalem et revelationem divinam.

Quaerendum insuper erit, num opportunum sit, quoad hypotheses de evolutione principia doctrinae sacrae definire.

III. *Decretum de limitatione prolis*

Etiam in territoriis Missionum his diebus iniqua praxis limitationis prolis propagatur. Videtur opportunum esse solemniter proclamare doctri-

nam et principia iuris naturalis et divini quae iam in Encyclica *Casti Connubii* » S. P. Pii Papae XI exposita atque in allocutionibus Summorum Pontificum iterum iterumque confirmata sunt.

IV. *De relatione inter Ecclesiam et Statum civilem*

Nostris his temporibus etiam in Continente Africae non pauci novi Status civiles se constituunt auctoritatemque assumunt. Inde pergraves oriuntur contentiones inter stirpem indigenarum et homines ex Europa provenientes.

Valde optabilis ergo videtur sollemnis declaratio iurium naturalium cuiusvis gentis necnon instructio de relationibus inter Ecclesiam et statum civilem. Confirmentur etiam iura Ecclesiae quoad educationem prolis christianae, praesertim etiam in statibus cum compluribus religionibus.

V. *De Actione Catholica*

Utile mihi videtur in revisione Codicis Iuris Canonici sub Titulo « De Laicis » canones de Actione Catholica inserere ita ut principia et directivae S. Sedis ultimis annis editae, summatim exponantur.

✠ Aloysius Haene
Episcopus Guelensis

4

Exc.mi P. D. MARCELLI DAUBECHIES
Episcopi Kasamaënsis (Kasama)

Chilubula, die 25 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Eminentiae Vestrae litteras die 18 mensis iunii anni currentis datas, Prot. N. I C/59-708, grato animo accepi. Libenter amplector occasionem oblatam communicandi Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico ea quae mihi quaerenti occurrerunt aptaque visa sunt ut in futuro Concilio tractentur.

Accommodationes sequentes sive S. Canonum sive Ritualis Romani vel etiam S. Liturgiae mihi valde opportunae videntur:

1. Accommodatio in conferendo Baptismo: Valde prodest tum catechumenis baptizandis cum sacerdoti baptismum conferenti si prima pars caeremoniarum baptismi uti continetur in Rituali Romano pro baptismo adultorum, tit. II, cap. II, n. I usque ad numerum 28, separatim adhiberi

posset aliquid temporis ante collationem baptismi proprie dicti. Ita prima pars convenit catechumenis. Praesertim in locis Missionum ubi saepe magnus numerus catechumenorum uno eodemque tempore convenit ad baptismum suscipiendum, administratio baptismi ultra duas vel tres horas protrahitur; id grave et molestum est omnibus participibus neque attentioni vel pietati favet.

2. Accommodatio can. 1248 quoad festa de praecepto quae in diem profestum incurrunt neque a potestate civili tamquam dies feriati admittuntur. In hisce festis de praecepto quae a potestate civili non ut feriata agnoscuntur obligatio abstinendi ab operibus servilibus supprimatur atque obligatio audiendi Missam unice praescribatur. Vel potius Ordinariis locorum facultas detur dispensandi, non solum in casibus singularibus, sed generatim atque universe pro suis quisque territoriis.

3. Accommodatio can. 1250-1254 qui de abstinentia et ieiunio tractant. Valde prodesset legem mitigare eamque adaptare hodiernis circumstantiis; sic evitarentur numerosae dispensationes que confusionibus permultis ansam dant.

4. Abbreviare et simpliciorem reddere formulam Professionis Fidei quae requiritur a can. 1406. Quaeritur etiam nunc adhuc necessarium hodiernisque temporibus congruens sit Iuramentum Anti-Modernisticum?

5. Accommodatio S. Liturgiae quoad Litanias Maiores et Minores. In multis regionibus istae Litaniae occurrunt tempore hiemis ubi nullae segetes in agris remanent neque tempus segetum adest neque tempus messis. Melius videtur Ordinariis locorum committere ut constituant tempus aptum ad istas Litanias faciendas.

6. Valde desiderabile exstat ut quoad promulgationes mutationum tam in legislatione ecclesiastica quam in Sacra Liturgia praevideatur distantia locorum et difficultas communicationum in locis Missionum. Persaepe accidit ut tales mutationes nimis sero in notitiam Ordinariorum perveniant ita ut Ordinarii eas subditis tempestive communicare non possint.

7. Demonstrationi universalitatis et catholicitatis ecclesiae multum prodesset, praesertim quoad acatholicos, si assignatio munerum et officiorum pro administratione generali Ecclesiae adhuc magis internationalis exstaret.

Sacram purpuram exosculans, et omnia fausta Eminentiae Vestrae adprecans, Eminentiae Vestrae humillimus in Christo servus,

✠ MARCELLUS DAUBECHIES
Episcopus Kasamaënsis

5

EXC.MI P. D. TIMOTHEI F. O'SHEA
Episcopi Livingstonensis (Livingstone)

16 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Hodie Tuae Eminentiae mitto responsionem ad litteras et petitionem diei 18 iunii 1959, quibus petisti opiniones et consilia pro futuro Concilio Oecumenico.

Volo petere veniam ab Eminentia Tua propter moram meam culpabilem. Videtur mihi tamen has opiniones meas esse vere parvi momenti.

1. Num possit reperiri aliquis modus distribuendi sacerdotes, fratres et sorores, necnon et auxilia et opes Ecclesiae, ut aequaliter distribuantur in omnibus regionibus; et ut etiam instituantur armaturae scientiarum et artium ad adiuvandam Ecclesiam in regionibus non bene evolutis, praesertim in missionibus.

2. Num possit pro Missis pro Diebus Dominicis novam delectionem fieri lectionum Epistolarum et Evangeliorum. Videntur aliquae, praesertim Epistolae, difficiles et obscurae.

3. Num possit maior usus permitti linguae vernaculae in Rituali Romano.

Osculans sacram purpuram me profiteor

Eminentiae Tuae Reverendissimae
filius oboediens
✠ TIMOTHEUS F. O'SHEA
Episcopus Livingstonensis

6

EXC.MI P. D. ADAM KOZLOWIECKI
Archiepiscopi Lusakensis (Lusaka)

Ridgeway - Lusaka, die 21 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Litteris Eminentiae Vestrae diei 18 iunii huius anni respondendo (Prot. N. I C/59-1239), quas maxima cum gratitudine accepi, sequentia mihi suggerenda videntur:

1. Pars Quinta, Libri Tertii *Codicis Iuris Canonici* ad praesentia rerum adiuncta melius mihi adaptanda videtur. Multis in regionibus Ecclesia hodie nulla habet beneficia. Magis accurate ideo declarandae mihi videntur obligationes populi Christiani, in doctrina de Corpore Christi Mystico fundatae.

2. Desiderabilis mihi videtur interpretatio can. 1258 in spiritu maioris caritatis. In multis regionibus acatholicis, attamen Christianis, participatio — etiam activa — Catholicorum in communibus cum Christianis acatholicis precibus (non in stricte dictis « sacris ») nequit interpretari ut approbatio doctrinae erroneae, immo, in certis casibus, Catholicorum absentia a precibus scandalo est.

Sacram Purpuram maxima cum devotione deosculans, me profiteor

Eminentiae Vestrae Reverendissimae
servum in Christo infimum
✠ ADAM KOZLOWIECKI
Archiepiscopus Lusakensis

7

EXC.MI P. D. FRANCISCI C. MAZZIERI
Episcopi Ndolaënsis (Ndola)

Ndola, die 7 septembris 1959

Eminentissime Domine,

Epistola ab Eminentia Tua transmissa sub die 18 iunii 1959 (Prot. 1 C/59) circa Oecumenicum Concilium a Summo Pontifice Ioanne XXIII indictum, pergratam mihi dat occasionem perpauca suggerendi quae, ut reor, ministerium nostrum in hac dissita regione valde adiuvarent. Quae in mente habeo hic breviter adnumerantur.

1. Facultas binandi et etiam trinandi diebus ferialibus quando, data Sacerdotum paucitate et locorum distantia, plures fideles Sancto Missae Sacrificio et Sancta Communione deberent privari.

2. Facultas distribuendi S. Communionem horis pomeridianis fidelibus qui, iusta de causa, mane praepediuntur venire, etiam si Missa non celebretur, servata nova lege ieiunii.

3. Facultas Ordinariis concessa anticipandi vel postponendi dies festos

« de praecepto » (Ascensio, Assumptio, Festum Omnium Sanctorum) quando dictis diebus fideles ad opus praestandum teneantur.

4. Facultas Episcopis concessa Missam « a solo » cantandi quando non adest copia Sacerdotum ad sollemnem Pontificalem Missam cum debita pompa celebrandam, vel Sacerdotes ad audiendas Confessiones addicti sint. Indigenae laudabilem habent consuetudinem semper die festivo Missam cantandi, quod ipsi maxime diligunt, et non consonum videtur eos spirituali hac consolatione privari cum Episcopus eorum Ecclesiam visitaturus vel ad sacramentum Confirmationis administrandum periodice accedit.

5. Facultas *de iure* concedatur Episcopis sacras Confessiones audiendi extra fines propriae iurisdictionis. Saepenumero Episcopus, per aliena loca pertransiens, ad quorumdam confessiones audiendas vocatur et tempus non adest neque commoditas Ordinarium loci consulendi. Hoc speciatim accidit quando Episcopus ad conterraneos suos, quibuscum communem habet linguam, casu pervenerit.

6. Consulendum videtur ut Ordinariis in locis Missionum degentibus facultas concedatur, servatis servandis, dispensandi super impedimento ligaminis « in favorem Fidei », quod Privilegium Paulinum vocant, sine recursu ad S. Sedem, quod longum requirit tempus et multas causat difficultates. Hoc factum est pro mente habendum: gentes paganae nullam prorsus ideam habent de indissolubilitate matrimonii naturalis. Privilegium Paulinum latam aperit viam qua infideles ad sinum Sanctae Ecclesiae pervenire queant.

Sed in hac regione quamplurimae Christianae existunt sectae acatholicae quae Baptismum probabiliter validum suis asseclis administrant. Quando una pars in haeresi baptizata et persona pagana in matrimonio iunctae per divortium separantur, saepe saepius accidit ut pars haeretica Catholicam Ecclesiam ingredi cupiat et ad alias convolare nuptias cum persona catholica. In hoc casu Privilegium Paulinum non amplius tenet et ad Privilegium Petrinum recurrendum est, litteras mittendo ad Sanctam Sedem singulis in casibus. Iam vero responsio a Sancta Sede quam multum requirit tempus ut ad nos perveniat et, quando venit, personae de quibus agitur iam alium adiverunt locum et, in tanta multitudine, eos invenire impossibile evadit.

7. In Sancto Baptismate conferendo, quando ingens adest baptizandorum adultorum numerus, ritus qui pro parvulis in Rituali Romano datur adoptare liceat et petitiones quae N. 1, 14, 17 habentur non singulatim sed collective dicere permittatur, addendo numerum 18 et 19 supra unoquoque S. Baptismum recipiente.

Eminentissime Domine, hae sunt pauca vota quae Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico submittere cupio si Eminentia Tua hoc opportunum in Domino iudicaverit.

Benedictionem Tuam humiliter imploro.

Eminentiae Tuae Addictissimus
in Christo servus
✠ FRANCISCUS C. MAZZIERI, O. F. M. Conv.
Episcopus Ndolaënsis

8

EXC.MI P. D. FRANCISCI MARKALL
Archiepiscopi Salisburiensis (Salisbury)

Salisbury, die 30 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

Litteras tuas die 18 iunii datas accepi, quibus animadversiones meas circa res et argumenta quae in futuro Concilio Generali tractari poterunt isti Commissioni Praeparatoriae communicari invitas. Audito ergo sacerdotum peritorum et prudentium consilio et rebus mature perpensis opportunum videtur puncta sequentia proponere:

1) Ut pro Missis dominicis nova deligantur epistolae et evangelia, quae facilius intellegi possint et ad instructionem pastoralem fidelium magis apta sint.

2) Ut linguae vernaculae locus amplior in administratione sacramentorum concedatur.

3) Ut in compositione et collocatione festorum et temporum mobilium, ratio habeatur non tantum hemisphaerii septemtrionalis sed etiam meridionalis, v. g. tempus quadragesimae, quod in hemisphaerio septemtrionali tempore verno occurrit, in hemisphaerio meridionali tempore autumnali occurrit. Simili modo in hoc hemisphaerio legimus partem aestivam breviarii tempore hiberno.

4) Ut normae legis promulgandae revisioni subiciantur. Saepe enim annis recentibus in luce edita sunt leges, decreta et dispensationes generales, et per totum mundum in diariis perfusa antequam in commentario officiali prodierunt: v. g. Decretum « Sacram Communionem » die 19 martii 1957 datum expresse dicit praescripta vim suam exserere a die 25 martii, attamen fasciculo commentarii in quo prodiit hoc decretum apposita est dies 17 aprilis; unde habetur contradictio. Simili

modo saepius his ultimis annis accidit ut dispensatio a lege ieiunii pro aliquo speciali die concessa sit et in omnibus fere diariis mundi statim divulgata sit, notitia vero authentica dispensationis ita tarde ad Ordinarios pervenerit ut non possent eam in suis territoriis promulgare; unde factum est ut fideles notitiam quidem dispensationis habentes, dispensationem adhibere non poterant, quia ab Ordinario non erat promulgata; ideo ortae sunt querelae, etc.

Purpuram sacram summa qua par est reverentia deosculans commendo me

Eminentiae vestrae
addictissimus in Domino

✠ Franciscus Markall, S. I.
Archiepiscopus Salisburiensis

9

Exc.mi P. D. DANIELIS R. LAMONT
Episcopi Umtaliensis (Umtali)

Umtali, die 1 septembris 1959

Eminentissime Domine,

Cum alii maiore experientia, sapientia et sanctitate praediti, iam Commissioni Antepraeparatoriae consilia et vota digna discutiendi in futuro Concilio summiserint, non habeo quae mihi videntur digna tractandi nisi haec:

1) *Ut mariti digni Ordini diaconorum promoveantur in illis locis ubi penuria sacerdotum invenitur.*

2) *Ut abstinentia a carne feriis sextis in universa ecclesia aboleatur, et aliqua nova forma abstinentiae substituatur.*

Impensos animi sensus ex corde profiteor Eminentiae Tuae, cui fausta quaeque a Domino adprecor.

Eminentiae Tuae Rev.mae servus in Christo

Daniel R. Lamont, O. Carm.
Episcopus Umtaliensis

10

Rev.mi P. D. RENATI PAILLOUX

Praefecti Ap. Arcis Rosebery (Fort Rosebery)

Fort Rosebery, die 31 augusti 1959

Eminence Révérendissime,

Veuillez trouver ci-inclus quelques notes en réponse aux questions de Votre Eminence Révérendissime, de qui je demeure le serviteur obéissant et respectueux en Notre Seigneur,

René Pailloux
Préfet Ap. de Fort Rosebery

A) *De dogmatibus*

Dogmatica definitio de *universali meditatione B. Mariae Virginis omnium gratiarum mediatricis,* ad mentem S. Scripturae et Summorum Pontificum Pii IX, Leonis XIII, S. Pii X, Pii XI, Pii XII.

B) *De disciplina cleri - Reformatio romani breviarii*

Quod attinet ad hanc reformationem, duabus saltem vicibus, nempe annis 1956 et 1958, S. Congregatio Rituum inquisivit quaenam essent Ordinariorum Locorum opiniones.

Responsio mea, die 21 septembris 1958, Rev.mo et Exc.mo Apostolico Delegato tradita fuit, quae breviter sequentibus votis complecti potest:

1. Ut, rite consideratis multiplicibus officiis quae Clerus parochialis magis magisque perfungi debet, Breviarium cuiusque diei reduci possit *ad ritum simplicem,* propter hanc praesertim rationem quod maior est spes attentae ac devotae recitationis si ritus simplex breviorque sit.

2. Ut *prioritas officiis de Tempore potissime detur,* cum sola commemoratione Sanctorum in Laudibus vel Vesperis tantum, ita ut sacerdotes maiores fructus ex meditatione liturgicorum mysteriorum capere possint.

3. Ut *auferantur omnes loci,* praesertim ex Vetere Testamento, *qui de odio inimicorum, aliisque similibus, loquuntur,* necnon aliqua vocabula (v. g. « Nigritae ») quae ab aliquibus gentibus (v. g. Africanis) ut irriverentia habentur.

C) *De dira, penuria, quae viget in missionum regionibus, religiosorum fratrum et sororum, praesertim quod attinet ad scholas catholicas cuiuscumque gradus, necnon ad nosocomia aliaque opera caritatis.*

Fas sit mihi hic loqui de hac Missionis regione in qua laboro. Nemini dubium est quin tales Religiosorum Fratrum et Sororum Congregationes magnum incrementum propagationi Verae Fidei afferre possint.

Triste est videre quod parvum ad nonnullas istas congregationes attinet quin Verbum Dei propagetur in Missionum regionibus. Zelus proprie apostolicus deesse videtur, et nonnullae Congregationes, etsi sufficienter opulentae sint in Europa vel America, novas fundationes in Missionum territoriis aperire nullo modo urgentur, nisi de domibus ab Ordinario Loci aedificandis et reditibus ab ipso vel Gubernio solvendis prius certae fiant.

Valde utile esset si Sancta Sedes istas Congregationes urgere posset ut se particularibus Missionum territoriis devoveant et partem saltem sumptuum impensam praestare acceptarent.

D) *De sacra liturgia: Usus vernaculae linguae*

1. *Ordo Hebdomadae Sanctae.* Potestas qua celebrans, in Dominica Ramorum et Feria VI Maioris Hebdomadae, Passionem legere (vel cantare) possit in lingua vernacula, necnon Lectiones, Prophetias et Cantica, v. g. Exultet, quibus sensus fidelium exprimuntur, durante Triduo Sancto.

2. *Missa:*

a) Usus vernaculae linguae in Liturgia Verbi, simul cum adaptatione textuum Epistolarum et Evangeliorum ita ut Liturgia Verbi meliorem catechetico-pastoralem effectum habeat.

b) Introductio « Precum fidelium », in forma dialogi in vernacula lingua, tempore Offertorii.

c) Adaptatio omnium precum a communione usque ad finem Missae ita ut eucharisticus sensus in lingua vernacula expressus melius foveatur.

3. *Ordo Baptismi adultorum.* Nova distributio ceremoniarum Baptismi adultorum, it ut istae ceremoniae disiungi, et, ut ita, dicam, per partes conferri possint.

E) *De actuositate multiplicis generis qua hodie Ecclesia tenetur*

1. *Educationis et caritatis opera* maximum momentum habere hisce temporibus in Missionum regionibus iam statuimus.

Valde optandum est ut Religiosae Familiae Fratrum et Sororum ad

ista opera adimplenda se sponte offerant, et, cum ad unum territorium venerint, opera sua ibidem, totis suis viribus, extendere satagant priusquam ad alia territoria se vertant.

2. *Actio Catholica.* Nova declaratio, qua supra-politicalis character Catholicae Actionis asseratur, valde utilis foret, ea maxime ratione qua nonnulli Christifideles politicalem actionem cum Catholica Actione miscere inclinantur.

F) *Negotia maioris momenti, quae Ecclesia obire hodiernis debet temporibus.*

Cum, hodiernis temporibus, multa dicantur de politicali independentia Afrorum populorum, et haec quaestio, praesertim in hac particulari regione vulgo nuncupata « Centralis Africae Foederatione » haud parum cum difficili quaestione multi-racialis societatis connexa est, valde utile foret Ordinariis locorum si clarae normae ab Apostolicis Delegatis et Provincialibus Hierarchiae Conferentiis proprio tempore datae fuerint. Imprimis si accuratae informationes de similium quaestionum solutionibus in aliis Africae partibus Ordinariis locorum, ad eorum iudicium efformandum, dari possent.

Superfluum non est hic statuere Apostolicam Delegationem de Mombasa nimis remotam apparere. Ex hoc casu, Ordinarii locorum aliquando nesciunt quid in difficillimis rebus facere debeant.

G) *De relationibus cum protestanticis sectis*

In mente habemus Monitum a S. Officio datum die 5 iunii 1948, necnon eiusdem S. Concilii Instructionem diei 20 decembris 1949, et, sine ulla dubitatione, nos iis documentis firmiter adhaerere declaramus.

Nihilominus non raro nosmetipsos interrogamus quid agere debeamus, quod, practico modo, Unitati Sanctae Ecclesiae conducere possit.

Per exemplum, quid sentiendum esset, si catholici qui Bibliam in vernacula lingua non habent uterentur Biblia protestantica dummodo libellus cum explanatoriis notis a catholico Ordinario rite approbatus suppeditaretur?

H) *De Sacramentis: Baptismus*

1. Quid sentiendum est de diuturno Catechumenatu? An intensitas instructionis breviori tempori supplere potest?

2. Quod attinet ad validitatem Baptismorum quae in variis Protestantibus Sectis conferuntur, clara expositio valde utilis foret actuosis sacerdotibus qui in Missionum regionibus laborant.

RENATUS PAILLOUX
Praefecti Ap. Arcis Rosebery

RUANDA-URUNDI

1

EXC.MI P. D. ALOYSII BIGIRUMWAMI

Episcopi Nyundoënsis (Nyundo)

Nyundo, le 19 mai 1960

Eminence,

En réponse à votre lettre du 21 mars 1960, je prends la respectueuse liberté de vous faire quelques suggestions, de vous soumettre quelques projets, d'émettre différents vœux.

Voici les différents points qu'il me semble bon d'aborder, de revoir ou d'approfondir:

I. *Le Catéchuménat*:

1) le programme

2) la durée

3) les cérémonies du Baptême étalées (cf. le compte-rendu de la réunion des Evêques du Ruanda-Urundi, à consulter éventuellement chez les PP. Blancs, via Aurelia, Rome).

II. *La Chrétienté*: un programme des instructions religieuses:

1) sermons et homélies

2) le catéchisme

3) les conférences, les cercles d'études, l'Action Catholique.

III. *La liturgie et la pastorale*:

1) Un indult plus large en vue d'adapter celles-ci aux circonstances de lieux et de personnes, sous le contrôle des Ordinaires qui en référeraient à Rome.

2) Emploi plus étendu de la langue vivante dans les lectures et les chants publics.

3) Rites liturgiques davantage adaptés aux pays.

Ex.: La génuflexion, chez nous, pourrait facilement céder le pas à une inclination de la tête ou un battement des mains.

Sel à donner, dans le rite du Baptême, avec une cuillère ou dans le creux de la main quand il s'agit d'adultes.

IV. *Les Prêtres*:

1) Vie communautaire.
2) Certains exercices de piété en commun.
3) Conférences théologiques, pastorales, sociales et économiques.

V. *Le Bréviaire*:

1) Une meilleure adaptation aux prêtres séculiers voués au ministère pastoral:

a) Une vraie prière, non une corvée (opus Dei et non onus diei).
b) Notes explicatives et intentions diverses.
c) Un abrégé de la vie des saints.
d) Faculté de pouvoir le réciter en langue vivante.

VI. *Les Religieux*:

1) Leurs relations avec l'Ordinaire.
2) Leurs relations avec le clergé local.
3) Leurs relations entre eux.
4) Leur apostolat missionnaire.
5) L'Action Catholique dans des contacts immédiats.

VII. *Les Diacres*:

1) « Operarii pauci », d'où nécessité des diacres dans les pays de missions.

2) Diacres célibataires: Au Ruanda-Urundi, nous avons la possibilité d'enrôler dans l'apostolat des célibataires catéchistes; ceux-ci après un certains temps d'épreuve (disons dix ans) pourraient être ordonnés diacres en vue d'aider les prêtres dans l'administration des sacrements (baptême et Eucharistie) et dans la prédication. On pourrait leur confier la garde des Saintes Réserves dans les succursales centrales. Il recevraient, cela va de soi, une formation théologique et religieuse.

3) On pourrait choisir les diacres parmi les Religieux des Congrégations diocésaines locales et parmi les Auxiliaires laïcs célibataires (instituteurs, moniteurs, catéchistes).

VIII. *Les Ecoles*:

1) Le programme religieux des Ecoles Catholiques.
2) Le programme religieux dans les Ecoles non-catholiques.
3) L'Action Catholique à exercer dans les Ecoles.

Veuillez agréer, Eminence, l'expression de mon entière communion de pensées et de sentiments dans le Seigneur.

✠ Louis Bigirumwami
Evêque de Nyundo

2

Exc.mi P. D. MICHAËLIS NTUYAHAGA

Episcopi Usumburaënsis (Usumbura)

Usumbura, die 7 mai 1960

Eminentissime Princeps,

Ignosce dilationi meae in proponendis suggestionibus pro commissione antepraeparatoria Concilii Oecumenici. Vicariatus apostolicus Usumburaënsis erectus est die undecima iunii anno Domini 1959. Consequenter primam invitationem, datam die duodevicesima iunii, non recepi. Repetitionem recepimus in medio exercitiorum paschalium, ita ut possibilitas evanuisset coetum generalem parochorum consulendorum Dioeceseos congregandi.

Ecce tamen aliqui articuli propositi.

1. *Auditio Missae ab acatholicis*

Protestantes, propter difficultatem ecclesiam suam adeundi, adsunt functionibus sacris in aliquibus stationibus missionalibus nostris. Quid faciendum? Apostolatus causa, bonum est eos allicere. Pastoraliter autem periculum adest ut nostri fideles scandalizentur ita ut credere possint catholicismum et protestantismum idem utique esse, quod saepe saepius Protestantes contendunt. Essetne solutio eos indistincte in ecclesiis nostris recipere?

2. *Breviare Breviarium*

Concedatur exempli gratia ut sacerdotes officium feriale vel sanctorale totum per annum eligere possint.

In paroeciis nostris clerus defatigatus est confessionibus, catechismi instructionibus, operibus diversis paroeciae. Officium festinanter recitandum est sero cum advesperascit a sacerdote lassitudine diei confixo. Officium relative facile et breve melius pietati sacerdotali faveret.

In magnis stationibus secundariis nostris inveniuntur 3-4.000 fideles. Sacerdos plerumque semel in mense eos adit. Solius eius est Missam legere; christianos instruere; confessiones audire (circa 250 in die); instructiones speciales catechumenis, pueris scholae, associationibus iuvenilibus vel adultorum dare... Indultum petitum et datum est, quo sacerdos breviarii recitatione dispensatur occasione concursus fidelium magni. Sed, ut patet, semper habetur concursus magnus in istis statio-

nibus secundariis, quarum quaecumque statio missionalis 4 vel 5 numerat. Essetne possibile dispensationem generalem obtinere pro sacerdote in istis stationibus secundariis ministerium exercituro.. Breviarium sero et defatigatus recitare plus angaria videtur quam preces.

3. *Administratio sacramentorum*

1. *Absolutio collectiva.* Convicium nobis pervenit aliquas circumscriptiones ecclesiasticas votum emisisse ut facultas concedatur dandi absolutiones collectivas. Generatim sacerdotes a Burundi et praesertim sacerdotes indigeni huic facultati opponuntur. Tempore ordinario, in statione principali, poenitentes non sunt tam multi ut, pluribus confessariis praesentibus, hac facultate utendum sit. Cum concursus fit magnus, id est generatim ante festivitates, praesertim Pascha, adsunt peccatores, qui monitione, instructione egent. Haec tantum in administratione individua sacramenti Poenitentiae dari possunt.

In stationibus secundariis christiani summum semel in mense praesentia sacerdotis gaudet. Contactu personali cum sacerdote egent ut melius regantur. Absolutiones collectivas permittere est christianos nostros laxismo exponere et voluntati ad viam difficilem perfectionis tendendi frenis inicere.

2. *Diaconatus catechistarum.* Res agitur etiam, ut dicunt, ordinem diaconatus aliquibus catechistis conferre. Suntne aliqua ministeria ab eis exercenda?

In stationibus secundariis baptizare — extra periculum mortis — cum sacerdos moratur venire? Videtur necessarium esse diaconum ad hoc faciendum?

Ibidem Sacram Communionem distribuere, sacerdote absente? Hoc supponeret indultum Sacram Eucharistiam in iisdem sacellis custodiendi et fidelibus distribuendi per functiones dominicales vel quandocumque aegrotis. Generatim catechistae nostri sunt boni. Sed ad confidendum iis talem responsabilitatem requiruntur cautiones formationis ac securitatis.

Si formatio petitur, distinguendae sunt variae classes catechistarum. Istae distinctiones procul dubio aemulationes et negotia facerent. Insuper pro formatione horum catechistarum fundatio numeraria peculiaris a dioecesibus ut necessaria habetur, simul ac pro status vitae sustentatione digna responsabilitate assumpta, et non solum pro eis sed etiam pro familiis, quoniam sponsati sunt.

Pro custodia secura Sacrarum Specierum necessum est eis permittere Sanctum Sacramentum noctu in domu sua custodire; aediculae stationum

secundariarum generatim sat periclitantur. Impensae dioecesum non permittunt eas ita saepire, ne incommodum videatur.

Consulendum erit successioni horum catechistarum. Et si ibi bonus non inveniatur et impossibile sit alium aliunde advocare, necesse erit contentum esse minus bono. Scandalizabunturne catholici nostri, qui intima vitae catechistarum bene noscunt?

Aliam formulam meliorem intueri videtur, scilicet religiosis, non magisterio in scholis, sed institutioni catechisticae addicturis ordinem diaconatus conferre. Itidem ex-seminaristae, haud sufficienter intelligentes, sed percupidi manendi in servitio Ecclesiae et omnibus qualitatibus ad hoc requisitis instructi, eodem honore frui possent. Haec formula videtur tanto se intrudere, quod catechistae minus remunerati quam discipuli sui rari fiunt. Instituendus erit ordo catechistarum, ut gradus inferior presbyteratus et in auxilio presbyteratus. Haec formula neminem scandalizaret, immo vero catholici nostri ei assentient. Praeter ordinem, fratres religiosi nostri ut sacerdotes ab eis considerantur.

4. *Liturgia*

Optandum esset ut in Missa lecta et praesertim cantata ad minus episulae et evangelia in lingua vernacula legantur vel cantentur, item lectiones et prophetiae, si adsunt. Prima pars Missae est essentialiter catechesis et catholici eam nullomodo intelligunt.

Ordinarium Missae in lingua vernacula cantare, essetne cum detrimento sensus unitatis Ecclesiae? Verum est quod, si ubicumque fides, i. e. « Credo » in eadem lingua cantetur, id sensui unitatis Ecclesiae faveret. Itaque hanc auctorizationem rogantes, non excludimus totaliter canticum latinum hymnorum « Gloria » et « Credo ». Rogamus ut vicissim cantari possint lingua latina et lingua vernacula, ut ita dicam.

5. *Rituale*

Sunt mores regionis nostrae qui boni sunt. Sufficeret eos lustrare ab aliquibus maculis superstitionis ad eos in Rituale sacro Ecclesiae recipiendos. Possem permultos ex eis proferre circa matrimonium, nativitatem, initium anni, sementem, conditionem puerperae post partum, etc. Possibile esset eis studere. Possumus Ecclesiae petere eos ad dignitatem sacramentalium producere?

6. *De structuris et de iure Ecclesiae*

Propositiones praecedentes tractant in ordine principali de pastoralibus. Superest ut tractetur de structuris Ecclesiae in Africa. Multa hac

de re exponenda essent, sed hodie satis habebo id deprehendere, quia tempus me deficit propositiones enucleare.

Applicatio quotidiana legum Ecclesiae Ordinariis est in magna difficultate. Sunt enim in statu tam diverso quam eo, qui iustificavit redactionem huius atque illius canonis. (Puta canonibus de bonis temporalibus Ecclesiae!). Mihi fortiter persuasum est legem universalem utilem, immo necessariam esse, sed tractu pari Ecclesia semper admisit existentiam iuris peculiaris. Hoc ius adhuc elaborandum est pro Ecclesia in Africa.

Nihil mallo quam opera praeparatoria Concilii in redactione novi iuris rationem habere notae catholicitatis Ecclesiae simul ac problematum structurarum, quas civilisationes hodiernae postulant. In prospectu est, ut mihi videtur, studia necessaria esse ad stabiliendas organizationes regionales (executionis vel studiorum), quae ut tales a codice non praevidentur (puta CELAM).

Eminentissime Princeps, ecce propositiones meae ex cleri mei consensu. Doleo hanc quaestionem tam tarde discere potuisse.

Dum igitur vota faustorum eventuum formulo, oro ac orationes praecipio pro invento tam felici quam geniali Suae Sanctitatis, Patris omnium fidelium, ad reunificandos Christianos.

Te, Eminentissime Princeps, precor sensus meae intimae coniunctionis in Domino Nostro Iesu Christo acceptos habere

et humilem servum me profiteor

✠ MICHAËL NTUYAHAGA
Episcopus Usumburaënsis

3

EXC.MI P. D. ANDREAE PERRAUDIN

Episcopi tit. Cataquensis, Vicarii Ap. Kabgayensis (Kabgayi)

Kabgayi, die 4 septembris 1959

Eminentissime Princeps,

Litterae Eminentiae tuae, me rogantes ut Pontificiae Commissioni antepraeparatoriae communicem animadversiones, consilia et vota circa res et argumenta quae in futuro Concilio tractari poterunt, mihi feliciter advenerunt. Pergratum mihi est pro eis gratias agere.

Deum prae oculis habens, annuente Summo Numine Beatae Virginis

Mariae, omnibus mature perpensis, heic adiuncta vota suggerere audeo et Eminentiae tuae omni cum libertate et sinceritate propono.

Omni qua par est reverentia orationibus Eminentiae tuae me commendans, addictissimus et obsequentissimus in Domino maneo.

✠ ANDREAS PERRAUDIN
Episcopus tit. Cataquensis
Vicarius Ap. Kabgayiensis

PRIMA PARS: Vota quae directe respiciunt conditiones quae melius exercitium vitae christianae favere possunt.

A) *Vita sacramentalis*

1. Revisio caeremoniarum et precum Missae Romanae ut sensus doctrinalis Missae melius extollatur (ad exemplum: revisio Tridui Hebdomadae Sanctae).

2. Concelebratio permittatur ad nutum Ordinarii in circumstantiis extraordinariis verbi gratia in adunationibus multorum sacerdotum sive in sessionibus synodalibus, sive in exercitiis spiritualibus.

3. Ut preces et lectiones ante « Canon » Missae (sic dicta « Liturgia Verbi » secundum auctores recentiores) in lingua vernacula proponantur. Haec proclamatio verbi Dei et Ecclesiae efficit efficacitatem propriam quae insuper fideles sacrificio sacro praeparat. Opportune igitur videtur ut adstantes ea intelligere possint.

4. Permittatur distribuendi Sacram Eucharistiam omni tempore, legibus ieiuniis tamen observatis, praesertim durantibus itineribus in stationibus secundariis missionum.

5. Simplificentur praescriptiones circa administrationem Extremae Unctionis et rituum benedictionis apostolicae, praesertim si simul conferuntur.

6. Restauratio Ordinis Diaconatus. Munus illorum diaconorum praesertim consisteret in: instructionibus Catechismi; distributione Sacrae Eucharistiae; administratione Baptismatum.

Ad obligationem coelibatus adstringi possent vel non. Ad diaconatum ordinari possent exempli gratia membra laica Sodalitatum vel Congregationum vel etiam catechistae dummodo antea sedulo quoad fidem et mores praeparentur et exprobentur.

B) *Vita orationis*

1. Permissio utendi Rituale integro in lingua vernacula, salva tamen forma sacramentorum.

2. Adaptatio imaginum, symbolorum quae in precibus litaniarum occurrunt ad mentem fidelium.

3. Simplificatio recitationis privatae Breviarii.

C) *Quoad vitam sacerdotalem clericorum attinet*

Ut urgeatur obligatio vitae communis pro clero paroeciae adscripto ad normam can. 134.

SECUNDA PARS: Vota circa codificationem actualem iuris ecclesiastici.

1. In adiunctis hodiernis distinctio inter territoria ecclesiastica iuris communis et territoria iuris missionalis, cum omnibus consectariis iuridicis (v. g. Vicarii Apostolici) sat salebrosa videtur.

2. Optandum est ut relationes Ordinarium inter et congregationes religiosas quoad opus apostolicum (scholae, opera, etc.) attinet, strictius definiantur.

3. Adaptatio quintae partis libri tertii *C.I.C.,* scilicet de beneficiis sicut et sextae partis de bonis Ecclesiae temporalibus desideratur. Conditiones hodiernae oeconomicae eam maxime urgent.

4. In praxi, applicatio partis tertiae libri quarti *C.I.C.* ansam praebet permultis difficultatibus propter nimias obscuritates et omissiones textus actualis. Ad laesiones iuris praeveniendas optatur melior formulatio iuridica horum canonum.

TERTIA PARS: Vota quae progressum homogeneum doctrinae revelatae respiciunt.

1. Elaboratio theologiae episcopatus (uti iam a schematibus in Concilio Vaticano compositis propositae). Sic dicta elaboratio secumfert accuratiorem formulationem de iuribus et officiis episcoporum in *C.I.C.*

2. Elaboratio theologiae laicatus. Consequenter opportune videtur structuram iuridicam actionis catholicae determinare, id est iura et officia quae a mandato laicis collato profluunt.

3. Elaboratio theologiae hominis (aliis verbis: anthropologiae christianae). Ibidem tractari potest de valore christiano corporis et laboris ex. gratia: laboris scientificae, professionis, aedificationis « civitatis terrenae » actione politica christianorum). Ita hoc adversaretur doctrinae nocivae communismi et altera ex parte ansam praeberet sensum positivum et christianum adspirationibus populorum sic dictorum « coloris » extollendi.

4. Participatio officialis Ecclesiae Catholicae Romanae dialogo oecumenico cum « ecclesiis » Orthodoxiae et « denominationibus » prote-

stanticis (adunatis in Concilio Universale Ecclesiarum — World Council of Churches — et in Concilio Internationale Ecclesiarum christianarum — International Council of Christian Churches). Modus huius participationis esset verbi gratia erectio Commissionis vel Congregationis Romanae officialiter mandatae ad positiones in nomine Ecclesiae Universalis adoptandas (ad typum Commissionis Biblicae).

✠ ANDREAS PERRAUDIN
Episcopus tit. Cataquensis
Vicarius Ap. Kabgayensis

4

EXC.MI P. D. LAURENTII DÉPRIMOZ

Episcopi tit. Mataritani in Proconsulari

Astrida (Ruanda), die 25 augusti 1959

I. Maior simplicitas optatur in collatione quarumdam indulgentiarum quae pendent ex benedictione rosariorum, crucium, numismatum ...; scilicet omnibus sacerdotibus approbatis concederetur potestas benedicendi et erigendi confraternitates adnexas, sine obligatione adscribendi:

a) coronas SS. Rosarii;
b) coronas Sanctae Birgittae;
c) coronas Patrum Crucigerorum;
d) Scapularem B. M. V. de Monte Carmelo;
e) Crucifixi imagines cum indulgentia plenaria in articulo mortis;
f) item pro erectione stationum Viae Crucis.

II. Maior optatur simplicitas in Baptismi administratione, sc.:

a) suppressio impositionis salivae, ad verba: « Ephpheta ... »

b) suppressio unctionum olei catechumenorum in pectora et inter scapulas (et hoc propter decentiam...)

c) una tantum fieri deberet interrogatio pro omnibus baptizandis quando sunt plures quam quinque:

1) « Credis in Deum patrem ...
2) « Credis in Iesum Christum ...
3) « Credis et in Spiritum Sanctum ...

III. Quoad matrimonia celebranda in locis missionum, optandum esset reductio in unum Constitutionum Apostolicarum:

1) *Altitudo* ... ex P. Pauli III (iunii 1537)
2) *Romani Pontificis* ex P. Pio V (2 augustis 1571)

3) *Populis* ... ex P. Gregorio XIII (25 ianuarius 1885).

In unum coadunentur et simplificentur... ad commodum missionariorum!

IV. In sacellis Religiosarum, pro commoditate sacerdotum, optandum est ut uteretur eodem privilegio ac Carmelitarum ubi tabernaculum duplicem habet portam: unam scilicet ferream aut ligneam, alteram vero vitream. Quando Religiosae adorare desiderant solemniter SS. Sacramentum, quin sacerdos adeat, aperiunt portam ferream aut ligneam et vident SS. Sacramentum trans portam vitream.

✠ LAURENTIUS DÉPRIMOZ
Episcopus tit. Mataritanus in Proconsulari

5

CONVENTUS ORDINARIORUM RUANDA URUNDI [1]

[1] Cf. pp. 203-205.

SIERRA LEONE

1

Exc.mi P. D. THOMAE I. BROSNAHAN

Episcopi Liberae Urbis et Boënsis (Freetown and Bo)

Freetown, die 31 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Gratias Excellentiae Tuae ago pro litteris (Prot. N. 1 C/59-514) acceptis in quibus dignatus es rogare ut animadversiones Pontificiae Commissioni pro Concilio Oecumenico communicem.

Re considerata, velim tantum humiliter suggerere ut Breviarium Romanum adhuc magis simplificetur, et ut nonnulla Officia longiora abbrevientur.

Interim impensos animi sensus ex corde, sicut decet, Eminentiae Tuae profiteor

Filius Tuus addictissimus in Christo

✠ Thomas I. Brosnahan, C. S. Sp.
Episcopus Liberae Urbis et Boënsis

2

Rev.mi P. D. AUGUSTI AZZOLINI

Praefecti Ap. Makenensis (Makeni)

Makeni, die 10 septembris 1959

Eminentissime Domine,

Doleo quod meas animadversiones et vota mittenda differre ultra diem 1 septembris coactus sim.

Cum litterae circulares Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae ad Concilium Oecumenicum (Prot. N. I C/59-1961) die 6 augusti ad me pervenerint, et consultationes cum quibusdam Missionariis requisitae voce vel litteris collectae, longius tempus, propter loci difficultates requisierint, demum hodie quaedam colligo et expono:

1. Votum ut ad Concilium Oecumenicum invitati adsint, ut observatores (in spiritu cuiusdam Fraternitatis et Unionis) moderatores seu primi earum denominationum quae maius nomen et sensum Christianum

obtinent. Hoc, in regionibus praesertim Missionum ubi sectae et ideae protestantium insertae sunt, magnopere conferret, praetextus dissensionum tollendo et spiritum ad unitatem fovendo.

Quoad Orientales vero, participatio magis obvia apparet, quippe quae cum eorum Episcopis et Patriarchis apte concordata sit.

2. Quaerendum videtur medium doctrinaliter sanum — et quidem praestantius — quam quod recenter apparuit in publicationibus crebrisque conventibus ubi Monotheismus islamicus saepius aequiparatus fuit Monotheismo Christiano et « pons » ad istum, cum e contra mahumetana conceptio errorem involvat quoad Naturam et Vitam Intimam Dei, et concessiones ac dissimulationes quorumdam Catholicorum loco favendi Veritati et Unioni aleam praebeant Macumetanae pravitati confirmandae vel quemdam syncretismum religiosum inducant. Via aptior forte quaerenda est ad errores et fabulas, quae in Coranico Textu et traditionibus islamicis inducta sunt, clare ostendendas et refellendas, salva semper Christiana Caritate et integra urbanitate.

3. Cum Ecclesia, sua natura et Institutione, sit proprie Missionaria, pressius in actum ducenda sunt monita recentium Summorum Pontificum ut Episcopi ex corde ampliorem collaborationem Missionum Apostolatui praebeant. Obstructiones ad suos Sacerdotes et Seminaristas quae in fideles redundant ne suas vires directius in Opus Missionale impendant, quamdam iniustitiam socialem, immo *religiosam* praeseferunt. Interdum ii qui melioribus conditionibus et privilegiis gaudent, renuunt considerare et adiuvare eos qui miseria pereunt. Hoc in Ecclesia cum accidat, eius naturam et finem subverteret, et in discrimen eius opus et ipsum Spiritum adduceret; est quasi plaga quae interdum graviter Sensum Ecclesiae tangit. Directus et efficax interventus Sanctae Sedis et Votum Concilii fructus sperandos afferret qui Apostolos et media augeant ad pacificam mundi conversionem ad Christum.

4. Tenaciter adhaereo sententiae quae tenet Linguam Latinam prorsus servandam in Actionibus Liturgicis: S. Missa, Breviario, Benedictione Eucharistica. Hoc sine dubio multum confert ad spiritum Unitatis Ecclesiae Catholicae, quo dempto, magis ad confusionem quam ad comprehensionem conferret. Sane, quaedam, in Sacramentis administrandis (ut in Baptismo et Matrimonio) vel in Sacramentalibus, ut iam indultum est, lingua vernacula adaptentur; reliqua, vero, hac lingua Ecclesiae Universalis teneantur, dum versiones opportunae et instructiones pro fidelibus suis linguis parentur; hoc pertinet ad officium cuiuscumque Sacerdotis. Ad Liturgia quod attinet, documentum S. Sedis die 3 septembris 1958 (cum aliis huiusmodi) toto orbe Catholico tenendum quo par est spiritu liturgico, ac pari deferentia et disciplina.

5. Ut methodus et structurae ad tempora nostra et ad diversas regiones aptentur, modo organico et ordine efficienti particulariter faveantur iis studiis et mediis et personis quae directionem et magnum influxum in hodiernam vitam et progressum obtinent, ut ecce librorum, ephemeridum (quotidiani), radiovisionis, item diffusionis culturalis et popularis et generaliter prima agmina, obtinendo — etiam in Missionibus — ut thesaurus Catholicus multimode in dies cognoscatur et augeatur.

6. Breviarium Romanum requirit simplificationem et organicam connexionem partium, omnia quae prolixitate, incongruentia, confusione redolent, tollendo; simulque partes aptando (celebrationes et festa praecipua, lectiones, psalmodiam et ipsum ordinem liturgicum) ut omnes Sacerdotes et Religiosae personae per id vere Deum laudent, Ecclesiae serviant suamque pietatem augeant. At Divinum Officium stricte, sub poena peccati tenendum iis qui « Orationi instare » tenentur. Immo ipse opinor ipsam Meditationem quotidianam sub poena peccati ipsis praecipiendam.

7. Instantia eorum qui — etiam ex Missionibus — postulant ut Sacerdoti, aut saltem Diacono (ut in Ecclesia primaeva constituto) optio concedatur nuptias ineundi, meo iudicio, nullam considerationem meretur. Nedum maius auxilium conferat, confusionem cum acatholico, immo maiora discrimina produceret. Hac ipothesi Ecclesia Nostra orbata maneret una ex praecipuis eius privilegiis, quae maxime conferunt non solum ad eius foecunditatem et gloriam, sed proprie ad Dei laudem. At « non omnes capiunt verbum istud ».

8. Numerus Ordinum et Congregationum et Institutorum Religiosorum Regularium et saecularium, additis Piis Societatibus et Confraternitatibus, addita quoque facultate in dies augendi, vertit propemodum ad infinitum. Attentis Ecclesiae Spiritu et Vitalitate, tam ingens et varia copia redundat in eius gloriam et subsidium. Attamen congeries confusionem et collisionem ingenerat. Quaedam limitatio et redactio ad formam et disciplinam magis aptam nostris temporibus est invenienda, ut plenum auxilium ad Ecclesiae vitam necnon ad singulorum sanctificationem obtineatur.

9. Structura et Disciplina Ecclesiae (ut in *C.I.C.,* in Congregationibus Romanis, in praxi et mente eorum qui praesunt et dirigunt) magis Catholica, organica et efficax reddatur oportet, multi opinantur. Compertum est enim systema Ecclesiae Romanae egregie per saecula munus explevisse. Sed temporibus nostris eius diffusio et uberiores in dies prospectus longe lateque progrediendi apud populos nobili historia ac cultura (secus ac latina vel Europaea) praeditos; simulque recentia systemata quae politicam, culturam ipsamque vitae et mundi conceptionem subver-

terunt et fere totam humanam compaginem tangunt; haec omnia postulant adaequationem ad novas ingruentes conditiones ut Ecclesia Catholica omnibus populis appareat Coeleste et indefectibile Signum Viae, Veritatis et Vitae.

Haec fere consideravi proponenda considerationi Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae Concilii Oecumenici, tamquam indicatoria quarumdam quaestionum quae meliorem solutionem expectant. Mea experientia Sacerdotalis (complectens 16 annos in Italia, 3 in Regno Britannico, 9 in Sierra Leone) pauca proposuit; at meam vocem unio cum millibus Episcopis et Confratribus, et preces fundo cum meis Missionariis et Fidelibus, Deum enixe adprecando pro felici eventu Concilii Oecumenici. Per ipsum Filii Ecclesiae venam novam inveniant christiani fervoris, et qui extra septa sunt viam per id sentiant ad Unum Ovile et Unum Pastorem, ut est in votis S. S. Pp. Ioannis XXIII et in Voluntate Salvifica Ipsius Divini Redemptoris Christi Iesu.

Reverentiae Tuae

AUGUSTUS AZZOLINI, S. X.
Praefectus Ap. Makenensis

SOMALIA

1

Exc.mi P. D. HENRICI B. HOFFMANN

Episcopi Gibutensis (Djibouti)

Djibouti, le 31 juillet 1959

Eminence,

J'ai l'honneur de vous fournir ci-dessous, en toute franchise, les remarques, les conseils et les vœux que la sollicitude pastorale et le bien des âmes nous suggèrent. Notre pensée est guidée par la sublime directive du Saint-Père, Jean XXIII, à savoir: présenter au monde une Eglise catholique rajeunie, sagement adaptée aux temps modernes afin de pouvoir dire à nos frères séparés: « Voici comment nous sommes, venez-à nous ».

Le futur concile ayant pour but également la réforme du droit canonique, nous suivrons dans notre exposé l'ordre du *Codex Iuris Canonici*:

I. Liber primus: *normae generales*: Nihil a nobis dicendum est.

II. Liber secundus: *de personis*:

Tit. II: *de iuribus et privilegiis*: Ce titre comporte encore des privilèges qui ne sont plus reconnus de nos jours par les Gouvernements civils, notamment le privilège du for.

Tit. III: *de obligationibus*: Nous pensons qu'il faudra rapprocher au maximum les pasteurs d'âme et le peuple des fidèles et ainsi supprimer en dehors des églises et presbytères « l'habit ecclésiastique » qui ferme tant de portes aux prêtres, mais adopter un habit digne comme « l'habit clergyman » des pays anglo-saxons et germaniques.

Nous sommes intimement convaincus de la nécessité de la revalorisation du *diaconat* dans l'Eglise, et d'un diaconat conféré à des pères de famille. Dans le monde entier il y a pénurie de prêtres, notamment en Amérique du Sud, en Asie et en Afrique. Nous allons en Afrique vers une grave crise de vocations sacerdotales. Dans les jeunes Etats africains de très nombreuses places seront à distribuer à la jeunesse et les jeunes africains se laisseront attirée par la facilité d'obtenir des situations lucratives et par les honneurs.

D'autre part dans la plupart des pays chauds en Orient, notamment en Afrique, beaucoup de très braves jeunes gens sont effrayés par l'obligation de la chasteté perpétuelle. Un diaconat conféré à de jeunes pères de famille, bien formés, sera d'un immense apport bienfaisant à la double mission de l'Eglise: le maintien et la propagation de la Foi.

Chap. I: *de provisione officiorum*: Toujours dans le noble but du rapprochement du clergé avec les fidèles, nous sommes d'avis que des conseils de fidèles devraient être donnés aux Evêques diocésains et aux curés et les charges d'Evêques et des curés devraient toutes être conférées par *élection,* élection, par le clergé et les conseils des fidèles et le St. Siège ne devrait donner que l'*institution canonique.*

Tit. VII. Chap. IV: *de curia romana*: A notre humble avis le Concile devrait procéder à une très large *décentralisation* de la discipline ecclésiastique, laisser beaucoup plus d'initiatives aux Evêques diocésains, successeurs des Apôtres; et à un resserrement de la doctrine de l'Eglise. L'Eglise du rite latin est pratiquement totalement administrée par la Curie Romaine et l'Evêque diocésain n'est que l'observateur des lois, décrets et rescrits de la Curie Romaine.

Par contre on attend du Siège de Rome qu'il veille avec le plus grand soin et la plus grande sévérité à l'intégrité de la Foi catholique dans le monde.

L'immense machine administrative du Vatican pourrait être ainsi fortement réduite.

Les hautes charges et fonctions dans l'Eglise: Cardinaux, prélats de curie et de la Cité du Vatican devraient être impartialement répartie entre les différents pays du monde au prorata de l'importance du nombre de catholiques de chaque pays.

Tit. VIII. Chap. I et IX: *de episcopis, de parochis*: Il faudra revaloriser les communautés chrétiennes de droit divin: diocèses et paroisses qui ont été appauvris, diminués et réduits au second plan par l'importance énorme donnée aux Congrégations et sociétés religieuses et à l'organisation supra-diocésaine des associations d'Action Catholique.

Comme nous l'avons suggéré plus haut, il faudrait doter les diocèses et les paroisses de conseils de fidèles qui participeraient comme les chapitres à l'administration des diocèses et des paroisses et « sede vel officio vacante » seraient obligatoirement consultés pour l'élection des Evêques et des curés.

Nous insisterons plus loin sur la révision du droit des Religieux. Cependant l'organisation supra-diocésaine de l'Action Catholique est également un obstacle au plein épanouissement de la communauté paroissiale. Les meilleurs éléments échappent ainsi souvent à la vie paroissiale et passent leurs activités par des réunions, manifestations et activités en dehors de la paroisse ou même du diocèse.

Pars secunda: *de religiosis*:

Rendre l'Eglise jeune, dynamique, sagement adaptée à notre temps, c'est lui redonner son visage primitif des premiers siècles du christianisme,

la « dépolitiser » la défaire de l'immense appareil d'organisation séculière que lui avait donnée le Moyen-Age. Nous constatons que dans la primitive Eglise il y avait: le Pape, successeur de Pierre, les Evêques, successeurs des Apôtres, les fidèles et ceux qui voulaient vivre l'état de la « perfection chrétienne », les Vierges, les ermites et les anachorètes.

Aujourd'hui les congrégations et société religieuses sont devenues des « Etats dans l'Etat », des trusts immenses, possèdant des biens énormes et pourvues de privilèges inouïs, échappant entièrement à la juridiction des Evêques, ayant leurs activités propres et recherchant avidement un recrutement de choix.

Nous sommes d'avis qu'il faudra entièrement repenser le droit des religieux, rendre à l'état religieux sa place que lui avait assignée Notre Seigneur: « Si vis perfectus esse, vende quod habes et veni sequere me ». Or, une si noble et si grave tache ne peut être entreprise qu'à l'âge d'homme, à 18 ou 20 ans. Comment de pauvres enfants de 9 ou 10 ans, ramassés dans les villages et campagnes par des « recruteurs » peuvent-ils répondre à cette exigence énorme qu'a demandée Notre-Seigneur?

Dans maints endroits les religieux ont tout simplement supplanté le clergé séculier, dans d'autres ils ont accaparé la jeunesse, vidé les églises paroissiales, attiré à eux l'élite du pays.

Il devient indispensable de *révaloriser* l'importance des diocèses et des paroisses, rendre à l'état religieux son véritable idéal de la perfection chrétienne et à cet effet supprimer les immenses privilèges qui changent de nos jours les couvents et maisons de religieux et religieuses en « trusts » puissants à l'intérieur des diocèses, notamment et en premier lieu le privilège de l'« exemption ».

Si le nombre des religieux et religieuses diminue, l'état religieux y gagnera et le clergé séculier augmentera et prendra à charge l'évangélisation des masses qui lui revient de droit divin.

Les fondateurs d'Ordres et de sociétés religieuses ayant toujours été des hommes très actuels, ils ne désirent certainement pas que leurs fils et filles se promènent au vingtième siècle avec des costumes du XIII ou du XVI siècle et deviennent ainsi les « musées vivants » de l'Eglise. Beaucoup de jeunes gens et notamment des jeunes filles sont pleins d'aversion et répugnent à entrer dans ces sociétés à cause des costumes surannés.

Les Evêques ont toujours été choisis et élus dans le clergé séculier ou régulier. Cependant l'Evêque, après son élection ne devrait plus dépendre que du St.-Père et ne pas se distinguer par une couleur « propre à tel Ordre ou tel autre », mais il ne devrait exister qu'un seul et unique épiscopat dans l'Eglise, choisi dans l'un ou l'autre clergé.

Le principe « episcopus manet religiosus » devrait être revisé, l'Evêque étant tenu par son état à la perfection.

Pars tertia: *de laicis*:

Nous voulons parler de l'organisation de l'Action Catholique. A notre avis l'organisation fortement hiérarchisée sur le plan national de l'Action Catholique laisse trop à l'ombre la communauté chrétienne essentielle qu'est la *Paroisse*. Les associations d'Action Catholique devraient être en tout premier lieu des *auxiliaires des curés,* approfondir et faire rayonner la vie chrétienne dans tous les secteurs de la vie paroissiale: parmi les enfants, les jeunes, les familles, les pauvres, les ouvrier. Or, très souvent ces sociétés d'action catholique *vident la paroisse les dimanches et fêtes*: réunion des jeunes dans telle ville, excursion d'autres ailleurs. Les militants et membres des associations d'Action Catholique devraient être intégrés entièrement dans la *structure paroissiale* et être les aides du clergé dans tous les domaines de la vie religieuse et sociale.

III. Liber tertius: Pars tertia: *de cultu divino*:

Nous voulons parler ici de la réforme de la liturgie. Il faudrait revoir entièrement la liturgie, rendre au culte sa simplicité et sa haute dignité. Les « rubricistes » ont tellement compliqué et alourdi, à travers les siècles, la belle et noble liturgie de l'Eglise Romaine que le rite latin ressemble aux mille prescriptions positives et négatives ds pharisiens, que Notre Seigneur a blâmés avec tant de véhémence. La réforme de la liturgie de la Semaine Sainte a été acueillie par les fidèles du monde entier avec enthousiasme et la haute tenue liturgique de ces offices attire à présent la mojorité des fidèles à ces offices aux heures du soir et de la nuit.

En tout premier lieu il faudra offrir aux prêtres et aux clercs un « officium divinum » simple et court, composé des psaumes dans une traduction faite sur les textes originaux et non sur la Vulgata, ensuite des extraits courts des plus beaux passages de l'Ecriture Sainte. Il faudra que le prêtre trouve dans la récitation du Bréviaire une nourriture spirituelle et non une *corvée* à accomplir.

IV. Liber quintus: *De delictis et poenis*:

A notre avis le code pénal de l'Eglise Romaine est beaucoup trop chargé de peines: excommunications, censures qui en majorité sont ignorées du clergé et des fidèles et n'ont aucun effet pratique pour le bien des âmes. Il faudrait réserver les quelques cas d'excommunications seulement à la défense de la Foi Révélée, comme ce fut le cas dans la primitive Eglise.

✠ HENRICUS B. HOFFMANN
Episcopus Gibutensis

2

Exc.mi P. D. FRANCISCI V. FILIPPINI

Episcopi tit. Thinisensis in Numidia
Vicarii Ap. Mogadiscioënsis (Mogadiscio)

Mogadiscio, 10 agosto 1959

I. *Apostolato fra i Musulmani*

Da 46 anni vivo fra i Musulmani. Di solito si vede in loro soltanto il male; si è convinti che non vi è nulla da fare per la loro conversione; si parla sempre male del loro fondatore, Maometto, e del Corano. Si considerano nostri nemici. Con questi sistemi penso che non si farà mai nulla e ci odieranno sempre.

Secondo il mio modo di vedere, non bisogna guardare soltanto al male; ma bisogna considerare anche il bene che Maometto ha fatto: distrusse l'idolatria, ha diffuso il culto del vero Dio — come gli ebrei. Il Corano ha dei buoni principi e delle verità, in gran parte prese dall'Antico Testamento ed anche dal Nuovo. Si può osservare nei singoli maomettani il bene che fanno: pregano, vanno alla moschea, fanno elemosine, digiunano, e si amano.

Per cui i nostri sentimenti verso di loro dovrebbero essere di molta comprensione, di compatimento e di grande carità. I nostri discorsi dovrebbero far risaltare il bene ed il vero che vi è nella loro Religione, sottolineando le analogie fra essa ed il Cristianesimo.

Bisogna poi fare del bene a tutti, specialmente: ai malati, ai poveri, ai bambini abbandonati, con ambulatori, ospedali, nidi d'infanzia, Orfanotrofi, scuole di vario grado, collegi, mense, elemosine e quanto la carità di Cristo può suggerire.

Con queste Opere Assistenziali e di carità i Missionari e le Suore in Somalia, dove sono quasi tutti musulmani, hanno ottenuto degli ottimi risultati: sono molto stimati e benvoluti; essi vanno a gara ad affidare a loro i propri figli, sia nelle scuole, come nei collegi; non si preoccupano molto della Religione. Si hanno anche alcune conversioni e molti simpatizzanti della nostra Religione. I Cadi ci affidano legalmente i bambini abbandonati, che rimangono a nostra completa disposizione per cui li battezziamo e li facciamo crescere cristianamente. Abbiamo così un certo numero di cristiani somali impiegati negli uffici del Governo, anche

in posti di responsabilità, e godono stima. Tutte le autorità, anche le più alte ci apprezzano e ci vogliono bene.

Questo è il frutto che la Missione ha fatto ai Somali Musulmani.

Penso che questo sia l'apostolato migliore da usare con i nostri fratelli musulmani.

II. *Organizzazione della S. C. « de Propaganda Fide »*

Questo S. Dicastero così importante, che abbraccia il mondo intero, dovrebbe avere personale in maggior numero e forse più qualificato, nel senso che dovrebbe conoscere le Missioni.

Secondo me dovrebbe avere dei Visitatori o Ispettori di varie Missioni riunite in gruppi che hanno un apostolato omogeneo, che potessero visitarle per un periodo di tempo e poi essere consiglieri di Propaganda.

È vero che vi sono i Delegati Apostolici, ma, come la Delegazione Apostolica di Mombasa che ha circa 65 Missioni, può fare ben poco. La Somalia da dieci anni non vede il Delegato Apostolico.

III. *Relazioni fra il Superiore ecclesiastico ed il Superiore religioso*

Conosco diverse Missioni, ed in quasi tutte ho dovuto notare dissidi fra le due Autorità, con grave discapito fra i Missionari ed il buon andamento delle Missioni stesse.

Causa princapale delle divergenze è la mancanza di chiarezza fra le disposizioni della Santa Sede e gli Statuti dei vari Ordini, qualche volta anche contrari tra loro, bisognerebbe rivederle ed accordarle.

IV. *Il cinema*

Questione gravissima per la salute delle anime; non faccio proposte inerenti ai films, perchè già il mondo cattolico è in movimento; soltanto mi pare che la Commissione C.C.C. sia troppo larga nei suoi giudizi sui films; per cui anche nei nostri cinema si ammettono films che non vanno per i nostri ambienti.

V. *Confessione*

Faccio una proposta contraria al Diritto Canonico ed alla morale cattolica; ma la Santa Sede specialmente in un Concilio Ecumenico può cambiare. Propongo che vi sia proibizione di celebrare e accostarsi

alla Comunione, in peccato mortale, prima di confessarsi. Ciò sarebbe un gran freno, specialmente per i peccati contro il VI°, quando sanno di non poter celebrare senza la confessione. Mi pare che abbia poco valore l'atto di dolore ...

Ecco alcune proposte di un povero Vescovo Missionario.

✠ FRANCISCUS V. FILIPPINI
Episcopus tit. Thinisensis in Numidia
Vicarius Ap. Mogadiscioënsis

SUDAN

1

Exc.mi P. D. XYSTI MAZZOLDI

Episcopi tit. Lameni, Vicarii Ap. de Bahr el-Gebel (Bahr el-Gebel)

Juba, die 3 augusti 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Valde honorificum mihi fuit recipere epistolam Pontificiae Commissionis Antepraep. pro Concilio Oecumenico Prot. N. C/59-1717.

Nunc pergratum mihi est maxima cum humilitate Pontificiae Commissioni Antepraep. pro Concilio Oecumenico aliquas opiniones et vota submittere, quae forte in futuro Concilio tractari poterunt.

1. Studium circa errores communismi.

Solemnis condemnatio errorum communismi circa fidem.

Quomodo tractandi sunt fautores communismi.

Remedia ad debellandum communismum.

2. Examinanda forma nationalismi exaggerati. Dicunt Ecclesiam catholicam alienum statum esse intra nationalem statum.

Confirmanda doctrina de Ecclesia catholica qua societate perfecta, supernaturali atque universali. Ius Ecclesiae ubique praedicandi verbum Dei.

3. De auctoritate Episcopi in sua dioecesi super Clerum Regularem necessarium ad curam animarum.

Auctoritas Episcopi (Ordinarii) in terra Missionum super Religiosos missionarios. Codificare praecipuas normas. Codex regularum pro Clero indigeno et pro Seminariis in terra Missionum.

4. Natura apostolatus laicorum. Relatio eiusdem apostolatus ad Hierarchiam.

5. Codificatio praxis ieiunii eucharistici, hebdomadae instauratae, Missae vespertinae.

6. Vita communis sacerdotum i. e. Cleri saecularis.

Administratio centralis beneficiorum atque aequa distributio bonorum omnibus sacerdotibus dioecesis.

Limites ponere vel omnino prohibere mendicationem clericorum et religiosorum.

Habitus clericalis: libertas utendi quovis decenti habitu extra liturgicas functiones et administrationem Sacramentorum.

7. Unificatio aliquarum Congregationum religiosorum vel religiosarum quae eumdem finem prosequuntur.

Curare ut religiosi Ordines aliquam provinciam scientiarum etiam laicarum per aliquos eorum sodales profundissime studeant.

8. Sacerdotibus qui lapsi sunt facilius reddere reditum:

a) vel ad vitam sacerdotalem si velint et possibile sit,

b) vel ad vitam boni laici absque importabilibus oneribus.

9. Poenitentiae Sacramenti administratio nostris temporibus saepe evadit nimis gravosa et difficilis et semper maioribus indiget cautelis. Videre num in Ecclesiae potestate sit minus exigere ex parte poenitentis in peccatorum confessione, etc.

10. Revisio et simplificatio ritus administrandi Baptismi. Saepe multi baptizandi sunt eodem tempore ab uno sacerdote, qui simul attendere debet ad ministerium audiendi confessiones, praedicandi, celebrandi Missam. Non paucis vicibus Missionarius visitans fideles in pagis incipit ministerium horis matutinis usque ad horam primam vel secundam p. m.

Humiliter prostratus ad osculum Sacrae Purpurae, benedictionem implorans pro me, Missionariis et operibus apostolicis, gratias ago meque ex corde profiteri gaudeo

Eminentiae Tuae Rev.mae
addictissimum

✠ Xystus Mazzoldi
Episcopus tit. Lamenus
Vicarius Ap. de Bahr el-Gebel

2

Exc.mi P. D. EDUARDI MASON

Episcopi tit. Rusicadensis
Vicarii Ap. de Bahr el-Ghazal (Bahr el-Gazal)

Wau, die 21 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Responsionem mitto tuis litteris — N. 1 C/59-1718 — quae, quamvis die 18 iunii scriptae sint, ad me tamen non pervenerunt nisi die 26 iulii.

Res quas in folio hic incluso humillime propono exprimunt vota mea meorumque Sacerdotum.

Haud sciens an aliquae ex his propositionibus pertineant ad aliquod dicasterium potius quam ad Concilium, omnia tamen cum libertate et sinceritate subicio istae Pontificiae Commissioni.

Tibi, Eminentissime Princeps, et Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae, cui dignissime praees, felicem exitum laborum opto et preces nostras promitto.

Eminentiae tuae illustrissimae

✠ EDUARDUS MASON
Episcopus tit. Rusicadensis
Vicarius Ap. de Bhar el-Ghazal

A) *De Principiis*

1. Ut Mediatio Universalis Gratiarum Beatissimae Virginis Mariae petractetur ad veritatem definiendam.

2. Ut doctrina Sanctae Matris Ecclesiae de *Limbo* necnon de *salute aeterna acatholicorum adultorum* ample illustretur praesertim quoad interpretationem dicti « Extra Ecclesiam nulla salus ».

3. Ut de *humana libertate* penitus disseratur praecipue in educatione, arte, et cultura; proferendo quaestiones de statuslatria deque simillimis vel consequentibus erroribus societatis modernae.

4. Ut errores et pericula *communismi athei* denuo funditus pertractentur ad ampliora remedia, si quae extent, suggerenda.

5. Ut veritas Catholica circa *nationalismum* et *diversas humanas stirpes* dilucidetur ad errores refellendos.

B) *De agendis*

1. Ut Pascha et alia Festa Mobilia die fixo celebrentur.

2. Ut *Ordo vigiliae Paschalis* ulterius simplificetur.

3. Ut *Breviarium* in recitatione extra chorum ad breviorem formam redigatur; et ut habitus clericorum ulterius aptetur temporibus et regionibus.

4. Ut *Sacramenta Baptismi, Confirmationis, Poenitentiae, Matrimonii et Extremae Unctionis,* de iure patrio sermone administrentur; idem servetur in Sacramentalibus omnibus.

5. Ut *Diaconatus Ordo,* tamquam gradus et institutio etiam a Presbyteratu separata, conferatur laicis, moribus, pietate et zelo insignibus, etiamsi in matrimonio coniunctis.

Hic Diaconatus Ordo in locis Missionum peculiaribus normis regatur (ad maiorem facilitatem).

6. Ut omnes fideles *cuiusvis ritus* libertate fruantur adeundi Ritum Ecclesiae Universalis; et ut multitudo Rituum, ubi convenienter fieri potest, ad unitatem tendant.

7. Ut exquiratur an Bona Temporalia Ecclesiae ad meliorem formam reduci possint; praesertim cum de *praediis* agitur quorumdam beneficiorum, et de « thesauris » qui inutiliter servantur apud plaeraque templa: antequam tinea vel fures ea demoliant.

8. Ut *relaxatio* morum huius aetatis (edonismus, nuditas, promiscuitas sexuum, cinema, televisio, ludi, etc.) consideretur et remedia apta proponantur.

9. Ut *apostolatus laicorum* cuiusvis formae aut iam extantis aut in posterum instituendae, sedulo promoveatur ab omnibus.

Item exquiratur num activitas cleri in problematibus societatis extendi vel in meliorem formam reduci possit.

10. Ut *viri periti* re morali, dogmatica, iuridica, civili et sociali ex Academiis Romanis, vel Dioecesibus, vel Universitatibus *saepe* mittantur (ad tempus) ad potiores apud infidelium Missiones in Apostolatu cooperandi causa.

11. Ut *ratio studiorum* in Academiis Ecclesiasticis, Seminariis, et Collegiis Religiosorum magis idonea efficiatur necessitatibus Ecclesiae aetatis nostrae.

12. Ut Clerici et catholici omnes toto corde promoveant *Unitatem Ecclesiae,* et nimia re *apologetica praetermissa,* curent ut omnes vires ad bonum faciendum (le forze del *bene*) cuiusvis nationis, cultus vel stirpis confluant in unum.

✠ EDUARDUS MASON
Episcopus tit. Rusicadensis
Vicarius Ap. de Bhar el-Ghazal

3

Exc.mi P. D. AUGUSTINI BARONI

Episcopi tit. Baleciensis, Vicarii Ap. Khartumensis (Khartum)

Khartum, die 30 augusti 1959

Eminentia Reverendissima,

Meas responsiones Vestrae Eminentiae mitto et veniam peto si quam parum in hoc labore adiuvare possum.

A Vestra Eminentia benedictionem humiliter postulo.

Vestrae Eminentiae Rev.mae
add.mus servus in C. I.
✠ Augustinus Baroni
Episcopus tit. Baleciensis
Vicarius Ap. Khartumensis

A) Disciplina ecclesiastica

1. *De potestate episcopali.*

Optandum est ut potestas Episcoporum « gubernandi dioecesim tum in spiritualibus tum in temporalibus cum potestate legislativa, iudiciaria et coactiva » (can. 335), amplius declaretur atque definiatur.

NB. In aliquibus nationibus potestas episcoporum « in temporalibus » hodie non raro a principibus civilibus et a tribunalibus civilibus impugnatur. Videtur igitur necessarium ut Litterae Apostolicae nominationis Episcoporum mentionem faciant etiam eorum potestatis administrandi et tutelandi bona temporalia Ecclesiae cui praeficiuntur.

2. *De Episcoporum iurisdictione.*

Praesentia plurimorum Episcoporum in unica dioecesi, unusquisque eorum cum iurisdictione ordinaria independenti, ut accidit in dioecesibus ubi fideles diversi ritus habentur, falsam notionem creat quod Ecclesia Catholica divisa sit, et non raro contentiones causat etiam cum scandalo fidelium.

Similiter praesentia in dioecesi Sacerdotum, Episcopo dioecesano non subiectorum, sed iurisdictionem ab Episcopis eorumdem ritus in aliena regione residentibus recipientium, ut accidit in dioecesibus ubi

fideles diversi ritus reperiuntur, non paucas difficultates causat, magno cum detrimento Ecclesiae et scandalo fidelium.

Simplificationem petimus. Admisso principio quod fideles maxima cum libertate eorum ritum servare possint, et sacerdotes eiusdem ritus curam de eis habeant, decernendum est quod omnes fideles et sacerdotes unico Episcopo dioecesis subiiciant; quantum potest Episcopus nominetur qui sit eiusdem ritus maioris portionis fidelium, et coadiuvetur, si necesse sit, a vicario generali, etiam charactere episcopale aucto, pro quocumque ritu.

Hoc modo *a*) Exemplum datur unitatis et pacis; *b*) Disciplina religiosa et apostolica confirmatur; *c*) Contentiones vitantur; *d*) Et regimen propagatioque associationum apostolatus laici in dioecesi et in natione expediuntur.

3. *De dependentia Religionum et Institutorum saecularium a Sancta Sede et ab Episcopo.*

Ut apostolatus maxime proficiat, optandum est ut instituta Religiosa Sanctae Sedi maiorem subiectionem profitentur, consilia et vota directe recipiant, maxime quoad apostolatum. Haec directa interventio Sanctae Sedis, tempore opportuno, summam utilitatem refert ad omnium opus et studium corroborandum.

Similiter optandum est ut instituta religiosa maiorem subiectionem Episcopo dioecesano profitentur et praesertim executionem promoveant decretorum de his quae ad exercitium pastorale pertinent. Hac admonitione maxime indigent instituta religiosa Sororum.

4. *De Curiae Romanae Internationalizatione.*

Ut catholicitas Ecclesiae maxime refulgeat, optandum est ut Curia Romana magis magisque internationalizetur.

5. *De revisione partis primae libri quarti iuris canonici « De Iudiciis » et libri quinti « De Delictis et Poenis ».*

Optandum est ut disciplina in tribunalibus servanda simplificetur, ut cursus processuum expediatur et actiones iudiciales efficaciter concludantur.

Lex poenalis necessitatibus hodiernis adaptanda est; simplicior in forma et efficacior in applicatione reddenda est.

Notandum quoque est quod aliqua nefasta delicta huius temporis in praesenti legislatione congrua poena non muniuntur.

6. *De conversione Sacerdotum orientalium dissidentium et Pastorum Protestantium.*

Frequenter Sacerdotibus et Praelatis dissidentibus, qui ad veram Ecclesiam redire cupiunt, magnas difficultates affert sollicitudo de eorum sustentatione post conversionem, et, si matrimonio coniuncti sunt, de eorum familiae sustentatione.

Hoc frequentius accidit, cum Pastores Protestantes ad Catholicam fidem convertuntur, et ad susceptionem ordinum sacrorum ministeriumque pastorale parati non sunt.

Si apud Sanctam Sedem et quemcumque Episcopum inveniretur qui eos facile et efficaciter coadiuvare posset ut officium decorum et conveniens invenirent, eorum conversio facilior esset.

Videtur quod aliqua institutio permanens hoc officium convenienter absolvere poterit.

Si clericorum conversio expeditur, fidelium quoque conversio facilius obtinetur. Cum providetur ad ea quae necessaria ad eorum honestam sustentationem sunt, opus iustitiae socialis et christianae caritatis persolvitur.

7. *De Beneficiis Ecclesiasticis.*

Plures Sacerdotes qui in cura animarum sunt in inopia vitam degunt, quia eis beneficium ecclesiasticum omnino deest, dum e contra alii parochi fructos pingues beneficii percipiunt. Praeterea non pauci inter Sacerdotes, qui beneficium possident, peritia aut possibilitate illud bene administrandi carent. Quod si aliquis inter eos perite et fructuose beneficium administret, facile homo negotiosus reputatur. Postremo fere omnes Sacerdotes in sollicitudine sunt cum de eorum senectute et probabili inopia cogitant.

Ut Sacerdotes libere et generose ad curam animarum se devoveant et administrationis in loco possibilis invidia amoveatur, necnon aequior distributio beneficiorum fructuum obtineatur, et beneficia omnia a peritis administrentur, peto ut omnium beneficiorum administratio in Curia Dioecesana servetur et periti (Sacerdotes vel laici) ei praeficiantur. Hi administratores, de mandato Episcopi et sub eius vigilantia, singulis Sacerdotibus — illis quoque qui a vetustate vel infirmitate otio adstringuntur — aequam portionem pecuniae mittent, quae eis et eorum domesticis sufficiat.

8. *De auxiliariis Sacerdotum.*

Usque nunc mihi persuasum non est quod conveniens sit ut habeantur diaconi, matrimonio coniuncti aut caelibes cum obligatione servan-

dae castitatis, qui Sacerdotes in cura animarum adiuvent. Mihi videtur quod incommodis commoda superentur.

Puto tamen quod utilis et possibilis sit fundatio instituti laicalis virorum, quod candidatos praeparet et illos mittat in adiutorium Sacerdotum tum in dioecesibus tum in missionibus. Hoc modo Superiores Instituti fidem praestant de membrorum convenienti praeparatione, et eos mittunt vel transferunt quo magis necessarii sunt, et eos denuo recipiunt cum causa vetustatis, vel infirmitatis, vel aliae difficultatis, curam animarum derelinquere debent.

Quod isti auxiliarii magnum servitium Sacerdotibus reddere possint comprobatur ab experimento facto a congregationibus religiosis et missionariis quae fratres coadiutores habuerunt et habent, et ab experimento facto a pluribus seminariis et nosocomiis et institutibus quae servitium Sororum obtinuerunt.

9. *De habitu ecclesiastico* (can. 136).

Habitus ecclesiasticus, qui in regionibus latinis in usu est, valde differt ab illo qui aliis in locis utitur. Cum nunc aditus de regione ad regionem perfacilis sit, optandum est ut in omnibus locis habitus ecclesiasticus uniformis et simul etiam iter facientibus aptus sit. Urgemus tamen quod coram populo habitus ecclesiasticus semper servetur eo modo confectus ut Sacerdos plane cognoscatur et ei reverentia adhibeatur.

10. *De diebus festis* (can. 1247 ss.).

Praesens lex (can. 1248), quae imperat ut festis de praecepto abstinendum sit ab operibus servilibus, multas artes non considerat. Nunc in multis casibus machina opera servilia facit, quae ab homine olim agebantur. Et inveniuntur nunc aliae artes quae operantem plus defatigant quam opera servilia.

Peto ut haec lex corrigetur, quia operum traditionalis distinctio non concordat cum societatis organizatione nostris diebus. Oportet ut declaretur quod illa opera sunt vitanda quibus lucrum petitur et quibus fidelis impeditur a Sancta Missa audienda et a catechetica instructione recipienda.

11. *De catechetica institutione* (can. 1329 ss.).

Adultorum catechetica institutio, quam canon 1332 praescribit, non datur praeter quam in paucis locis. Difficultas convocandi varios coetus fidelium aliqua hora Dominicae (vel per hebdomadam, si necessarium sit) realis est: licet opera et studium ad hoc faciendum conferta sint,

felix exitus opera raro coronatur. Instructiones quae sodalibus associationum apostolatus laici dantur huius catecheticae institutionis conveniens supplementum esse non videntur, quia hi sodales minor pars fidelium sunt.

Ne parocho officium hanc difficultatem solvendi relinquamus, neque permittamus ut instructio catechetica locum sacrae homiliae teneant. Forsitan in quacumque regione vel in quacumque dioecesi aliqua solutio collectiva adoptanda est.

Videtur maxime fovere diffusionem christianae doctrinae inter alia, 1) Instructio catechetica quae immediate post Missam donatur, aut quo tempore Episcopus conveniens iudicet; 2) Distributio lectionis catecheticae, typis descriptae, dummodo certum sit quod singulis familiis regulariter haec lectio mittatur (et conveniens est ut haec lectio a peritis parata sit pro tota dioecesi vel pro tota regione); 3) Instructio catechetica, per radio vel televisionem conferta, statutis diebus et horis, ubi possibilis est (parochi fidelibus constanter instabunt ut illi institutioni attentionem praebeant).

NB. Optandum est quod in his lectionibus magis magisque Summi Pontificis Litterae Encyclicae et Episcopi epistolae pastorales explicentur.

12. *De abstinentia et ieiunio* (can. 1250 ss.).

a) *De abstinentia* (can. 1250).

Abstinentia prout nunc definitur in multis regionibus et multis fidelium coetibus perdifficilis est. E contra in aliis regionibus et aliis fidelibus perfacilis est et supplicium non implicat.

Videtur necessarium ut formula inveniatur quae fere omnibus fidelibus conveniens sit.

Ut aliquam sententiam aperiam, propono ut lex abstinentiae vetet omnem potionem alcoholicam et fumum tabaci haurire. Haec abstinentia ab omnibus populis actio virtute praedita putatur, omnibus fidelibus possibilis est, dum supplicium assuetis causat, alios a consuetudine arcet, et in omnibus casibus valetudini operam dat et parsimoniam adiuvat.

b) *De ieiunio* (can. 1251).

Ieiunium, prout in hoc canone definitur, difficile est et multis fidelium coetibus impossibile est. Etenim multae dispensationes vel limitationes concessae sunt.

Hic quoque multi multa cogitant. Ut aliquam sententiam aperiam, propono ut lex ieiunii vetet omnem cibum solidum intra sex horas continuas quas quisque fidelis suo iudicio determinabit a sexta hora ad vigesimam quartam horam diei. Haec formula cuicumque fideli concedit ut

sui ieiunii tempus supputet, suas obligationes sociales adimpleat et simul parvam poenitentiam faciat. Hoc modo ieiunium quadragesimale quoque omnibus vel fere omnibus fidelibus possibile est.

B) De Liturgia et Sacramentis

1. *De festo Paschatis D. N. I. C.*

In kalendario liturgico festum mobile Paschatis non paucarum aliarum difficultatum liturgicarum causa est. Contra si hoc festum in aliqua die dominica aprilis fixetur, multae aliae normae liturgicae faciliores erunt.

Eo magis, cum in determinatione diei Festi Paschatis utilitatem consideramus magis quam rationem historicam, facilius erit ut Etherodoxi veterem quaestionem historicam relinquant et diem festum Paschatis nobiscum celebrent, quod ut nobis propius admoveant favebit.

Solutio facilis haberetur si determinetur ut prima dominica aprilis prima Dominica Passionis sit, secunda dominica aprilis secunda Dominica Passionis (seu Palmarum) sit, tertia dominica aprilis Dominica Paschatis D. N. I. C. sit, et quarta dominica aprilis Dominica in Albis sit.

Haec determinatio kalendarii liturgici favebit determinationi kalendarii scholastici, kalendarii civilis, etc.

2. *De lingua liturgica.*

Lingua latina in Sancta Missa et in Rituali Romano a multis Catholicis atque a Protestantibus essentialis non putatur et fidelium pietati partim noxia videtur. Et notandum quoque est quod multi fideles, cum linguae vernaculae in liturgia renunciare debent, hoc maxima cum afflictione faciunt, quasi propriae patriae renunciassent.

Operam et studium iam contulimus ad partecipationem fidelium in celebratione Sanctae Missae obtinendam. Fortasse bonum est ut linguam vernaculam quoque permittatur in tota Missa, exceptione facta de Canone Missae, vel exceptione facta de prima parte Canonis Missae, i. e. a principio Canonis usque ad Pater Noster, ut fideles una cum Sacerdote a Pater Noster sese preparent in lingua vernacula ad Sanctae Communionis receptionem.

In Rituali Romano bonum videtur ut lingua latina in formulis sacramentalibus servetur et vernacula lingua in omnibus orationibus, benedictionibus, unctionibus et exorcismis permittatur.

3. *De Communione Eucharistica de praecepto* (can. 859).

Cum obligatio sub gravi Communionis Eucharisticae recipiendae Communioni Paschali in hodierna legislatione tantum restringatur, complures fideles huic unicae pietatis actioni assueverunt, quod eorum pietati et vitae Christianae non parvum nocumentum affert.

Si duas Communiones de praecepto ab omnibus fidelibus postulemus, v. g. tempore Nativitatis D. N. I. C. et tempore Paschatis, illos a spirituali somno excitabimus. Solemnitas Nativitatis Domini ab omnibus fidelibus servatur. Obligatio Sanctae Communionis recipiendae eos adiuvabit ad hoc festum pie et sancte celebrandum.

4. *De tempore Missae celebrandae* (can. 821).

Omnes Sacerdotes quotidianae Missae celebrationi iam assueverunt. In can. 821, § 1 statuitur « Missae celebrandae initium ne fiat citius quam una hora ante auroram vel serius quam una hora post meridiem ». Nunc frequenter accidit ut plerique Sacerdotes iter facientes celebrare non possint.

Peto utrum possibile sit ut tempus Missae celebrandae extendatur. Procul dubio pietas Eucharistica augebitur, si haec concessio donetur.

Rem res consequitur. Si tempus Missae celebrandae extenditur, sequitur quod tempus distributionis Sacrae Communionis (can. 867 § 4) eadem regula determinetur.

5. *De officio divino seu de horis canonicis.*

Officium divinum nunc fere ab omnibus Sacerdotibus singulatim recitatur. Optandum est quod antiphonae et responsoria, quae tantum recitationi in choro apta sunt, amoveantur.

Praeterea optandum est ut lectionibus Novi Testamenti in officio divino magis magisque locum detur.

Criticus non paucas lectiones Sanctorum excutere cupit et lectiones Veteris Testamenti aut minuere aut paucas mutare.

C) De Dogmate

1. *De doctrina Corporis Mystici D. N. I. C.*

Optandum est ut in doctrina Corporis Mystici D. N. I. C. magis magisque studium ponatur propter multa pastoralia beneficia quae ex ea sequentur, v. g. vinculum fraternitatis quo omnes Christiani adstringuntur, fidelium participatio celebrationi Missae, etc.

2. *De effectibus SS. Eucharistiae.*

Optandum est ut dogmatica doctrina de natura fructuum SS. Eucharistiae quos in anima et corpore operantur digne sumentibus maiori diligentia declaretur, saltem ut sermonibus divulgetur et ita fidelium pietas augeatur.

3. *De erroribus perniciosis.*

a) Cum aliqua nova gubernia tyrannice rempublicam gubernent, Ecclesiae Catholicae iura denegent, et eorum falsa principia ab exaggerato nationalismo oriantur, opportunum videtur ut denuo sollemniter declaretur et comprobetur quod Ecclesiae est ius docendi, scholas catholicas habendi, et institutionem religiosam quae in omnibus institutionibus publicis et privatis impartitur regulandi et inspiciendi.

b) Cum spiritus qui nunc appellatur « democraticus » longe lateque propagetur et in multis casibus ultra modum progrediat, ita ut viri in auctoritate constituti nec revereantur neque oboediantur, opportunum videtur quod denuo declarentur et comprobentur principia doctrinae Ecclesiae quoad dependentiam ab auctoritate legitime constituta et quoad curam civium ita ut tum qui in potestate sunt constituti tum subditi eorum iura et officia cognoscant et servent.

Haec declaratio opportuna videtur quoque quia aliqua tyrannica gubernia civium iura totaliter ignorant, ita ut singuli cives vel plerique eorum multas iniurias ab ipso gubernio perferant quoad iura personae naturalia.

c) Postremo quod nunc appellatur « L'etica della situazione », i. e. evolutio moralis philosophiae, quam Congregatio Sancti Officii iam condemnavit, denuo et magna solemnitate condemnanda est, ita ut omnibus fidelibus clare pateat quod principia moralia doctrinae christianae unicum principium inconcussum et fundamentum vitae permaneant.

4. *De conditionibus necessariis ad administrationem Sacramentorum Etherodoxis.*

a) *Adultis Etherodoxis.* Frequenter adulti Etherodoxi, cum ad Ecclesiam Catholicam reverti volunt, inviti professionem fidei emittunt, quia illis incongruens et non necessaria videtur. Incongruens et non necessaria, quia practice symbolum apostolicum semper crediderunt.

Si isti Etherodoxi habitualiter Ecclesiam Catholicam frequentent, peto ut haec frequentatio Ecclesiae locum teneat professionis fidei, et illis possimus, post aliquot tempus huius frequentiae, Sacramenta administrare.

b) *Minoribus Etherodoxis.* Si minores usque ad decimum quartum annum aetatis Sacramenta petunt et licentiam eorum parentum et Sanctae Sedis producunt, eis omnia Sacramenta administramus. Si possibilis est, peto ut Episcopo loci detur potestas permittendi ut isti minores ad Sacramenta admittentur, ut res facilior sit. Experientia docet quod pluries si minores ad Ecclesiam Catholicam admittentur, eorum parentes facile sequentur.

5. *De matrimonio mixto.*

a) In aliquibus regionibus, e. g. Aegyptus et Eritrea, matrimonium mixtum in Ecclesia Catholica contrahentes permissionem recipiunt coeremoniam nuptialem repetendi in Ecclesia Etherodoxa etsi haec coeremonia ad effectos civiles non semper necessaria sit. Hanc permissionem hic nos non damus et semper omnes cautiones petimus. Hae variationes disciplinae catholicae in regionibus finitimis saepe fidelium mentes confundit.

Ut fidelium mentium et conscientiarum confusio vitetur, peto utrum possibile sit 1) ut fideles docemus quod tantum illud matrimonium quod in Ecclesia Catholica contrahitur est verus contractus matrimonialis, dum illa coeremonia nuptialis quae in Ecclesia Etherodoxa celebratur tantum coeremonia civilis et socialis est; 2) ut illis semper permissionem demus — si petatur — ut ad Ecclesiam Etherodoxam eant, dummodo clare cognoscant quod illic coeremoniam mere socialem et civilem ponunt.

b) Similiter in aliquibus locis matrimonium quod contra Ecclesiae leges contractum est, post factum facile sanatur, etsi pars etherodoxa cautiones neget. Denuo haec praxis fidelium mentes confundit, quia quod impossibile erat ante matrimonium, i. e. nuptias contrahere cum etherodoxo, post matrimonium permittitur et sanctificatur maxima cum facilitate. Clare videtur quam perniciosa haec praxis sit genuino sensui vitae Christianae.

✠ AUGUSTINUS BARONI
Episcopus tit. Baleciensis
Vicarius Ap. Khartumensis

4

EXC.MI P. D. IRENAEI DUD

Episcopi tit. Barcuseni, Vicarii Ap. Rumbekensis (Rumbek)

Rumbek, 27th. August 1959

Eminency,

Herewith I enclose our suggestions for the coming general Council. I received a copy of Your Eminency's circular information very late during the first half of August, so that I had not enough time to consult better, and this is also why I have not been able to post our suggestions within the required time.

However, I hope the few suggestions here-enclosed will furnish some material as a contribution to the subject matters to be discussed in the coming Oecumenical Council.

Wishing you and the coming General Council the best of successes, I beg to remain,

Faithfully yours in Christ Jesus,

✠ IRENEO DUD
Vicar Ap. of Rumbek

A) *Quoad doctrinam*

1. Ne nova dogmata proponantur nisi antea caute perspecta sit eorum praesens utilitas et necessitas, atque eorum effectus in nostris relationibus cum fratribus separatis.

2. *Definitiones dogmaticae*:

a) Examini subiiciatur convenientia definiendi ut dogma revelatum B. M. Virginem esse Mediatricem omnium gratiarum.

b) Cardinalis Newman et alii beati martyres Angliae canonizentur, ut via ad unionem Anglicanorum facilior evadat.

c) Valde optanda est canonizatio beatorum martyrum Ugandae.

B) *Quoad disciplinam Cleri*

Caelibatus maxime veretur a non-catholicis, qui considerant eum esse contra naturam et Scripturam. Praeterea multos iuvenes catholicos retinet a statu sacerdotali amplectendo.

Proponimus ergo ut coelibatus maneat « lex generalis Ecclesiae »,

sed nuptiae permittantur clericis in quibusdam casibus et circumstantiis. Videant igitur Patres matrimonium permittendum sit:

a) Sacerdotibus lapsis, qui matrimonium iam attentaverunt.

b) Iis quoque qui coelibatum esse aliquid nimis difficile et intolerabile experiuntur (« melius est enim nubere quam uri »).

c) Ordo Diaconorum coniugatorum instituatur.

C) *Quoad Liturgiam*

a) Lingua latina maneat lingua universalis Liturgiae catholicae et praeferenda est in documentis Curiae et in lectionibus Seminariorum. Hoc adiuvat unitatem et universalitatem Ecclesiae.

Versiones vernaculae vero faveantur ad usum fidelium ut melius intelligant et uberius participent sacrae Liturgiae.

b) Uniformitas Liturgiae quampotius retinenda est; diversitas ostenderet defectum unitatis in Ecclesia.

c) Divini Officii recitatio facilior reddatur praesertim sacerdotibus in partibus infidelium, sive auferendo sive breviando nonnullas partes.

d) Administratio Sacramenti Confirmationis concedatur omnibus sacerdotibus in casu necessitatis pro beneficio omnium Christifidelium.

e) Sacramentum « Extremae Unctionis » appelletur « Unctio Infirmorum » et administretur quibusvis infirmis gravioribus, ut timor eius auferatur et infirmus ordinarie cum plena conscientia recipere id possit.

D) *Quoad reformationem Codicis Canonici*

De Matrimonio: *a*) Reductio impedimentorum et requisitorum, praesertim quoad proclamationes et documenta (quoad documenta quae requiruntur ex diversis paroeciis res satis difficilis evadit).

b) Disciplina fiat magis liberalis quoad permittenda matrimonia mixta, quae frequentiora in missionibus occurrunt.

c) Celebratio religiosa matrimonii sollemnior desideratur.

E) *Animadversiones generales*

a) *Quoad ieiunium,* conditiones pressius definiantur, attentis hodiernis adiunctis.

b) *Quoad censuram librorum,* praevia censura exerceatur ope Officii Dioecesani (instituendi) pro relationibus cum prelo et auctoribus.

c) *Quoad professionem fidei,* formulae videntur antiquatae et obligatio professionis nimis frequens.

d) *Quoad Actionem Catholicam et Institutum Saecularem,* recens legislatio introducatur in *C.I.C.*

e) *Formula absolutionis a censuris* aboleatur in Sacramento Poenitentiae cum absolutio a censuris sit facienda in tribunali.

f) Benedictio Papalis sit unica benedictio quando datur in fine Missae.

g) Congregatio Romana vel Commissio Cardinalitia instituatur pro reditu Protestantium et altera ad promovendam conversionem Islamitarum.

h) *Relationes inter missionarios et clerum indigenum* melius definiantur, ut maior charitas et mutua cooperatio oriantur: dissensio enim origo est magnarum difficultatum ex quibus opus apostolicum retardatur.

i) *Segregatio « coloris »* plene condemnari et eradicari debet ab Ecclesia. *Ratio*: Cum Communismus condemnat hanc segregationem, aliquam superioritatem videtur ostendere super religionem catholicam, si Ecclesia in hoc problemate aliquid non definiat. Praeterea valde dolendum est hunc lacrimabilem segregationis errorem quaedam membra Ecclesiae infecisse.

j) Considerent Patres Concilii utilitatem edendi *aliquam ephemeridem* ufficialem vaticanam (lingua Anglica vel vernacula africana) ut doctrina catholica, praesertim in quaestionibus socialibus et vita religiosa, latius et efficacius evulgetur in Africa.

k) *Emissiones « Radio Vaticanae »* potentiores efficiantur, saltem sicut « Voice of America » vel « B.B.C. », ope stationum sic dictarum « Relay Stations », ita ut melius audiantur ubique, praesertim in Africa. *Ratio*: Boni catholici exspectant doctrinam catholicam de quaestionibus socialibus magis quam propagandam cuiusvis magnae vel parvae nationis.

l) Societates Sacrae Scripturae catholicorum cum non-catholicis facilius permittantur. Etenim absoluta separatio impedit fructuosam discussionem et non favit conversioni et reunioni.

m) Maiora problemata in Africa sunt *Communismus et Islamismus.* Communismus imbuit eos qui superioribus studiis incumbunt, praesertim in Universitatibus, ita ut, omnibus communisticis modis edocti, fiant postea duces huius systematis in patria sua.

Islamismus, e contra, offert meliores conditiones sociales et opportunitates iis qui in iisdem scholis ad Islamismum inclinant.

Videant ergo Patres quid sit faciendum ad solvendas has difficultates.

✠ IRENAEUS DUD
Episcopus tit. Barcusenus
Vicarius Ap. Rumbekensis

5

REV.MI P. D. DOMINICI FERRARA
Praefecti Ap. Mopoiensis (Mopoi)

Mopoi, die 30 augusti 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Litteras — Prot. N. I C/59-1966 — quas Eminentia Vestra, die 18 iunii 1959, humilitati meae benigne mittere dignatus est, gratissimo animo excepi.

Ea omnia, quae mihi, etiam ratione habita cum consilio meo ecclesiastico, visa sunt utilia ad pertractanda in proximo Concilio Oecumenico, heic breviter Eminentiae Vestrae expono:

1. *Quoad Communismum.* Abhinc plurimos annos, Sancta Mater Ecclesia in toto orbe terrarum quam maxime laborat ex illa infensissima et perniciosissima lue, quae vocatur « Communismus », quae omnem socialem, moralem, religiosum et supernaturalem subvertit.

Utique, iam pluries, Sancta Mater Ecclesia, istam diram et maxime detestabilem doctrinam et praxim reiecit atque damnavit, sed, mea sententia, perutile esse puto, pro populi christiani pace ac fide, ut, data occasione, Concilium Oecumenicum *totam* et *per singula capita,* istam pessimam doctrinam et praxim damnet et reiciat.

2. *Quoad Sacras Scripturas.* His nostris temporibus, quam plurima studia de Canonicitate, Textu, Interpretatione et praesertim de Divina Inspiratione illorum Librorum Sacrorum, qui ad Revelationem spectant, facta sunt; atque etiam multa et maximi momenti Documenta a Romanis Pontificibus edita sunt.

Valde optamus ut Concilium Oecumenicum praecipuas conclusiones ex istis studiis et Documentis Pontificiis eruat et populo christiano uti firmiter tenendas et fideliter servandas proponat, necnon relationes et concinnam concordiam inter scientiam et Revelationem perspicue exponat.

3. *Quoad rem canonicam.* Patrum Concilii Oecumenici iudicio, haec subiicienda esse, existimo:

a) Can. 136 § 1 statuit ut omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta, deferant.

Quia vero vestitus frequentibus mutationibus, decursu temporis,

obnoxius est, opportunum puto ut vestes clericales mutari et novis moribus aptari, propter praesentia tempora et adiuncta, ita possint, ut vestis talaris adhibi debeatur dum sacerdos Missam offert aut alias functiones ecclesiasticas peragit, et alia vestis, extra functiones sacras indui possit, quae non sit a laicali valde distincta, sed tamen statui et conditioni clericali conveniens.

b) Can. 132 § 1 legem caelibatus ecclesiastici sancte vindicat pro omnibus clericis maioribus, quae dignitati, naturae et muneribus sacerdotis Novi Testamenti maxime convenit.

Quod tamen ad reductionem clericorum maiorum ad statum laicalem pertinet ad normam can. 213 § 2, mihi videtur durissimum esse, praesertim hisce nostris temporibus.

Maxime opportunum existimo ut Patres Concilii hanc legem iterum diligenter perpendant, praesertim in hodiernis adiunctis et pro iis Clericis maioribus qui, sine vocatione divina vel sine gravi mentis consideratione et animi nimia levitate, ordines maiores susceperunt, in primis in terris missionum.

Si Patres Concilii illam legem saltem quoad illos clericos maiores de quibus mentionem feci, mitigare aliquantum decernerent, multa atque perlacrimabilia scandala tollerentur, periculum multorum incidendi in apostasiam minueretur, et proles ex eorum matrimonio suscepta, in pristinum statum restituta, operam et adiumentum ad Ecclesiae apostolatum laicalem praeberet.

c) Can. 134 vitam communem inter Clericos suadet clero saeculari quia multum confert ad praeservandam continentiam et sanctitatem fovendam.

Sed, his nostris temporibus praesertim in terris missionum, hanc vitae formam inter clericos quam maxime convenire puto propter innumerabilia et omnis generis pericula huius saeculi necnon propter plurima et maxima bona, quae ex ea procedunt.

Valde optandum est Concilium Oecumenicum saltem aliquam formam vitae communis inter clericos praesertim in missionibus statuere.

d) Can. 454, qui ad inamovibilitatem parochi spectat, arbitror magis expedire ut parochi omnes, qui vel senectutis, vel inscitiae causa, ad bonum paroeciae curandum amplius non valent, potius ad nutum Ordinarii loci removeri queant.

4. *Quoad apostolatum laicorum.* Quae de apostolatu laicorum, hisce temporibus, pluries et perspicue, in magnis conventibus acta sunt et in primis a Romanis Pontificibus propugnata sunt, enixe postulo ut etiam a Patribus istius Sacri Concilii perpendantur et populo christiano ita explicantur et proponantur ut maius incrementum bonorum operum inde

eveniat et salus totius humani generis magis ac magis foveatur et Regnum D. N. Iesu Christi in toto orbe terrarum citius constituatur.

Consilium quoque illud, quod, in quodam magno conventu nuper habito, de apostolatu laicorum, propositum fuit, scilicet de laicis, etiam in matrimonio constitutis, ad sacrum diaconatus ordinem promovendis, instanter precor ut iterum perpendatur, ut, si fieri potest, praesertim in terris missionum, opportunius sacerdotum inopiae provideatur.

5. *Quoad rem liturgicam.* Praecipua ac magni momenti capita omnium illarum rerum, quae de re liturgica in his ultimis magnis conventibus et in Pontificiis Documentis acta sunt, etiam in Concilio Oecumenico agenda atque populo christiano apprime proponenda esse, aestimo.

Quae, sermone vulgari vel sermone latino in Missa litanda, in Sacramentis administrandis et in sacris functionibus persolvendis, dicenda sunt, Concilium Oecumenicum perpendat ac statuat, ut quam maxime communicatio inter fideles et sacerdotem in laudem Deo offerendam habeatur.

Vehementer precor Patres Concilii ut operam dent, ut quamprimum Codex legum liturgicarum edatur, et Breviarii Romani recognitio quoad lectiones, hymnos et responsoria curetur.

6. *Quoad populum christianum.* Quam plurima de sic dicta « Quaestione Sociali », in magnis conventibus, in scriptis, in studiis et praesertim in Documentis Pontificiis, hodiernis temporibus, edita sunt.

Valde exposco a Concilio Oecumenico ut quae, ad veram pacem curandam et unitatem populi christiani magis fovendam, in ista « Quaestione Sociali » pertinent, iterum proponantur et commendantur, ita ut Christifideles non tantum errores abiiciant sed etiam bonum commune, charitatem, iustitiam et bonos mores magis ac magis excolant et promoveant.

Haec, Eminentiae Vestrae Reverendissimae scribere et istius praeclarae Commissionis Antepraeparatoriae Pro Concilio Oecumenico iudicio, omnino subiicere, in mea humilitate duxi.

Interim intimos animi sensus reverentiae et oboedientiae accipere dignetur.

Eminentiae Vestrae Reverendissimae
humillimus servus

DOMINICUS FERRARA
Praefectus Ap. Mopoiensis

TANGANICA

1

Exc.mi P. D. EDGARDI A. MARANTA

Archiepiscopi Daressalaamensis (Dar-es-Salaam)

Die 7 octobris 1959

Eminentissime Domine,

Pergratum mihi est responsum dare litteris Eminentiae Vestrae Reverendissimae, datis Romae die 18 iunii 1959, Prot. N. 1 C/59-433, de rebus et argumentis quae in futuro Concilio Oecumenico tractanda erunt.

I. Quoad doctrinam:

Num pia doctrina de mediatione omnium gratiarum per Beatam Mariam Virginem uti dogma fidei declaranda sit.

II. Quoad disciplinam:

1. De usu linguae latinae in liturgia retinendo vel forsan restringendo.

Hodiernis temporibus multa a multis vehementer et, ut nobis videtur, saepe inconsiderate proponuntur quoad liturgiae renovationem et praesertim vernaculae linguae introductionem. Asserunt linguam latinam esse potius obstaculum quam adiumentum in propagatione et praeservatione fidei. Quod nobis minime verum esse videtur. Sermo latinus est symbolum perpulchrum et facile intelligibile unitatis ecclesiae catholicae. Si, ex. gr., Missae sacrificium in lingua vernacula celebrari licet, quomodo alienigena sciet se revera in Ecclesia catholica missae sacrificio assistere et non in ecclesia forsan protestantica, ubi frequenter caeremoniae nostrae imitantur, uti accidit in ecclesiis anglo-catholicis?

2. De opportunis mutationibus in Breviario Romano introducendis.

3. De cooperatione cum christianis acatholicis in pugna contra materialismum et communismum.

4. De actione catholica: eius finis et ratio agendi.

5. De Ecclesiae positione quoad res quae pertinent ad rem publi-

cam et factiones politicas. Est quaestio magni momenti in locis missionum ubi de independentia multa aguntur.

Omni qua par reverentia me profiteor

Eminentiae Vestrae Reverendissimae
addictissimus in Domino

✠ Edgardus A. Maranta
Archiepiscopus Daressalaamensis

2

Exc.mi P. D. ANTONII I. PESCE
Episcopi Dodomaënsis (Dodoma)

Dodoma, 28 iulii 1959

Non habeo animadversiones, consilia et vota proponenda pro futuro Concilio Oecumenico.

✠ Antonius I. Pesce
Episcopus Dodomaënsis

3

Exc.mi P. D. ATTILII BELTRAMINO
Episcopi Iringaënsis (Iringa)

Die 16 aprilis 1960

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Pro litteris ab Eminentia Tua Rev.ma die 18 iunii 1959, mihi datis gratias agens, Eminentiam Tuam rogo ut me excusatum habeat pro mea in respondendo cunctatione, quam tamen, quaeso, ne velit neglectui adscribere.

Circa disciplinam cleri et populi christiani, maxima cum reverentia, sequentes animadversiones expono:

a) *Circa legem abstinentiae et ieiunii.* — Ne indulta quae actualem disciplinam mitigant nimis multiplicentur, praesens obiectum legis magis adaptetur generalibus conditionibus totius mundi fidelium.

b) *Circa Dies Festos.* — In multis regionibus, ubi pars tantum incolarum est catholica, observantia dierum festorum de praecepto praeter dies dominicos, satis difficilis evadit. Hanc ob causam videtur mi-

nuendus numerus dierum festorum de praecepto in Ecclesia Universali, praeter dies dominicos.

c) Circa auditionem Missae diebus festis de praecepto. — Opportunum mihi videtur tempus utile ad satisfaciendum praecepto anticipari posse ad horas postmeridianas vigiliae.

d) Circa Rituum in Baptismo conferendo. — Pro locis missionum opportunius videtur unicum ritum sequi tam pro infantibus quam pro adultis baptizandis. Ritus insuper videtur ad breviorem formam reducendus.

e) Circa Pontificalem Romanum. — Nonnulli ritus, v.g. in consecratione campanarum, ecclesiarum, altarium nimis prolixi videntur, ac propter istam prolixitatem minus apti, his temporibus, ad devotionem fovendam.

f) Circa usum linguae vernaculae in Missa. — Eo fine ut Epistolae et Evangelii lectio melius inserviat ad fideles instruendos, forsitan opportunius erit si in lingua vulgari fiat. Lingua latina tamen mihi videtur esse adhibenda in omnibus ceteris partibus Missae.

Eminentiae Tuae Rev.mae
add.mus in Domino
✠ ATTILIUS BELTRAMINO
Episcopus Iringaënsis

4

EXC.MI P. D. ANTONII VAN OORSCHOT
Episcopi Mbeyaënsis (Mbeya)

Mbeya, die 6 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Rogatus ut mittam ad Pontificiam Commissionem Antepraeparatoriam pro Concilio Oecumenico mea vota, sequentes propositiones submittere desidero, scilicet:

1. Ut in regionibus Africae magis ac magis lingua vernacula uti liceat non solum pro officiis liturgicis sed etiam pro administratione omnium Sacramentorum, Sacramento Confirmationis non excluso.

2. Ut simplificetur Ritus Consecrationis Ecclesiae, qui nimis longus videtur et proinde fidelium pietati non fovet.

Eminentiae Tuae humillimus servus
✠ ANTONIUS VAN OORSCHOT
Episcopus Mbeyaënsis

5

Exc.mi P. D. PATRITII WINTERS
Episcopi Mbuluensis (Mbulu)

Eminentia Reverendissima,

1. Propter paucitatem sacerdotum in diversis mundi partibus, e.g. in civitatibus Latinae Americae, etc., fideles opportunitatem Sacramenta recipiendi, Verbum Dei audiendique, non habent. Hinc sequitur, ut magna multitudo Catholicorum, religione Catholica relicta, religione haereticas amplectantur.

Dum in aliis mundi partibus, numerus sacerdotum necessitates fidelium, excedit, e. g. in Italia, Hispania, Hollandia, Hibernia.

Si fideles et sacerdotes (Saeculares et Regulares) singulis Dioecesibus describuntur, in certis partibus, redundantia sacerdotum, sine dubio, invenitur.

Nihil obstat, salvis Iuris Canonici praescriptis, et ubi fieri possit, sacerdotes illi qui non requirantur in suis Dioecesibus, in alias mundi partes ub paucitas sacerdotum sit nimis, saltem pro tempore, v. g. per quinque annos, mittantur.

2. In hodiernis diebus, opulentia cleri saecularis, in multis partibus, grave scandalum inter fideles, praesertim pauperes, causat.

Mihi videtur, remedium inveniri possit, si stipendium annuale cleri saecularis, in singulis civitatibus, adiunctis loci perpensis, determinetur, sine dubio, saltem in aliquibus civitatibus, redundantia pecunia invenietur.

Haec pecunia, auxilium magnum ad evangelium propagandum inter civitates pauperes, ferre potest.

Faveas excusare Latinum sermonem huius epistolae, post viginta annos in silvis Tanganyika, mea lingua latina nimis deteriorata est.

Deosculans fimbriam Suae Sacrae Purpurae,

addictissimus

✠ Patritius Winters
Episcopus Mbuluensis

6

Exc.mi P. D. HERMANNI I. VAN ELSWIJK
Episcopi Morogoroënsis (Morogoro)

Morogoro, die 26 augusti 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Secundum receptas ab Eminentia Vestra litteras sub N. 1 C/59-876, infrascriptus, Episcopus Morogoroënsis, vult cum libertate et sinceritate communicare quasdam animadversiones ac vota circa res et argumenta quae in futuro Concilio Oecumenico tractari poterunt.

Primo. *Nomen temporis ieiuniorum.* — Per progressum modernum nomen « temporis ieiuniorum » pro tempore praeparationis ad Festum Paschale perdidit omnem sensum nam quis adhuc ieiunat hoc tempore.

Assumatur aliud nomen, melius exprimens finem huius temporis.

Secundo. *Dies abstinentiae.* — Dies abstinentiae in condicionibus africanis utilitatem non habent. Nonne esset melius abrogare has dies abstinentiae?

1) Caro fere semper deest. Pro multitudine Afrorum caro est et manet cibus extraordinarius.

2) In regionibus tropicis caro statim corrumpitur, non potest conservari.

Tertio. *Litaniae Maiores et Minores.* — Prodesse videtur ut tempus Litaniarum Maiorum et Minorum adaptetur condicionibus omnium regionum.

Ratio: In his regionibus Litaniae canuntur tempore cum agri nullum fructum ferunt.

Quarto. *Solemnitates Hebdomadae Maioris.* — Horae praescriptae pro solemnitatibus Hebdomadae Maioris eventum infelicem habent in nostris regionibus, et obsunt adsistentiae fidelium. Ideo votum exprimimus ut omnes solemnitates Hebdomadae Maioris celebrari possint ante meridiem ut olim.

Rationes:

1) In his regionibus Hebdomada Maior semper occurrit tempore pluviae.

2) Deest illuminatio viarum et illuminatio sufficiens in multis oratoriis stationum. Vis electrica in omnibus fere locis adhuc ignota est.

3) Incolae harum regionum iter nocturnum tantum faciunt in

gravi necessitate. Undenam pauci tantum assistunt celebrationi solemnitatum Hebdomadae Maioris hoc a tempore instaurationis Hebdomadis Maioris, dum e contra ante restaurationes multi adsistebant solemnitatibus, quando celebrabantur ante meridiem.

4) Propter nimiam distantiam a missionis statione fideles nequeunt adsistere celebrationibus quae initium vel finem habent post occasum solis.

5) Et quidem solemni commemorationi Mortis D. N. I. C., feria VI Hebdomadis Maioris hora tertia post meridiem, fideles pauci tantum adsistunt, quia fideles aestibus mediis inter unius vel duarum horarum facere debent, quod multi abhorrent. Insuper illis impossibile est petere domus suas ante occasum solis.

QUINTO. *Pars prior Missae sacrae seu ut dicitur Missa catechumenorum fiat in lingua vernacula.*

Rationes:

1) Proderit contactui cum populo.

2) Proderit participationi actuosae fidelium.

3) Proderit intelligentiae augusti Sacrificii.

SEXTO. *Officia omnium festorum celebrentur ritu simplici.*

Rationes:

1) Officium nimis longum est et quidem propter nimium laborem sacerdotum.

2) Officium nimis longum a plurimis sacerdotibus cito et sine debita attentione dicitur; non favet devotioni sed oneris est.

SEPTIMO. *Sacerdotibus Africanis detur possibilitas* ineundi matrimonium, ut in *Ritu Orientali.*

Ratio: Africa non est terra occidentalis et Afri non sunt occidentales sed orientales.

Quae vota humiliter communico impulsus sollicitudine zeloque animarum.

Sacram purpuram exosculans et omnia fausta Eminentiae Vestrae adprecans,

Eminentiae Vestrae humillimus in Xto servus

✠ HERMANNUS I. VAN ELSWIJK
Episcopus Morogoroënsis

7

EXC.MI P. D. IOSEPHI BLOMJOUS

Episcopi Mvanzaënsis (Mwanza)

Die 18 mensis aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Litteras Vestras datas die 21 martii huius anni hebdomade praeterita huc pervenerunt. Litterae autem Vestrae die 18 iunii 1959 datae probabiliter in itinere perierunt.

Itaque festinanter egi ut saltem aliqua responsio, quamvis brevior, ex Dioecesi de Mwanza, quoad res in Concilio Oecumenico tractandas, ad Eminentiam Vestram perveniret ante finem huius mensis.

Elenchum ergo punctorum, quae forsan utiliter in Concilio Oecumenico tractari possent, his litteris adiunxi.

Eminentiae Vestrae reverenter deosculans Sacram Purpuram, summa qua par est reverentia permaneo

Eminentiae Vestrae humillimus in Christo famulus

✠ IOSEPHUS I. BLOMJOUS
Episcopus Mvanzaënsis

Relatio inter Ecclesiam et Statum aliasque societates temporales.

Opportunitas definitionis Maternitatis gratiarum B.V.M.

Clarificatio naturae Sacramenti Ordinis:

a) relatio inter Sacerdotium et ordines minores, subdiaconatum et diaconatum;

b) relatio inter Episcopatum et Sacerdotium.

Aetas quoad receptionem Sacramenti Confirmationis.

Doctrina Ecclesiae circa Ius Internationale.

Definitio naturae operum servilium diebus dominicis prohibitorum.

Definitio naturae functionumque apostolatus laicorum.

Revisio legislationis ecclesiasticae circa stipendia Missarum.

Lex circa ieiunium eucharisticum pro sacerdotibus bis in die litantibus.

Possibilitas pro personis aetate satis provectis ut ad sacerdotium promoveri possint etiamsi matrimonio iuncti sint.

Adaptatio legislationis Ecclesiae circa illegitimitatem, legitimationem et irregularitatem ad adiuncta huius temporis.

Simplificatio legislationis circa impedimenta matrimonialia eorumque dispensationes.

Item de processibus matrimonialibus.

Revisio legislationis ecclesiasticae circa iurisdictionem quoad Sacramentum Poenitentiae.

Integratio legislationis de Institutis Saecularibus in legem Codicis de Religiosis.

Revisio legislationis circa paroecias et domicilium eiusque adaptatio ad conditiones modernas.

Item quoad beneficia et bona ecclesiastica in generali.

Revisio status regionum quae dicuntur Missionis in Ecclesia, itemque Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

Revisio legislationis circa relationes inter Ordinarium et societates missionarias in territoriis Missionum.

Revisio legislationis circa commissionem alicuius territorii Missionum alicui particulari Congregationi missionariae.

Revisio legislationis circa studia et disciplinam in Seminariis.

Revisio Breviarii.

Usus linguae vernaculae in Liturgia.

Abbreviatio ritus Consecrationis Ecclesiae.

Rubricae circa gestus, etc. in Liturgia modo generaliori exprimantur, ita ut possibilitas obtineatur pro Ordinariis eas moribus populorum non-occidentalium adaptandi.

Revisio lectionum S. Scripturae in Missali et Breviario.

Revisio elenchi festorum Sanctorum pro Ecclesia universali.

Liturgia Catechumenatus et caeremoniae Baptismi.

✠ Iosephus Blomjous
Episcopus Mvanzaënsis

8

Exc.mi P. D. LAUREANI RUGAMBWA
Episcopi Rutaboënsis (Rutabo)

Rutabo, die 6 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Iter iam mihi paranti ad Conventum Internationalem de Liturgia et Missione proxime Neomagi in Hollandia celebrandum ecce occurrit et epistula qua Vestra Eminentia adprecatur ut Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae pro Oecumenico Concilio communicare valerem quae

passem circa res et argumenta futuri Concilii vota, animadversiones et consilia suggerere.

Sane liceat Vestram Eminentiam Reverendissimam candide significare quo pacto itineri aliisque dispositionibus intento minimum vacet tempus quaestionibus tam gravibus impendendum ut eo maturius rebus in Concilio tractandis animo volverem quo amplius mihi suppeteret tempus ut responsiones, audito quoque peritorum consilio, discuterem disponeremque et dispositas Pontificiae Commissioni quantocius submittere.

Attamen quae aliunde novimus in futuro Concilio pertractanda uti de Unitate Christifidelium sub Cathedra Petri, uti de Codicis Iuris Canonici necessaria reformatione, uti insuper de Disciplinis Pastoralibus circa adaptationes in re Liturgica, in apostolatu laicali et in Actione Catholico-sociali, ea quippe sapienti consilio nos quoque iudicamus opportune agenda esse ut populus redemptus sub auctoritate Supremi Magisterii columini veritatis propensius adhaereat utque fides christiana et praesentia catholica universa orbi unitatis dona et pacis tribuat incrementa.

Dum Vestrae Eminentiae Reverendissimae grates ex animo rependo pro felici eventu tam ardui muneris Tibi, Eminentissime Princeps, demandati preces in Domine spondeo et maneo

Eminentiae Vestrae obsequentissimus

✠ LAUREANUS RUGAMBWA
Episcopus Rutaboënsis

9

EXC.MI P. D. EDUARDI A. McGURKIN
Episcopi Shinyangaënsis (Shinyanga)

Die 15 augusti 1959

Eminentissime et Reverendissime Domine,

Acceptis litteris mihi a Pontificia Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico die 18 iunii 1959 datis, animadversionem quae sequitur humiliter communico:

Summus Pontifex iam declaravit finem praecipuam eiusdem Concilii fuisse ut Christiani dissidentes ad unitatem Sanctae Matris Ecclesiae revocarentur.

Eadem intentione ergo videtur modum optimum ad homines bonae fidei sed ab Ecclesia Romana separatos ad sinum Sanctae Matris Ecclesiae adducendos per institutionem « academiarum » vel « congressuum » in omni sede metropolitana, vel saltem in omni sede ecclesiastica quam praesidet Eminentissimus S. R. E. Cardinalis.

Academiae, vel Congressus, de quibus supra, formandae sunt ad modum Academiae Pontificiae Scientiarum quae a Summo Pontifice Pio XII Romae fundata erat.

Viri in artibus vel scientiis periti, Catholici et non-Catholici, convocentur ad quaestiones maioris momenti hodiernis temporibus discutendas, ut in eisdem convocationibus possint melius cognoscere mentem et doctrinas Sanctae Matris Ecclesiae.

Certum est tales academias cum summa prudentia instituendas esse, quare dictum est supra quod melius ab Eminentissimo S. R. E. Cardinale fundaretur et dirigeretur. Eligantur viri Catholici et viri non-Catholici bonae fidei in artibus vel scientiis periti, et electio haec maxima cum prudentia fieri debet.

Ignorantia acatholicorum de veritatibus Sanctae Romanae Ecclesiae, i. e. ignorantia de doctrinis et motivis Eius, obex magna est quae primum vincenda est ut omnes unum sint in domo Patris Communis.

Servus oboedientissimus in Christo

✠ EDUARDUS A. MCGURKIN
Episcopus Shinyangaënsis

10

EXC.MI P. D. CORNELII BRONSVELD
Archiepiscopi Taboraënsis (Tabora)

Tabora, 21 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Magno cum gaudio litteris de Pontificia Commissione Antepraeparatoria acceptis, quantum possum quaestionibus propositis respondere conabor:

1. *Quoad dogma.* — Videtur devotio erga Beatam Mariam Virginem magis ac magis augeri posse definitione de Mediatione Beatae Mariae Virginis. Quamquam haec doctrina saepe a Summis Pontificibus affirmata et approbata est, definitio fidelem magis stimulabit ad recurrendum ad Beatam Virginem in omnibus necessitatibus.

2. *Quoad ieiunium.* — Ieiunium morale ab ipsa lege naturali praecipitur. Dicit enim Sanctus Thomas: Unusquisque autem ex naturali ratione tenetur tantum ieiunio uti, quantum sibi necessarium est ad deletionem et cohibitionem culpae et ad elevationem mentis in spiritualia. Ideo ieiunium in communi cadit sub praecepto legis naturae et haec lex semper manet et urget. Quoad legem ecclesiasticam autem, quae est abstinentia a cibo, praeceptis Ecclesiae definita, videtur lex, ut in Iure Canonico definita, difficile ad circumstantias vitae actualis accommodari posse, quare opportunum erit legem ieiunii ecclesiastici immutare ita ut ab omnibus fidelibus vel saltem a maiore parte fidelium observari possit.

3. *Quoad regimen Ecclesiae.* — Quia hodie Ecclesia apud omnes gentes et nationes divulgata existit, videtur unitas Ecclesiae magis affirmari si in omnes gradus Ecclesiae auctoritatis et regiminis membra omnium gentium fidelium partem habere possint.

Hae sunt quaedam animadversiones quas mihi videtur utiles proponi et investigari in Concilio.

Ad pedes Sanctae Sedis humiliter provolutus sensus obsequii et reverentiae amplissimas significo meque profiteor.

Humillimus et oboedientissimus filius
HUBERTUS MEEUS
Vicarius Generalis
pro Archiepiscopo Taboraënsi

11

EXC.MI P. D. EUGENII ARTHURS
Episcopi Tangaënsis (Tanga)

Die 20 augusti 1959

Illustrissime ac Rev.me Domine,

Quod attinet ad informationes expetitas litteris N. 1 C/59-1328, Ego, infrascriptus Episcopus Dioecesis Tangaënsis, omnibus mature perpensis, et audito consilio Consultorum, sequentes sententias, tamquam praecipuas, Excellentiae Tuae Rev.mae humiliter expono tamquam disceptabiles in futuro Concilio Oecumenico:

I. Propter fere universam inopiam vocationum sacerdotalium, desideratur via ad habendam cooperationem et participationem *activam* lai-

corum in apostolatu, ita ut, sacerdotes, omnino liberi sint ad prosecutionem veri laboris sacerdotalis, scilicet, curae animarum.

II. Institutio Commissionis ad habendam revisionem methodi docendi in scholis, praesertim in Schola Theologiae Moralis, ita ut « Theologia Moralis », sicuti doceatur in theoria, ipso usu perdocta sit, et ita adaptata, ut in usu facili modo applicari possit.

III. Ut eadem Commissio consideret revisionem methodi eruditionis alumnorum in seminariis, tali modo, ut candidati aptiores fient ad supportanda et tractanda pondera et difficultates speciales huius aevi.

IV. Propter inopiam sacerdotum in opere missionali, et propter necessitatem providendi, quam primum, maiorem incrementum materiale, desideratur Legislatio ut Societates quae laborant in campo missionali habeant maiorem libertatem:

1) ad fovendas Vocationes;

2) ad quaerendas eleemosymas pro opere missionali.

Quare desideratur legislatio ad definienda iura missionariorum in hac re. In Statibus Foederatis Americae *systema laude dignum est.* Tamen, in variis regionibus Europae desideratur legislatio ad habendam formam similem, ita ut Congregationes, in missionibus operam facientes, et Missionarii, possint, ex instituto, eleemosynas quaerere pro opere missionali.

V. Desideratur reconstitutio tribunalium pro causis matrimonialibus (S. Rotae). Licet systema hodiernum sit optimum, tamen adhuc multa desiderantur.

Quare, optabile videtur varias sectiones S. Rotae habere, ita ut singulares sectiones considerent « Causas suae propriae regionis », et ita causae celerrime solventur.

Immo, consulto Statu Ecclesiae hodiernae in Africa, oportebit instituere « Congregationem negotiis Africanis Praepositam ».

Interim obsequii et reverentiae sensus ex toto corde profiteor, annulumque deosculor.

Eminentiae Tuae Illustrissimae ac Reverendissimae

addictissimus in Domino
✠ EUGENIUS C. ARTHURS
Episcopus Tangaënsis

12

Exc.mi P. D. ANTONII V. HAELG

Episcopi tit. Baianensis, Abbatis nullius Ndandaënsis (Ndanda)

Ndanda, die 18 augusti 1959

Exc.me ac Rev.me Domine,

Litteris Prot. N. I C/59-1559 rogatus communico omni humilitate sequentia vota:

1. Lingua vernacula permittatur:

a) pro prima Missae parte i. e. usque ad « Credo » inclusive, item a versu Communionis,

b) sine pro Missae initio usque ad « Te igitur » exclusive et a « Pater noster » inclusive usque ad finem;

c) pro Rituale toto i. e. Benedictionale inclusive;

d) pro cantu Gregoriano, si lingua vernacula multitudine vocalium excellit (e. g. swahilica);

e) ad satisfactionem obligationis, si obligatus litanias in Rogationibus cum populo canit, item si obligatus Laudes, Vesperas aut Completorium cum fidelibus psallit.

2. Favores quoad officium divinum clero saeculari facti etiam missionariis religiosis concedantur.

3. Permittatur ut Ritus Baptismi adultorum non una sed duabus vel tribus diebus compleatur e. gr. Prima pars initio ultimi catechumenatus anni, secunda pars initio instructionis specialis (circiter 40 die ante baptismum).

4. Permittatur, ut viri selecti ad diaconatum tantum ordinentur, i. e. sine intentione eos postea ad presbyteratum promovendi. Huiusmodi diaconis permittatur matrimonium inire.

5. De indumentis praelatorum: In functionibus solemnibus tunicellae, rochetum et chirothecae ad libitum tantum induantur (propter nimium calorem tropicum).

6. *C.I.C.*: *a*) in can. 788 loco « septimum » ponatur « decimum ».

b) Matrimonii impedimenta gradus minoris omnia impedientia tantum sint.

c) Matrimonii impedimenta iuris humani omnia pro personis catholicis tantum vigeant.

(*b* et *c* ad peccata materialia et formalia minuenda, *c* ad caritatem erga acatholicos augendam).

Quae Tibi communicans, ea qua par est, reverentia maneo

Excellentiae Tuae Rev.mae add.mus
✠ ANTONIUS V. HAELG
Episcopus tit. Baianensis
Abbas nullius Ndandaënsis

13

EXC.MI P. D. HERMANNI E. SPIESS
Episcopi tit. Cemerinianensis
Abbatis nullius Peramihoënsis (Peramiho)

Peramiho, die 20 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Litteris Prot. N. 1 C/59-1563 die 18 iunii 1959 mihi transmissis atque aliquibus hebdomadis abhinc recte acceptis sequentes *suggestiones* Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico communicare mihi liceat.

I. *De invitandis acatholicis ad Concilium*

1. Diversae sectae acatholicae invitentur ad exprimenda vota vel desideria sua, sive directe sive indirecte, apud Commissionem Antepraeparatoriam pro Concilio Oecumenico.

2. Admittantur delegati orthodoxi et protestantici ut hospites ad sessiones publicas, si tractantur quaestiones quae audire eorum interest.

II. *Quoad doctrinam tractandam*

1. Proponantur capita fundamentalia religionis Christianae, quae omnibus vel fere omnibus ecclesiis et sectis Christianis sunt communia, non tantummodo ea quae separant Christianos.

2. Evitentur, in quantum fieri potest, definitiones, declarationes, decisiones quae augere possint differentiam vel discrepantiam inter Ecclesiam Romanam et sectas Christianas.

3. Si fieri potest, ante Concilium vel in initio ipsius simul cum Orthodoxis et Protestantibus discutiantur quaestiones quae respiciunt

religionem qua talem et religionem Christianam in genere, e. g. quaestiones de atheismo, materialismo dialectico, communismo.

Deinde discutiantur cum ipsis diversae viae ad maiorem unionem Ecclesiarum acquirendam, praesertim cum Orthodoxis et illa parte ecclesiae Anglicanae quae Ecclesiae Catholicae quantum ad doctrinam apprime proxima est.

Deinde incipiat Concilium Oecumenicum in sensu stricto.

4. De communismo non tantummodo proponantur damnationes, sed et indicentur viae positivae et practicae ad superandum communismum, quae scil. respiciunt usum proprietatis, divitiarum, caritatem Christianam etc.; quae quidem iam magna ex parte in Encyclicis Summorum Pontificum explicata sunt, sed nunc auctoritate Concilii Oecumenici et nostris temporibus adaptata firmentur ita ut re vera in omni populo Christiano nota fiant et in praxim cotidianam deducantur.

III. *Quoad liturgiam*

1. Ne proponantur experimenta liturgica! Mutationes quae ad maiorem populi Christiani fructum necessariae videntur, singulis episcopis totius orbis sub secreto communicentur quique remittant responsa sua usquedum habeatur concordia inter plurimos (sicuti factum est sub S. Pio X in codificatione Iuris Canonici); deinde ista definitive, non ad experimentum, introducantur.

2. Reconsideretur versio psalterii. Psalterium uti in Vulgata et in Breviario exstabat, videtur posse emendari multo paucioribus mutationibus ita ut non oriatur nimia discrepantia cum psalterio Vulgatae et scriptis tot Sanctorum Patrum et scriptorum et doctorum Ecclesiae.

Neque requiritur lingua latina classica, sed illa quae a Christianis decursu saeculorum est adhibita.

Iisdem principiis fiat correctio totius Vulgatae secundum textum originalem librorum sacrorum.

IV. *Quoad disciplinam*

1. In legislatione *C.I.C.* de matrimoniis mixtis nihil essentiale mutetur.

2. Ordines et Congregationes religiosae, praesertim mulierum, se magis adaptent ad necessitates nostrorum temporum secundum monita a Pio XII data.

V. *Quoad activitatem missionariam in terris non Christianis*

Forsitan cum acatholicis colloquia institui possunt de omittendis scandalosis impugnationibus ecclesiarum vel sectarum christianarum inter se ipsas in terris missionum.

Quae quidem dicta mihi videntur digna ut a Pontificia Commissione Antepraeparatoria animadvertantur. Interim cuncta fausta atque prospera Rev.mae Commissioni exoptans me profiteor omni qua par est reverentia, sacram osculans purpuram,

Eminentiae Vestrae
devotissimum in Christo servum

✠ HERMANNUS E. SPIESS
Episcopus tit. Cemerinianensis
Abbas nullius Peramihoënsis

14

EXC.MI P. D. ELIAE McHONDE
Episcopi tit. Adraeni, Auxiliaris Daressalaamensis

Lucernae, die 28 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Hisce humillime ac demississime Vobis communico quae mihi videntur proponenda in proximo Concilio:

1. Discussio de opportunitate definitionis dogmaticae « Mariae Mediatricis omnium gratiarum ».

2. Quaedam simplificationes in sacramentis administrandis introducendae ad eorum administrationem faciliorem et promptiorem reddendam:

a) Ut derogetur can. 738 et infantuli neonati possint baptizari, secundum voluntatem eorum parentum, in ecclesia vel oratorio ab ipsis electo, praesertim quando nascuntur in nosocomiis etc.;

b) ut, in gravi periculo mortis, quilibet sacerdos curam animarum gerens, ex potestate ordinaria vel delegata ad universitatem causarum, possit administrare sacramentum confirmationis;

c) ut missae vespertinae celebrari possint sine recursu ad Ordinarium loci;

d) ut ritus Missae modificetur saltem in hisce: supprimatur ultimum evangelium S. Ioannis et Missa per « Ite Missa est » absolute terminetur;

si Missa durante, ad Communionem sacerdotis, sacra synaxis distribeunda sit, nec recitetur Confiteor etc., nec iteretur « Domine non sum dignus ». Sufficit recitatio Confiteor in principio Missae et « Domine non sum dignus » cum sacerdote;

e) ut derogetur can. 848 et can. 938, et ius deferendi viaticum, ac communionem etiam publice, et administrandi extremam unctionem concedatur cuilibet sacerdoti confessario ab infirmis advocato.

Sufficere videtur his in casibus praedictum sacerdotem certiorem reddere parochum loci de sacramento rite administrato.

Eminentiae Vestrae

devotissimus servus

✠ ELIAS MCHONDE
Episcopus tit. Adraenus
Auxiliaris Daressalaamensis

15

EXC.MI P. D. BERNARDI G. STEIGER
Episcopi tit. Chalcidensis in Graecia

Die 24 augusti 1959

Eminentissime Praeses,

Paucis abhinc diebus recepi litteras Vestras diei 18 iunii 1959, Prot. N. 1 C/59-2311 insignitas, quae respiciunt praeparationem futuri Concilii Oecumenici.

Quae quidem invitatio Vestra magno mihi est honori et quam plurimas Vobis gratias ago pro illa, sed rogo Eminentiam Vestram, ut me benignissime excusetis, si a Vobis humillime peto dispensationem tum a proponendis animadversionibus pro Concilio futuro tum a participatione Concilii.

Cuius ratio est mea provecta aetas plus quam octoginta annorum ac impedimenta cum ipsa coniuncta, propter quae iam anno 1952 S. Sedes consensit abdicationi meae regiminis Abbatiae Nullius de Peramiho.

Successor meus, Excell. mus D. D. Eberhardus Spiess O.S.B., Dr. phil. et Lic. theol., certo respondet votis Vestris.

Mihi restat, ut promittam Eminentiae Vestrae omnibusque Vestris

cooperatoribus preces meas pro optima Concilii Oecumenici praeparatione ac successu.

Exoptans Vobis omnia bona faustaque et largam Dei benedictionem in praeparando Concilio, me profiteor, Eminentiae Vestrae

in Christo devotissimum

✠ Bernardus Steiger
Episcopus tit. Chalcidensis in Graecia

16

Exc.mi P. D. IOANNIS VAN SAMBEEK
Episcopi tit. Traculeni

Die 18 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Responsum redolens litteris ab Eminentia Tua datis die 18 iunii 1959, proferre audeo duo momenta quae missiones in hac parte mundi adiuvare posse mihi videntur:

1) ut textus vernaculus, latino excluso, in liturgia Sacramentorum et etiam Missae, magis magisque permittatur;

2) ut Officium divinum pro missionariis abbrevietur et simplificetur, ita ut etsi multo labore preoccupati devotius Deo laudem reddere possint.

Concilio Oecumenico faustam viam et fructum multum a Deo adprecatur

Eminentiae Tuae
addictissimus et oboedientissimus servus

✠ Ioannes Van Sambeek
Episcopus tit. Traculenus

TOGO

1

Exc.mi P. D. IOSEPHI STREBLER

Archiepiscopi Lomensis (Lomé)

Lomé, die 18 augusti 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Litteras Pont. Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico quas Eminentia Vestra Illustrissima mihi die 18 iunii huius anni misit, rite accepi et pergratum mihi est hodierna die breviter responsum reddere.

Magno gaudio nuntium de futuro Concilio primo annuntiato a Sanctissimo Patre — quem diu sospitet Deus — populus noster salutavit et ab hac die, Clerus fidelesque nostrae Archiedioecesis preces ad Dominum fundunt, ut Divinus Paraclitus in re tam gravi Sanctissimum Patrem omnesque Patres Concilii dirigere et adunare dignetur et corda omnium servorum Dei ad veritatem inveniendam et accipiendam disponere velit.

Sunt qui de opportunitate Concilii quaestionem posuerint, inter quos multi dubitant de maturitate quaestionis unionis Ecclesiarum, alii qui negant bonam voluntatem et rectam dispositionem cordium fere omnium sectarum, quae iam diuturnis saeculis a Petri cathedra sunt separatae.

Quibus libenter dicamus apud Deum nihil esse impossibile — et mandatum esse a Domino, ut oves perditae ad unum ovile et unum Pastorem animarum omnimodo reducerentur — opportune — importune eas vocantes et adiuvantes — et onus nostrum esse ad hoc, omnia facere et a Spiritu Sancto ut fidenter et assidue petamus gratiam inveniendi viam rectam et veritatem pro omnibus in Christo baptizatis.

Decem annos tantum remanent usque ad completionem saeculi unius a die qua Patres Concilii Vaticani a Roma discesserunt, labore imperfecto. Ab hac die quam multi et gravissimi errores invaserunt ovile Ecclesiae! Fere nulla est veritas quin inimici Ecclesiae non impugnaverit vel negaverint.

Quapropter nobis videtur id valde perutile esse, Episcopos totius orbis terrarum congregari coram Beatissimum Patrem ad principia fidei

et unitatem Ecclesiae denuo solemniter proclamanda, novasque luctandi vias inveniendas, nostris temporibus adaptatas, contra pessimos errores novissimos. Quod uni difficile, immo impossibile, coetui omnium pastorum facilius videtur.

Hodierna die, periculum modernismi, materialismi et praesertim communismi ruinam *omnibus Ecclesiis* christianis minatur et etiam nomen christianum minis insequitur. Propterea convocatio futuri Concilii oecumenici apparet nobis ut signum providentiale Dei maxime adaptatum ad unitatem christianam restituendam et fidem renovandam.

Protestantes Togonenses, qui numero sunt circa 55.000, et qui doctrinam Calvinistarum et Lutheranorum sequuntur, semel et iterum de Concilio locuti sunt templo vel per radio diffusionem publicam sine debita reverentia. Attamen, Pastor Marcus Boegner, qui eorum Moderator est supremus in Gallia, aliter loquitur. Recenter dixit: « Nullus paries, etiam oculis humanis insuperabilis videtur, prohibere potest quin Christi clamor pro unitate Ecclesiae suae ad aures innumerabilium animarum catholicorum, orthodoxorum et protestantium perveniat. Dialogus inter Ecclesias christianas pro restitutione unitatis laceratae nunc inceptus, in futuro non iam contineri poterit ».

Firmiter credo restitutionem unitatis opus difficillimum futurum esse, cuius exitus felix opus orationis tantum erit et miraculum misericordiae Dei.

Circa animadversiones, consilia et vota pauca tantum dicere volo. Aestimo perutile esse doctrinam Ecclesiae de Concilio futuro quam primum claris et simplicibus verbis palam facere ita ut unusquisque mentem Ecclesiae scire et argumenta sua in tempore opportuno exponere possit. Oportet falsas opiniones et omnia praeiudicia acatholicorum dispellere et rectificare ante Concilium.

Non irritum esse videtur ut quidam viri catholici, in rebus de fide periti et omnimodo prudentes, hanc quaestionem cum theologis acatholicis in lumine fidei verae discutiant, memores de principio bene noto: « In necessariis unitas; in dubiis libertas; in omnibus caritas ».

Insuper suadendum est ut mense ianuarii octava orationis pro unitate Ecclesiarum ubique fideliter servetur cum maxima participatione Cleri et Fidelium, et hac occasione sermo ad populum christianum fiat ut infelix hic status unitatis Ecclesiae Christi laceratae melius apparet.

Exponenda est quoque vera doctrina Corporis Mystici Christi et vera interpretatio sententiae: « Extra Ecclesiam, nulla salus » ne inane nos accusent fratres nostri separati ut falsi terrorismi seminatores.

Maxime interest ad rem ut doctrina catholica clare et recto exponetur brevi documento romano, in quo inveniantur principia catholica de

fide, de magisterio Ecclesiae, de gratia et vita supernaturali et de regno Dei, simili illo quod auctoritate Episcoporum Galliae anno 1957, Parisiis editum fuit et titulum *Rapport doctrinal* habet. Hoc documentum, ut a fratribus separatis accipiatur, de Sede Apostolica emanare debet et lingua simplici redigendum est.

Perutile quoque est ut fratres nostri separati doctrinam socialem Ecclesiae cognoscere possint, ut apparet in Encyclicis SS. Pontificum.

Maxima cura Concilium Oecumenicum praeparari debet ut vere sit fons luminis et vitae novae.

In re liturgica suadere audeo ut Patres Concilii sequi velint viam novissimam quam SS. Pontifices recenter nobis ostenderunt, prudenter instituendo omnes emendationes quae veram pietatem populi et cultum rationabile Dei fovere valeant, ita ut liturgica vita fiat obsequium rationabile populi christiani.

Lingua vernacula saepius utenda est — in primis in officiis solemnioribus, pro lectionibus ad populum, non ex indulto tantum, sed iure pleno, sive in Missale, sive in Rituale.

Rituale praesertim pro baptismo adultorum reformari debet: preces breviores sint. Regulae pro musica sacra locum modestum saltem instrumentis et melodiis indigenis servent.

Utilitas diaconorum — sine obligatione coelibatus — pro sacro servitio in locis quo sacerdos per intervalla tantum visitet, considerari potest sed non urget.

Reformatio Breviarii a clero ardentissime desideratur: Horae breviores sint; nocturnum sit tantum unum, a fabulis quibusdam secundi nocturni purgatum; lingua latina faciliore utatur, lectiones Veteris Testamenti locum dent saepius lectionibus piis de Novo Testamento; et recitatio Breviarii lingua vernacula, versione approbata saltem sit valida et toleretur aliquando ad fovendam pietatem sacerdotis. Moniales, Sorores, Religiosae et Religiosi, qui lingua latina totaliter imperiti sunt, ad recitandum officium lingua vernacula tantum utantur, ne fiant adoratores labium magis quam spiritus et animae.

Gratissimus est Clerus SS. Pontifici qui nuper reformationem *Codicis Iuris Canonici* annuntiavit, ut sit melior instrumentum laboris hodiernis temporibus adaptatum.

Interim coelestes favores Dei Eminentiae Vestrae adprecans, remaneo Eminentiae Vestrae Illustrissimae servus in Christo oboedientissimus.

✠ IOSEPHUS STREBLER
Archiepiscopus Lomensis

TUNISIA

1

Exc.mi P. D. MAURICII PERRIN
Archiepiscopi Carthaginensis (Carthage)

Tunis, le 15 septembre 1959

Eminentissime et Révérendissime Seigneur,

Par une lettre du 18 juin (1 C/59-316) Votre Eminence m'avait demandé mon avis sur les sujets qui pourraient être étudiés par le prochain Concile. Je viens respectueusement présenter à Votre Eminence le résultat de mon travail, pour lequel j'ai pris conseil de quelques prêtres. Ces simples suggestions ne contiennent en général qu'une nomenclature des sujets que je souhaiterais voir traiter.

Daignez agréer, Eminentissime et Révérendissime Seigneur, l'hommage de mon très respectueux et très filial dévouement en Notre Seigneur et Notre Dame.

✠ Maurice Perrin
Archevêque de Chartage

In constitutione prima memorare bonum sit quod vera salus, vera felicitas nobis a Deo per Ecclesiam venit; homo enim modernus, felicitatis avidus, in falsos messianismos totus incumbit.

a) Progredi in scientias et inventiones, quod nonnumquam adversus fidem ut absolutum erigitur, nobis vitam aeternam supernaturalemque caritatem afferre non potest.

b) Bene vivendi et ingentis « standard of life » summa quam plures homines etiam catholici appetunt, a salute cruce Christi passioneque allata absolute discedit. Salvatorem nostrum imitari debemus et crucem nostram baiulare.

c) Pollicetur marxismus communismi adventum novam humanitatem geniturum esse. Tantum in communismo « machinale » incrementum oeconomicumque progressum promovendi efficacem viam nationes pauperrimae vident. Ecclesia autem mundo aeternam salutem affert et haec altiora inter homines vincula, quod est Christi mysticum corpus.

Doctrinae capita

Optemus ut Sanctum Concilium docendo fidei veritates, ostendat eas esse aquas vivas in vitam aeternam salientes.

I. *De Ecclesiae studio*

1. *De Ecclesia.*

Ecclesia mysticum Christi corpus est. De salute quam mundo affert.

2. *De Papa.*

Papa iurisdictionem suam a Deo ipso, non ab Ecclesia accipit. Papae suprema et plena potestas et eius universa iurisdictio unitatis Ecclesiae signum et causa sunt.

3. *De Episcopatu.*

De episcopatus studio. Residentialis episcopus iurisdictionem propriam et ordinariam in suos dioecesaneos a Papa accipit. Residentialis episcopus ovium suarum proprius pastor est.

De episcopali collegio. De eius munere in Ecclesia universa, episcopis sive dispersis in orbe terrarum sive congregatis in concilio sub Papae iurisdictione.

Vere utile est inter Sanctam Sedem et residentiales episcopos gradum creare. Catholica Actio, christianae scholae, magnae apostolatus orientationes, doctrinae christianae praedicatio, cogitandae regendaeque sunt in tota regione vel natione. Quarum rectio auctualiter dioecesis strictum spatium transgreditur: opus sit — vel regionis seu nationis episcoporum coetu cuius decreta omnes episcopos obligent in suo cuiusque universo territorio — vel Sanctae Sedis legato cui sit studenti et imperandi auctoritas. Salvo Sanctae Sedi recursu.

Aliquando residentiali episcopo, aetate confecto, vires et perspicuitas desunt ad bene gerendam dioecesim. Nonne Concilium statuere possit ut quisquis residentialis episcopus dimissionem offerre debeat anno aetatis statuto. Quam dimissionem a Papa non acceptatam intervallis temporis statutis renovare debeat.

4. *De Sacerdotio.*

Permultum intersit inter sacerdotium et episcopatum relationibus perstudere.

De cleri sanctificatione per pastorale ministerium atque in ipso.

De episcopalis consecrationis sacramentalitate.

De facultate concessa Episcopo atque sacerdotibus concelebrandi in die Institutionis Coenae Domini, vel in exercitationum spiritualium aut congressuum eucharisticorum tempore ...

5. *De Diaconatu, Subdiaconatu et Ordinibus minoribus.*

Utile est, ut videtur, quosdam diaconos eorum ordinis potestates revera exercere posse. Ex quo, Ecclesia vitae supernaturalis fructum capere possit. Plerique diaconi nunc expectando ordinationem sacerdotalem in seminariis inclusi vivunt. Sacramenti Ordinis gratiae non satis exercentur. Ecclesia de eis fructum percipiat praesertim in missionum territoriis. Diaconatus possit conferri catechistis vel fratribus ad administranda quaedam sacramenta (baptismum, eucharistiam) et ad doctrinam catholicam praedicandam.

Diaconus, sacerdotis loco, multa temporalia munera administrare possit (Caritatis et Ecclesiae rerum munera). Sacerdos autem se magis rebus spiritualibus consecrare possit.

Tridentinum Concilium etiam de ordinum minorum restauratione locutus erat.

6. *De iurisdictione et ordinis potestate.*

Optamus ut Oecumenicum Concilium doctrinaliter studeat ordinis potestati et iurisdictionis in Ecclesia ut ostendat utriusque naturam, earum distinctionem et coniunctionem. Sacerdotis est Ecclesiam animare vita ipsa Christi.

Hoc studium etiam lucem porrigat mandato a laicis in Actione Catholica accepto. Actio Catholica laicorum participatio seu collaboratio hierarchico apostolatui est.

7. *De laicatus theologia.*

Quisnam est laicus?

De eius munere in Ecclesia.

De discrimine inter laicorum « sacerdotium regale » (*I Petri* II, 9) et presbyterorum sacerdotium.

8. *De Actione Catholica.*

De Actionis Catholicae definitione et mandato. Voto petimus Actionem Catholicam instaurandam esse inter organismorum internationalium membra; id est UNESCO, FAO, etc.

De societatis ecclesialis, paroecialis, dioecesanae, universae, muneribus ad fidem praesidendam, ad missionarium testimonium dandum. De mulierum promotione.

9. *De Ecclesiae notis.*

Studere magnis Ecclesiae notis, praesertim unitati ad altius exprimendas unionis conditiones cum seiunctis ecclesiis vel christianis.

De sanctitate ab Ecclesia allata.

10. *De Ecclesia et civili societate.*

De Ecclesiae et Societatis civilis munere in quacumque natione.

De Ecclesiae et internationalis societatis, quae nunc fit, munere.

De christianorum officio erga internationalia organisma et universi orbis structurae initia.

De organismorum internationalium muneribus erga humanitatem et omnes nationes.

De divitum nationum erga pauperrimas regiones obligationibus et officiis.

II. *De Sacramentis*

1. *De Baptismo et Confirmatione.*

Studere singulatim characteri his sacramentis impresso et supernaturalibus divitiis a charactere allatis. Nimium saepe character habetur effectus tamtum secundarius gratiae sacramentali coniunctus.

Nonne cogitare possimus de cathechumenatus creatione pro adultis, in missionum territoriis aut regionibus ubi fides deficit. Adultorum baptismi ritus per partes, inter instructionis tempus, administrari possint.

De patrinorum veris muneribus ut ipsi et populus christianus maiorem suorum munerum et obligationum conscientiam habeant. De patrinorum electionis magno momento.

2. *De Paenitentiae Sacramento.*

Aequales aevi nostri quid sit peccatum male intelligunt. Possit Concilium solemniter rursus docere Paenitentiam magnum esse sacramentum pro remissione peccatorum et certamen adversus peccatum.

3. *De Eucharistia, unitatis Sacramento.*

Repetere oportet consilia Sancti Pii X erga puerorum rationis usu assecutorum communionem et frequentis communionis conditiones. Fortiter Concilium renovare possit exhortationes populo christiano ut frequenter se communicet.

De fidelium munere et participatione in oblatione sacrificii.

4. *De Ordinis Sacramento.*

Iam de Ordinis Sacramento simul ac de Ecclesia loquimur.

5. *De Matrimonii Sacramento.*

Matrimonii Sacramentum parum ab Ecclesiae magisterio excussum est doctrinaliter. Nonne venit tempus ad doctrinas theologicas doctorum temporis nostri coordinandas.

III. *De Scriptura Sancta*

Repetere oportet doctrinam in « Divino afflante spiritu » encyclica inclusam. Docere firmiter de inspiratione, de inerrantia, de litterariis generibus.

De Scripturae Sanctae et Traditionis relationibus.

Disciplina Cleri

a) De Officio divino. Bonum est Officii divini obligationis vim restaurare ad repellendas scrupulosas propensiones et praesertim laxas. Optemus Breviarii emendationem persequi, quam iam inchoata est et pro qua animadversiones nostrae expetitae fuerunt. Optemus praecipue lectionum allegoricarum numerum minui quae parum aequalem pietatem nutriunt. Quidam sacerdotes, tarde vocati, minus intelligunt linguam latinam et magnopere laborant ad recitandas in lingua latina Breviarii lectiones quas legentes non intelligunt. Sacerdotum, formatione scientifica tantum eruditorum, numerus verisimile crescet: plerumque male docti erunt lingua latina.

b) Sanctum Concilium experimentis studere possit ad sacerdotalem praesentiam in mundo coaevo strictius inclusam, etiamsi aliquot experimenta calamitosa fuerunt (Sacerdotes operarii).

c) De sacerdotali castitate. Maiores difficultates nunc esse videntur sacerdotibus, qui in saeculo vivunt, propter paganam regionum nostrarum vitam: publicationes cotidianae et hebdomadariae, cinematographica spectacula, televisio ...

Disciplina populi

1. Certamen adversus multorum christianorum materialismum practicum: argenti commoditatumque amorem, egoismum collectivum aut nationale, morum licentiam (divortium), in liberorum educatione mollitiam.

2. Certamen adversus puerorum adultorumque ignorantiam religiosam catechismo, christianis scholis, praedicationibus. Certamen adversus falsas devotiones vel rerum portentosarum studium. De sectarum superstitionumque periculo.

Sacerdotes a parentibus laicisque adiuvari debent. Pueri simul formentur ad christianam disciplinam ac fidei veritatum cognitionem.

3. Hortari oportet christianum populum ad orationem, paenitentiam, ieiunium.

4. Nuper homines omne tempus in arduo labore impendebant. Otio a machinis mox allato, quomodo assuescet homo hoc otio uti ad Dei gloriam et servitium atque ad humanam culturam?

De Liturgia

I. *De Missa*

1. Iam loquimur de concelebratione possibili vel Episcopo una cum sacerdotibus eum circumstantibus in quibusdam solemnitatibus, vel sacerdotibus aliis alia occasione congregatis. Haec concelebratio etiam fieri possit inter ritus diversos ad catholicos rituum latini orientaliumque componendos et altam Missae unitatem demonstrandam. Si haec licentia conceditur, Sancta Sedes exactissima edicta det nobis.

2. Erga Missae liturgiam emendationes iam inchoatas peragi optamus in modo eminenter pastorali. Resumere traditionales formas sine innovandi timore et sine archeologismo.

3. Catechumenorum Missa ordinetur ad verbum Dei praedicandum fidelibus. Optemus ut maior pars detur lectionibus orationibusque in vernacula lingua.

II. *De anno liturgico*

Proprio de tempore pretium amplius reddere oporteat et una cum illo coherens proprium de sanctis paululum efficere.

III. *De caeremoniis pontificalibus*

Simplificare oportet caeremonias pontificales praesertim dedicationum ecclesiarum; tollere quaedam vestimenta pontificalia: fasciam, caligas, et fortasse tunicellas atque chirothecas.

IV. *De indulgentiis*

Indulgentiarum catholicam doctrinam plane exprimere oportet, quae historice cum protestantibus discordiae causae sunt. Dividere simpliciter indulgentias in plenarias et in partiales, non statuendo concessorum numerum dierum, qui fidelibus nihil significant.

V. *De aliis libris liturgicis*

Uti quoque lingua vernacula in sacramentalibus sicut nuper sacramentis oportet. Ergo a Sancta Sede quaeritur ut omnibus libris liturgicis extendatur emendatio quae nuper pro Missa sacramentisque incipit.

DE MAGNIS QUAESTIONIBUS quae ad Ecclesiae actionem pertinent ut salutis opus in orbe terrarum perficiat.

I. *De factis*

1. De tentationibus materialismi.
De marxismo et existentialismo atheo.
De technocratica mundi structura.
2. De mundi unitate et de mutuis inter se commerciis variarum societatum in mundo existentium.
3. De pauperrimis nationibus.
4. De urbium incremento et de nova cultura consequente.

II. *Quomodo debet Ecclesia animarum necessitatibus novis respondere*

1. De perscrutationibus theologicis, pastoralibus et missionariis quae haec facta melius comprehendere sinunt et ad ea Ecclesiae pastoralem actionem melius adaptare.

3. Mores, sensus et consuetudines totis provinciis, nationibus continentibusque communia sunt. Ecclesiam actionem suam pastoralem studere et his ingentibus regionibus aptare nobis bonum videtur.

3. Opiniones, rationes philosophicae sensusque vulgaris erga vitam, ipsa quoque communia sunt nationi vel etiam continenti. Praedicatio Dei verbi et catechesis cogitandae et regendae nobis videntur ut aptae sint ad necessitates harum regionum.

DE QUAESTIONIBUS DIVERSIS

1. De iuridica distinctione inter regiones iuris communis et terras missionum.

Praesens partitio praecipue nititur diversarum romanarum Congregationum competentiis (praesertim Consistorialis Congregationis et de Propaganda Fide Congregationis) neque iam semper quorumdam territoriorum necessitatibus convenit. Id est evidentissimum Tunisiae (in Africa). Est dioecesis Consistoriali Congregationi obnoxia, cum sit ma-

gis magisque missionis territorium. Hoc non unicum in mundo esse debet. Ordinarii dioecesis iura, officia et privilegia territoriorum veteris christianitatis sunt, sed problemata expedienda missionis territoriorum sunt.

2. De theologiae studiis in Seminariis. Oportet theologiam mundo praesenti aptare.

Theologiae thesium « Status quaestionis » non iam aptus est etiam in occidentalibus regionibus.

Commissio theologica ad quaestiones nunc vitales colligendas creanda est. Ita non solum theses, quae nunc edoctae sunt renovandae sunt sed novae theses in lucem exeunt (v. g. theologia laboris, theologia de mulierum munere in civitate etc.).

✠ MAURICIUS PERRIN
Archiepiscopus Carthaginensis

UGANDA

1

Exc.mi P. D. ANGELI TARANTINO

Episcopi Aruaensis (Arua)

Aruae, die 30 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Utrum quae sequuntur ad ea, quae in Concilio Oecumenico tractanda erunt, pertineant necne haud scio; tamen, quia iam septem et viginti annos hic in Uganda ad Catholicum Nomen propagandum adlaboro, ea maximi momenti duco.

1. *Unitatem et Catholicitatem Ecclesiae his etiam in regionibus sedule curandam, servandam, tuendam esse puto.* Mens mea haec est: ne nimis faveatur praxis, quae cuique nationi, quamvis infrequenti ac paucos habenti sacerdotes, sacerdotes et episcopos ex ipsa natione ortos tribuit.

Haec enim praxis, attenta indole ac ingenio populorum Africae, ad duo haud spernenda pericula Ecclesiam Africanam adducere potest: periculum scilicet Ecclesias minoris gradus hic illic instituendi, et periculum institutioni Eclesiarum Nationalium, ut appellant, favendi.

Quod exstet primum periculum, ne scilicet Ecclesiae minoris ordinis creentur, constat ex hoc quod hae nationes tantis tamque multis paganorum moribus vigescunt, ut vita christiana iisdem vitiis ac superstitionibus facile referciatur, nisi externum idque assiduum auxilium suppeditetur, non modo opum sed multo magis sacerdotum et episcoporum.

Quoad alterum periculum nemo est qui non videat studium nationalismi, ut dicunt, iam ex se ubique fragrare. Sequitur ut, nisi catholicitatis ac unitatis ac debitae Romani Pontificis subiectionis sensus excitetur, colatur, ac firmiter teneatur, facile inter has nationes non satis excultas, Ecclesiae nationales efformentur.

Meminisse velim difficultates contra clerum externum atque studium nationale modo ex pravis christifidelibus et ex haud bonis sacerdotibus oriri; bonos autem fideles et bonos sacerdotes Episcopos a Romano Pontifice eligi bene noscere atque eos peramanter accipere ac quoslibet, ex quacumque natione ii sint, sacerdotes sine discrimine audire ac colere.

Optimum sane est sacerdotes et episcopos africanos creari, sed quantum fieri potest ac temporum condiciones id permittunt alius in aliam nationem et tribum mittantur neque sacerdotes et episcopi non africani hic illic omnino desint.

Mens mea fertur ad primaevam et mediam aetatem Ecclesiae tum cum admirabilis vigebat Ecclesiae unitas et catholicitas, tum cum episcopi et sacerdotes alius ex alia natione, nullo discrimine facto, sumebantur.

3. *Ad Catholicitatem et Unitatem Ecclesiae multum confert sermo Latinus.* Non est hic locus rationes, quibus usui huius magni momenti linguae favendum est, enumerandi. Huius ergo linguae studio Sacrorum Alumni diligenti cura operam navent ac optandum est ne Ecclesia nimis faveat iis qui in Actionibus Liturgicis sermonibus vulgaribus uti volunt.

3. *Catholici Africae Orientalis Britannicae Universitate Catholica omnino indigent.* Iam diu de eo excogitatur, sed admodum nihil actum. Cum Africani haud multis opibus florescant externo auxilo omnes niti debent.

Urget opus: quaelibet dilatio in futurae aetatis damnum vertit. Cum excultorum hominum mentes et corda perventuntur, ardior fit conversio.

Haec quae menti meae modo occurrunt atque instant; de quibus si quid Concilium decreverit magno me gaudio afficiet.

Dignetur Eminentia Vestra obsequium humillimi servi accipere.

✠ ANGELUS TARANTINO
Episcopus Aruaensis

2

EXC.MI P. D. IOANNIS B. CESANA
Episcopi Guluensis (Gulu)

Gulu, die 15 septembris 1959

Eminentissime Domine,

Pergrate litteras accepi quibus de instituta Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico certior factus sum, cui ex voluntate Sanctitatis Suae propositiones et vota episcoporum mittenda sunt.

Huic Sanctitatis Suae desiderio satisfaciens his litteris includo propositiones quasdam, quae iudicio habito peritorum virorum ecclesiasticorum, consideratione dignae visae sunt.

Futurum Oecumenicum Concilium magnae utilitatis futurum esse pro Sancta Ecclesia ac pro unione Christianorum dissidentium valde confido et enixe Deum cum sacerdotibus, religiosis et christifidelibus Dioeceseos Guluensis adprecor.

Hanc occasionem libentissime nactus Eminentiae Tuae Rev.mae devotos animi sensus profiteor.

Eminentiae Tuae Rev.mae
Addictissimus in Christo
✠ IOANNES B. CESANA
Episcopus Guluensis

I. *Quoad doctrinam*

1. Ut modo simplici ad populi captum accomodato, quasi in syllabum colligantur, ita ut in Dioecesanis Catechismis includi possint:

— doctrina socialis Ecclesiae cui opponantur errores communismi, qui authentice damnentur;

— doctrina de Corpore Christi mystico relate ad Ecclesiam, ad singulos fideles, ad vitam gratiae, ad fraternitatem inter homines fovendam.

2. Dogma definiatur de B. M. V. omnium gratiarum Mediatrice et Corredemptrice.

4. Moderni errores damnentur: immanentismi, phenomenismi, idealismi, existentialismi.

4. Praescribatur in omnibus Seminariis pro clericis et religiosis studium philosophiae thomisticae secundum 24 theses fundamentales ad normam decretorum S. C. pro Seminariis (3 augusti 1914) et Benedicti XV (7 martii 1916).

5. In exponenda catholica veritate sive fidelibus, sive in scholis catholicis ne plus aequo opus insumatur in explicandis erroribus adversariorum.

Praestabit clare et solide exponere ipsam veritatem et vim traditionis millenariae sive historicae, sive ecclesiasticae.

II. *In Re Liturgica*

1. Ut participatio populi christiani liturgicis actibus et speciatim Sacrosancto Missae Sacrificio magis ac magis foveatur.

Ad hunc finem omnia adoptentur quae hominibus huius nostrae aetatis hoc divinum mysterium magis ac magis intelligibile reddant; ac participatio christifidelium Missae Sacrificio pressius determinetur.

Quid si occasione magnarum festivitatum Ordinariis cuiuscumque regionis daretur facultas aliquid introducendi ad modum liturgiae Dominicae Palmarum?

2. Ut Breviarium Divini Officii ad orationem sacerdotis et animae refectionem magis inserviat, fortasse iuvabit si:

— in privata recitatione simpliciores reddantur partes quae choralem recitationem supponunt;

— lectiones revideantur quae in historica veritate minus fundantur ac quae ex Antiquo Testamento vel ex commentariis Patrum parum ad pietatem inserviunt;

— nimia differentia reducatur inter officia duplicia et simplicia.

3. Ut nomen S. Ioseph in Canone post nomen B. M. V. inseratur, sicut in Litaniis Sanctorum insertum est.

III. *In Re Morali et Canonica*

1. Dantur quaestiones morales et canonicae quae iam diu disputantur ab auctoribus, qui mire in diversas abeunt sententias; e. g. in materia de iustitia, si quis grave damnum ex levi negligentia commisit, a quibusdam obligatur ad totum sub gravi, ab aliis ad totum sub levi, ab aliis ad nihil restituendum obligatur. Nonne haec mira discrepantia despectum ingerit in sacras disciplinas?

Ad dignitatem divinae et ecclesiasticae legis tuendam, fortasse iuvabit si:

— quaestiones canonicae a tempore iam disputatae authentice definiantur;

— quaestiones morales si absolute definire non convenit, a S. Poenitentiaria detur aliqua indicatio in naturali aequitate vel positivo iure fundata quae pro praxi inserviat.

2. Valde optandum est ut canonica legislatio simplicior reddatur:

— circa reservationem peccatorum ratione sui, cum implexis casibus exceptis pro eorum absolutione (cap. II, l. III, pars I, *C.I.C.;* cann. 893-900); fortasse iuvabit si haec materia cum reservatione censurarum conformetur et earum absolutione in casu urgentiore et in periculo mortis (cann. 2245-2254);

— circa amovibilitatem parochorum et processus ad removendos parochos inamovibiles et amovibiles (cann. 2147-2162);

— circa confessarios religiosarum, ita ut remaneat praescriptio confessarii ordinarii et extraordinarii, sed tantum ad liceitatem (can. 518 sq.).

IV. *De ecclesiastica disciplina*

1. Magis ac magis edoceatur ac definiatur potestas episcoporum sive iurisdictionis sive magisterii sive in administrandis sacramentis; praesertim:

— relate ad obtinendam ampliorem cooperationem in cura animarum ex parte religiosorum exemptorum, quorum activitas coordinari debet ac promoveri secundum indicationes Ordinarii loci;

— relate ad activitatem laicorum, qui semper in rebus fidei, morum et disciplinae christianae praescriptis Episcoporum parere debent;

— valde optandum est ut, instituto incardinationis et excardinationis manente, modus inveniatur, quo dioeceses et nationes quae sacerdotibus abundant, dioecesibus et nationibus indigentibus commodent sacerdotes sive saeculares sive religiosos.

2. Episcopi et Ordinarii omnes, cum in Missionibus indigena Hie-

rarchia constituitur, convenit fortasse ut de eodem continente vel natione eligantur, sed non de propria dioecesi, sicut nec sacerdotes de eadem tribu.

3. Nulla videtur practica utilitas pro Missionibus in introducendis diaconis coniugatis vel saecularibus, ut passim improprie aiunt; magis proderunt boni catechistae in scientia religiosa edocti ac apostolico zelo imbuti.

Forsitan in extraordinariis quibusdam adiunctis possit concedi alicui optimo religioso viro facultas administrandi Communionem sibi et fidelibus qui actuali praesentia sacerdotis carent.

4. Quid si modus inveniatur pro admittendis ad sacramenta more laicorum sacerdotibus lapsis de quibus nulla speratur ad munia sacerdotalia conversio?

V. *De Propaganda Fide*

Hoc ingens opus, quod in dies fit amplius et difficilius, videtur relictum insufficientibus laboribus paucorum. Opportunum videtur:

1. Ut alte definiatur obligatio omnium fidelium, clericorum, religiosorum et maxime Episcoporum, quatenus sunt membra mystici Christi corporis, efficaciter cooperandi ad conversionem infidelium.

2. Pressius definiatur ratio ac novi modi inveniantur et urgeantur, quibus Episcopi, clerici, religiosi et christifideles in hoc opere cooperari debeant; praesertim omnia media adhiberi debent quae ad multiplicandos evangelii operarios inserviant, sive saeculares sive religiosae.

3. Speciatim considerandum esse videtur problema de convertendis macometanis ac media proponenda, si quae adesse videantur.

✠ IOANNES B. CESANA
Episcopus Guluensis

3

EXC.MI P. D. VINCENTII BILLINGTON
Episcopi Kampalaënsis (Kampala)

Kampala, die 3 octobris 1959

Eminentissime Domine,

Cum litterae tuae (Prot. N. I C/59-662) nos invitassent ut pro Concilio Oecumenico argumentis apparandis animum patefaceremus haec proponere fas sit.

1. Cum spiritum abnegationis Ecclesiae Christi omnino necessarium

esse manifestum sit, illumque non solum inter laicos, sed etiam sacerdotes in dies minui videatur, vehementer desiderandum ut a Concilii Patribus deliberetur, quibus mediis ille spiritus in Ecclesia revivisci possit.

2. Usque adhuc ad normam can. 1251 pro regula habebatur ut diebus ieiunii tantum quoad qualitatem probata locorum consuetudo observaretur; pro necessitudine tamen permultorum christianorum suaderi videtur ut quoad quantitatem tantum non autem quoad qualitatem in sumendis cibis restringantur.

3. Desiderandum ut Ecclesiae lege sanciatur ut celebrationem matrimonii cristiani dies ieiunii praecedat.

4. Suadendum videtur ut defectus natalium legitimorum non amplius ut impedimentum habeatur quominus pueri in seminarium et inde ad ordines admittantur.

5. Cum multis in foliis usus in Sacra Liturgia linguae vernaculae defendatur huic in Evangelio et Epistula tantum favemus.

6. Expedire puto praeceptum S. Eucharistiae sumendae etiam tempore Adventus vel die Nativitatis D. N. I. C. obligare.

7. Desiderandum ut S. Concilium de normis deliberet, quae cooperationem inter catholicos aliosque christianos regant, imprimis quoad preces recitandas vel cantus sacros concinendos.

8. Ecclesia acatholicos baptizatos in contrahendo matrimonio nullo modo ad formam certam adstringit tum cum inter se tum cum non baptizatis contrahunt.

Estne tenendum talia matrimonia quoad validitatem nullo modo lege civili vel consuetudine vel etiam auctoritate sectaria regi, quamvis matrimonium natura publici res momenti sit.

Fervens est votum nostrum ut quae Pastori summo amato cordi sunt Concilio obtineantur.

Interim S. Purpuram deosculatur,

Eminentiae Tuae humillimus servus

✠ VINCENTIUS BILLINGTON
Episcopus Kampalaënsis

4

EXC.MI P. D. IOSEPHI KIWANUKA

Episcopi Masakaënsis (Masaka)

Masaka, die 25 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Mihi pergratum est Eminentiae Vestrae significare ad me bene pervenisse Vestras circulares litteras diei 18 iunii 1959, quibus rogabantur Reverendissimi Episcopi communicare eidem Vestrae Eminentiae omni cum libertate et sinceritate animadversiones, consilia et vota de rebus et argumentis quae in futuro Concilio Oecumenico tractari possunt.

Quoniam vero hoc honorificum opus rebar ad solos sapientissimos eruditissimosque pertinere istis litteris nullam responsionem repensavi.

Ex litteris tantum diei 21 marti 1960 bene collegi vel meas quantulascumque opiniones et animadversiones in praeparando Concilio Oecumenico pro bono Ecclesiae requiri. Quapropter omni cum sinceritate promam ea quae videantur multorum digna consideratione: nempe

a) de pietate Clericorum saecularium,

b) de habitu tum Sacerdotum missionariorum quam saecularium,

c) de ignorantia Catholicae Religionis in christianis.

De pietate Clericorum saecularium

Cum, ut docet Salvator noster, Sacerdotes sint lumen mundi et sal terrae, pietas seu sanctitas in eorum vita et ministerio est maximi momenti, indispensabilisque necessitatis, eius enim adiutorio vita vivunt Christi, huiusque consortio tam abunde fruuntur, ut unusquisque eorum veraciter dicere possit: « Vivo iam non ego, vivit vero in me Christus ». Ideoque tali pietate suffulti legatione Domini digne fructuoseque funguntur.

Sancta Mater Ecclesia probe noscens utilitatem necessitatemque pietatis in Clericis multas edidit directivas normas spectantes ad eiusdem praxim tum prioribus annis qui praecedunt illorum sacerdotio, cum sequentibus annis, id est post eorum sacerdotium, ut reperire est passim in *Codice Iuris Canonici.* Quae tamen normae non videntur tantis pollere vi et evidentia quibus Saeculares sacerdotes satis convincantur, arbitrenturque pietatem seu sanctitatem in vita sacerdotali primas habere partes, unde fit ut plures eorum sese totos ita applicent devoveantque

externis ministeriis apostolicis v. g. praeparationi conferentiarum vel sermonum, visitationibus pastoralibus etc. ut vix, praeter posteriorem, exercitia spiritualia apud ipsos inveniant locum.

Mihi semper quaerenti quae sit causa huius sinistrae rationis agendi, occurrit quod in Seminariis eorum, qui praesunt operi educationis alumnorum, tota mens et voluntas tenditur ad eorumdem culturam intellectulem, moralem et socialem. Necnon aliter se habet mens Episcoporum (can. 1366). Cultura vero vitae interioris, prout deberet, non videtur clare, exemplo sit can. 1367 n. 5 cuius hoc est decretum « semel saltem in Hebdomada (alumni Seminarii) adsint instructioni de rebus spiritualibus, quae pia exhortatione claudatur ».

Quamvis extent Sancti Pii X Maximi Pontificis Litterae Encyclicae et Ioannis XXIII Summi Pontificis feliciter regnantis, quas tempore anni recessus meis Sacerdotibus explicavi, quarumque exemplaria unicuique eorum gratis tribui, aliquid tamen videtur adhuc desiderari ad inducendum plures Sacerdotes ut vere credant vitam interiorem seu sanctitatem personalem esse fulcimentum animamque apostolici ministerii. Quae difficultas inde venit quod primordiae ut paulo superius iam dictum est, educationis tempore in Seminariis habuerunt magistros qui ipsis inculcarent studium Theologiae Dogmaticae, Moralis et Socialis, magisquam lectiones rerum vitae spiritualis. Ideo, emenso studiorum curriculo, Sacerdotes facile diligunt Theologiam Dogmaticam et Moralem, libros vero spirituales, Summorumque Pontificum Encyclicas, equidem diurna volvunt manu, sine tamen aequali aviditate. Hoc longa experientia annorum viginti mei episcopatus probe cognosco.

Quamquam ista mea sententia forte non pertinet ad ea de quibus Concilium Oecumenicum agere debet, mihi tamen praebet occasionem facultatemque promendi votum meum quod aliter non possem. Ideo maxime rogaverim ut pro Clero saeculari utpote Religiosorum novitiatu carenti:

a) Ut ex professo pietas seu Theologia ascetica in omnibus Seminariis habeatur ut studiorum materia, doceaturque a magistris efficientibus non secus ac ipsa Theologia vel Philosophia.

b) Ut eadem materia sit recognita in Universitatibus, et studiosi qui eam probe sciunt laurea doctorali, seu gradibus academicis decorentur.

c) Ut omnes scientiae quae in Seminariis docentur ita tractentur ut redoleant pietate, quo facilius Sacerdotes saeculares hinc inde imbuantur aestimatione desiderioque vitae interioris.

d) Ut in quavis Dioecesi eligatur instituaturque sacerdos idoneus, qui fungatur opere magistri spiritualis cuius erit, nomine Ordinarii,

invigilare quomodo custodiatur, enutriatur subcrescatque sacerdotum vita interior.

Ea agendi ratione, ut reor, vigorosiores convictiones appretiationesque vitae spiritualis in eis exstabunt.

De habitu tum Sacerdotum saecularium tum missionariorum

Equidem secundum can. 136, § 1, omnes Clerici decentem habitum deferre debent, attamen, quod dolendum est, plures sacerdotes seu Missionarii ex Europa vel America, erronee autumantes Orientalem Africam calere quam maxime, et Africanos omnes adhuc esse barbaros vestimentisque carere, utuntur femoralibus omnino brevibus seu decurtis, et induti subtilibus atque levibus indusiis sese praebent populo, non sine multorum stupefactione, ne dicam, scandalo.

Quid effari possit de variatione habituum quae exstat in territoriis britannicis? Ibi enim sacerdotes vestibus se tegunt more Protestantium pastorum cum diversitate coloris texturae, ex tali indecentia habitus graves homines Christiani suffunduntur rubore. Praeterea, quoniam Sacerdotes seu Missionarii taliter vestiti magna cum difficultate a laicis discernuntur, data occasione, procedunt quo volunt, atque ubi volunt habitant non sine ignominia et periculo clericalis status. Et quod est peius, Africani sacerdotes a praedictis Missionaris condocefacti vel eruditi, iuxta effatum « qualis pater talis filius », suorum tenentes vestigia magistrorum, similibusque induti multicoloribus ac levibus vestimentis ita procedunt ut minime distinguantur ab Anglicanis pastoribus, expectantibus ubique status clericalis periculis.

Sane can. 136, § 1, Clericos iubet decentem habitum ecclesiasticum secundum legitimas locorum consuetudines deferre, sed, ut paulo superius visum est, inceptae consuetudines nedum deceant, ruborem statui clericali progignunt. Insuper cum et ipsi Excellentissimi Episcopi seu locorum Ordinarii sese haud secus quam sacerdotes induant, eis est impossibile de procurando habitu decenti edere praescripta.

Ideo enixe rogaverim, ut, procul reiecto praetextu caloris paupertatisque indigenarum, qui se, forte, non optime vestibus obtegunt, in quovis territorio praescribatur habitus clericalis uniformitas, neve permittatur Clericos uti vestibus decurtatis, levibus transparentibusve.

In Africa Orientali, cum cultus capillorum psychologice internas tendentias seu inclinationes, et saepe non bonas, indicet, cumque sacerdotes Africani non contenti simplice capillorum cultu, longius procedant, non sine periculo tonsurae, melius foret, procul dubio, si pro om-

nibus Clericis uniformitas capillorum iniungatur. Cumque nulla existat ratio non gestandi clericalem coronam, utiliter praescribatur indigenis et exteris sacerdotibus tonsura.

De ignorantia Religionis

His episcopatus mei viginti annis veritatem effati « Omnia mutantur et nos cum eis », plene comperi, nam mutationes plures variaeque ita sunt factae ut Uganda, immo et ipsa Africa Orientalis, videatur nova. Sed maximas gratias Deo ago quod istae diversae vicissitudines sese agglomerant, generaliter loquendo, sine detrimento Fidei, sese enim occumulantibus mutationibus mundanis, Fides in multis remanet firma — quo fit ut omnes in articulo mortis, licet tempore vitae Religionis praxi valedixerint, vel ad falsam sectam deviaverint, cupiant more christiano mori sepelirique.

Sed multum angor, quod ignorantia Religionis in multis hominibus succrescit ita ut timeam ne plures in Africa sensim et sine sensu ad pristinas vanas superstitiones redeant, eo quod neophyti divina profanis facile miscent, et soli Catholici puram Religionem colunt, sed Protestantes vel alii asseclae diversarum sectarum, religionem profitentur ore et nomine tenus, sed moribus vivunt infidelium seu plenis demoniacis superstitionibus. Quoniam vero Protestantes aliique se iactitant more pristinorum patrum vitam agere, Catholici, ne inculpentur a patrinis ritibus discrepare, tum ignorantia tum malitia adducti saepe illos imitantur.

Sane quidam mores seu ritus tolerari possunt, quidam vero nullo modo, eo maxime quod in se mali videantur. Sapientis enim et experti esset discernere quinam convenire Catholicae Fidei possint vel quinam non possint.

Praeter ea quae iam dixi, adest instantia mea quotidiana scilicet sollicitudo quomodo adimpleam officium mihi a Domino Iesu iniunctum sequentibus verbis « Euntes docete omnes gentes, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis ».

Docete

Licet catechistica instructio, quae est basis Religionis, ubique in mea Dioecesi vigeat, animas generationis novae seu iuventus videtur omnino difficile imbuere Religione ob varias et recentes distractiones quae mentes novitatum avidas hinc illuc distendunt.

Attamen iterum atque iterum commendavi meis Sacerdotibus cate-

chisticam instructionem, instruendi methodum indagavi, ad exteras gentes misi ex eis quosdam qui speciali modo erudirentur scientia catechistica, Reverendum Patrem Hoffinger S. I., cuius conferentiis catechisticis plures sacerdotes una cum Seminarii alumnis adfuerunt, laeti recepimus, illeque rogatus ut benigne vellet ad nos citius redire, annuit libenter.

Ast, tantus meus conatus non rependit mihi satis, timeo quippe ne Fides Christianorum, utpote non radicitus inculcata animis, minor sit ingruentibus periculis et scandalis, videaturque superficialis; quamvis mei sacerdotes catechistaeque omnem opem adhibeant ad lectiones catechisticas dandas.

Curandum igitur, ut prius dixi, ut pietas seu sanctitas quae supplet omnia, et ipsa nullo modo suppletur, in sacerdotum vita vigeat, quia pietas ad omnia utilis est.

Docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis

Alia sollicitudo nostra est ut Familiae Christifidelium sint omnimode christianae, eademque ratione iuventus educetur et ut ad hoc obtineatur facilius virescit Catholica Actio, eliguntur instituunturque duces qui verbo et opere caeteros trahant annectantque ad Christum Dominum. Ex eis ordinationibus iam multi enati sunt fructus boni, qui omnes non ad aliud requiruntur quam quod ut vita christiana inducatur in omnem Christifidelium rationem agendi, namque ad hoc nempe ad pietatem cunctae, quas instituimus organisationes tendunt, quae pietas seu sanctitas cum longe viguerit in sacerdotibus, necessario redundabit in christianis ut « vitam habeant et abundantius habeant ».

Hae sunt meae animadversiones, seu sententiae quas sincere, ut petitum est, Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico, praebeo, istas enim reor, si opere adimpleantur, magno emolumento fore toti Ecclesiae Dei.

Omni quo par est obsequio Eminentiam Vestram prosequor, meque profiteor

Eminentiae Vestrae Altissimae
Addictissimum in Christo

✠ IOSEPH KIWANUKA
Episcopus Masakaënsis

5

Exc.mi P. D. IOANNIS M. OGEZ

Episcopi Mbararaënsis (Mbarara)

Mbararae, die 20 augusti 1959

Introductio

Maxima sollicitudo Ecclesiae Africanae hisce diebus minus ad propagationem religionis christianae quam ad eius conservationem spectat, quomodo scilicet fructus quos praedicatio iam obtinuit, conservare et consolidare poterit.

Haec difficultas est arduissima et solutione indiget urgentissima. Est arduissima, quia operarii pauci, dum plus requiruntur quam antea. Plures enim sacerdotes requiruntur ad conservandos tot christianos quam ad baptizandum infideles. Media perseverantiae, praesertim frequens receptio sacramentorum valde difficilia redduntur, tum magnis in Africa distantiis percurrendis, tum sacerdotum raritate. Penuria sacerdotum famem sacramentorum causat, qua vita christiana debilitatur.

Insuper evolutio recens Africanorum et excitata conscientia politica nova ponunt problemata in ordine spirituali; prosperitas quoque materialis, cum omnibus consectariis suis, spiritum materialisticum et mundanum generat.

Haec celerrima evolutio et mutata rerum conditio urgentissimam exigit adaptationem, praesertim in facie periculi communismi, qui magis ac magis Africanos insidiatur. Maxime vitanda est inanimadversio de celeritate et de intensitate evolutionis Africae. Licet optimae prudentiae sit de tempore futuro curare, si nunc nimis de futuro curetur, praesens perditur. Si nunc de futuro plus curetur quam de praesenti, nullum erit futurum.

Quae cum ita sint, nobis liceat Patribus Concilii Oecumenici aliqua media vel remedia suggerere ad salvandam Ecclesiam Africanam et quidem:

quoad penuriam sacerdotum proponimus, ut institutio populi christiani promoveatur, tum per educationem et promotionem catechistarum (de quibus in Capite Primo), tum per educationem liturgicam fidelium in genere, per usum autem linguae vernaculae in Missa Catechumenorum in casu (de quo agetur in Capite Altero). Etiam proponimus, ut Congregationes Missionariorum sese novis adaptent circum-

stantiis, tum per renovationem methodorum, quibus pro « propaganda » utuntur (Caput Tertium), tum per strictam applicationem Decretorum Romanorum, praesertim quoad relationes inter Superiores Maiores Congregationum illarum et Ordinarios loci (Caput Quartum);

quoad evolutionem materialem tamquam remedia proponimus, primo, ut clerus in terris missionum omnes leges sociales Ecclesiae applicet (Caput V) utque idem clerus, tam extraneus quam indigena, paupertatem evangelicam stricte observet (Caput VI); iterum, ut Ecclesia Romana educationi ducum Catholicorum provideat (Caput VI).

De quibus omnibus iam nunc fusius agendum est.

Caput I

De educatione catechistarum statusque eorum promotione

Hi agitur, non de necessitate institutionis religiosae pro magistris religionis, communiter catechistis dictis, quia patet, sed de methodo practico educationis doctrinalis et moralis catechistarum. Quae educatio multis in locis ita imperfecta et insufficiens remanet, ut catechistae non solum ad religionem edocendam, sed adhuc plus ad eam defendendam incapaces sint. His temporibus, plus quam praeteritis, necesse est, ut earum educatio sit qualitatis superioris, longioris durationis, schema sequens logicum et progressivum, examinibus probata.

Huc autem occurrunt plures difficultates. Primo, quoad eorum educationem doctrinalem: si aspirantes per aliquod tempus in aliqua schola vel collegio vel seminario instruantur, valde timendum est, ne cito, studiis completis, officium suum relinquant et ad occupationes quaestuosiores se vertant. Ergo videtur quod non in schola speciali, sed potius in aliqua paroecia pro certis simul paroeciis cursus pro catechistis habeantur. Deinde: praeparatio et organizatio educationis catechistarum studia et opera et reditus requirunt, quae in multis dioecesibus desunt.

Ideo proponimus, ut *Institutum Centrale* fundetur, sive pro tota Africa, sive pro parte tantum, cuius Instituti erit catechismum elaborare pro catechistis necnon syllabum pro eorum educatione. In omnibus dioecesibus sacerdos inveniri potest, qui catechismum hunc et syllabum in linguam vernaculam tradat seseque catechistarum educationi consecret.

Ut autem formationi spirituali catechistarum melius provideatur, aliquod « noviciatum » facere debent, in cuius fine sollemnem promissionem emittant, qua in speciali statu se ponant et aliquomodo clericis aequiparentur. Quae promissio eis obligationem imponeret ad specialem vitae christianae regulam observandam itaque vita spiritualis catechi-

starum caveretur. Quam regulam in « noviciatu » exerceant nec ad officium catechistae admittendi erunt qui eiusdem in noviciatu incapaces sese ostenderint.

Etiam propono, licet cautissime, ut maiores facultates eis dentur, ut essent custodia SS. Sacramenti eiusque distributio fidelibus. Forte ad ordinem *Diaconatus* promoveri poterunt, ut ita ritualiter docere et baptizare necnon S. Communionem distribuere valeant. Hanc innovationem autem, ut experimentum tantum ad tempus propono, tamdiu scilicet quam sacerdotes ad omnem curam animarum non sufficiunt. (Notandum tamen idem experimentum sacerdotibus supplementum laboris imponere, nam in sacellis catechistarum saepius sacram celebrare debebunt).

Statum clericalem et Diaconatum pro catechistis etiam nuptis praeferimus matrimonio sacerdotum, quia si sacerdotibus liceret matrimonium inire, multi qui huius vocationis et indigni et incapaces sunt, hanc dignitatem propter exteriorem gloriam sibi desiderarent, quo sublimi statui sacerdotali maxima iniuria inferretur.

Caput II

De usu linguae vernaculae in Missa catechumenorum

Votum proponimus ut Missa Catechumenorum in lingua vernacula dici possit, quia non solum christifideles Missam audientes linguam latinam ignorant, sed nonnumquam sacerdotem alterum, qui preces et lectiones a primo sacerdote in altari lectas, in linguam vernaculam tradit, tamquam sacerdotem principalem habent. Quod vitari potest, si sacerdos lingua vernacula uti possit, saltem in Missa Catechumenorum.

Ita participatio fidelium in Missae sacrificio multo melior evadet, qua et educatio eorum et devotio crescent.

Caput III

De adaptatione et renovatione methodorum de propaganda dictarum quibus Missionarii in metropoli utuntur

Methodi, quas Congregationes Missionariorum in metropoli adhibent, sive ad vocationes excitandas, sive ad reditus comparandos, multiplici defectu laborant: media quibus utuntur missionarii « propagandistae » ut vocantur (v. g. « films », « slides », conferentiae, etc.) non amplius efficaciter animos movent; et Congregationes Missionariae pecunia carent ut inventionibus modernis uti possint, ut sunt televisio, radio, cinema aliaque. Insuper methodi hodie vigentes nimium nume-

rum sacerdotum in metropoli retinent et ab eis regiones missionum privant. Quot sacerdotes Congregationum diversarum, qui nunc per urbes et vicos metropolis ambulant, in regionibus infidelium laborare possent. Et quantum pecuniae, a fidelibus pro Africae conversione datae, domi remanet ad alendos propagandistas, ad domus emendas et reficiendas etc. Nonne oporteret, ut omnia dona *directe* ad Africae conversionem adhiberentur secundum intentionem donatorum, parte quam minima tantum pro operibus domesticis retenta?

Obiciat quis, omnes illos homines, omnia illa opera necessaria esse, ut necessitatibus futuris Congregationum et Missionum provideatur. Cui respondebo quod dixi de urgentia totius huius Africae problematis: praesentia futuris praehabenda esse; quae usque adhuc de providentia et prudentia fuere, non amplius ut talia considerari posse; si difficultatibus praesentibus non in praesenti solutionem demus, nos et praesens et futurum perdituros esse.

Sed solutionem practicam proponere volumus, qua efficacitas operum propagandistarum promoveatur, sumptus autem necessarii ad minimum reducantur. Simul *Votum* emittimus, ut S. Congregatio de Propaganda Fide conatus omnes diversarum Congregationum adunet in uno *Officio* speciali, quod per omnia media moderna (televisio, radio, prelum) amorem missionum in cordibus fidelium infundat et omnes reditus pro missionibus datos colligat et inter diversas Congregationes et Missiones distribuat. Sumptus ad hoc requisiti certo multo minores erunt quam totalitas sumptorum, qui nunc in Congregationibus Missionariorum simul sumptis pro propaganda solvuntur.

Efficacitas igitur talis Officii evidens est: homines multo plures mediis multo perfectioribus attingere poterit; sacerdotes pauciores domi remanere debebunt; pauciores quoque sumptus erunt. Ita fiet, ut numerus missionariorum in metropoli degentium minuatur, in Africa autem laborantium augeatur. Hoc etiam indirecte penuriam sacerdotum corriget: maior enim numerus sacerdotum missionariorum numerum paroeciarum in Africa augebit; maior autem numerus paroeciarum plures vocationes generabit. Itaque Africanorum conversio, a sacerdotibus extraneis inchoata, ab indigenis, utpote suos melius cognoscentibus, complebitur.

Caput IV

De relationibus inter Congregationes Missionariorum et Ordinarios loci

Penuria sacerdotum administrationem dioecesis valde difficilem reddit. Id quod onus hoc Episcoporum alleviare et penuriae sacerdotum, saltem partialiter, mederi potest, est *strictior applicatio regularum,* quas

Codex I. C. necnon Instructio S. Congregationis de Propaganda Fide anno 1929 edita, de relationibus Congregationum Missionariorum cum Ordinariis loci statuerunt. In quibus potestas Ordinarii respectu missionariorum regularium in sua dioecesi laborantium clare exponitur; affirmant, in casu conflictus inter Superiores dictarum Congregationum et Ordinarium, huius decisionem super illorum praevalere.

In praxi autem Superiores Maiores Congregationum Missionariorum etiam nunc facultatibus praediti sunt, quibus auctoritas Ordinarii in administratione suae dioecesis valde impeditur. Ita missionarios revocare possunt « ad nutum », Ordinario nullomodo consulto nullisque eidem datis rationibus. (Episcopus quidam, qui tali modo agendi sese opposuisset, « punitus » fuit, ut ipsi novimus, et a distributione sacerdotum nuper ordinatorum exclusus). Talis status rerum operibus Ecclesiae plus nocere quam favere videtur. Quomodo enim Ordinarius dioecesis suae necessitatibus providere poterit, si sacerdotes sui, plerumque diversis missionis operibus praepositi, subito revocari possint?

Ideo *Votum* proponimus, ut auctoritas Ordinarii magis Decretis Romanis protegatur.

In particulari, ut Ordinarius efficaciter necessitatibus suae dioecesis providere possit, suggerimus ut Superiores Maiores cum Ordinariis loci *contractum* ineant, quo durante missionari alicui dioecesi adscripti revocari nequeant, nisi ex gravi causa et de consensu Ordinarii.

Caput V

De doctrina sociali Ecclesiae in missionibus applicanda

Ne evolutio materialis Africanorum animabus noceat, tamquam remedium praeventivum proponimus, ut missionarii leges sociales Ecclesiae integre observent.

Numquam forte, attento periculo communismi, magis quam nunc necessarium fuit, ut Ecclesia testimonium suum de rebus socialibus actibus plus quam verbis probet. Omnino necesse est ut, qui Ecclesiam repraesentant, in omnibus iuxta doctrinam socialem SS. Pontificum, exemplum iustitiae socialis praebeant. Nunc tempus est, ut missionarii principia haec applicent in operibus quae dirigunt, ut typis, plantationibus, officinis. Etiamsi missionarii haec opera materialia perficiunt eo solo proposito ut reditus comparentur, quibus ecclesias et scholas aedificare aliosque sumptus missionis solvere possint, nihilominus cavere debent, ne in eis unice intendant ad pecuniam quam maximam faciendam; sed omnibus operariis suis, etiam domesticis, non solum iustam

mercedem dent et de eorum conditione materiali curent, sed etiam alia capiant consilia, v. g. introductionem mercedis familiaris, si nondum existat, necnon contractus de mercede debita in casu dimissionis, morbi, senectutis.

Quod hic intenditur hoc est: ut Ecclesia Catholica initiativam habeat innovationum socialium, ita ut omnibus patet eam esse, non communismum, quae homines salvare possit.

Votum ergo nostrum hoc: ut Patres Concilii Generalis, auctoritate sua, sub suprema auctoritate S. Pontificis, doctrinam socialem Ecclesiae etiam in terris missionum fortiter imponant.

Caput VI

De paupertate cleri in terris missionum

Iisdem rationibus ac in Capite praecedenti necesse est, ut sacerdotes omnes paupertatem evangelicam observent. Quomodo enim sacerdotes, etiam zelo magno et officio praediti, quorum vita vero multo ditior apparet quam populi quem docent, spiritum communismi efficaciter oppugnare poterunt? Oportet igitur, ut conditioni eorum magis se conforment.

Quod valet non tantum de sacerdotibus extraneis, sed etiam de indigenis. Atque sunt sacerdotes indigenae, quibus sint fundus vel pecus, et proinde agricolarum et pastorum opera utantur. Si, in his omnibus, conditiones morales et sociales non observant, facile ansam praebent propagationi communismi. Quapropter hoc

Votum emittimus, ut Patres Concilii Generalis necessitatem paupertatis cleri catholici affirment eamque omnibus sacerdotibus in terris missionum tamquam obligationem imponant.

Caput VII

De educatione catholica ducum politicorum

Nemo est qui non videat momentum educationis eorum, qui ad rem publicam gubernandam et regendam destinentur.

Vide communistas: hodiernis diebus circiter tria milia Africanorum in regionibus communistarum se studiis dant.

Num minus pro iuvenibus nostris faciemus quam communistae pro suis? Unde hoc

Votum: Ut Ecclesia Catholica educationem ducum catholicorum om-

nimodo promoveat, etiam per creationem novi *Operis Pontificii,* cuius erit res necessarias procurare iis, qui principia sociologiae catholicae in societate moderna defensuri sunt, ut propria studia valeant, quin periculis animae succumbant. Et

Proponimus: Ut *institutum intellectuale* erigatur, quod futuros duces politicos catholicos in omni re politica, sociali, oeconomica erudiat.

✠ IOANNES M. OGEZ
Episcopus Mbararaënsis

6

EXC.MI P. D. LUDOVICI I. CABANA
Archiepiscopi Rubagaënsis (Rubaga)

Mengo, 12 août 1959

Eminence Révérendissime,

J'ai l'honneur de faire parvenir à Votre Eminence Révérendissime, les *Vota* de l'Archidiocèse de Rubaga, Uganda, Est Africain, pour la Commission Pontificale préparatoire au Concile œcuménique.

Je regrette de n'avoir pas eu plus de temps, pour préparer toutes ces questions proposées.

Daignez agréer, Eminentissime Seigneur, l'hommage de profond respect, avec lequel j'ai l'honneur d'être de Votre Eminence Révérendissime, le très humble et très obéissant serviteur.

✠ LOUIS J. CABANA
Archevêque de Rubaga

1. Possibilitas Diaconatus pro aliquibus hominibus, educatione spirituali, theologica moralique serio protracta, qui penuriae sacerdotum supplere possint, baptizando, praedicando, distribuendoque sacramento Eucharistiae, sive in ecclesia principali sive in aliis, ubi magna fidelium copia adest.

2. Quaestionibus, difficultatibusque magni momenti nunc vigentibus, surgentibus de die in diem, petimus ut sacerdos aut episcopus zelo, virtute, scientiaque praeditus, sit quasi mediator inter episcopatum et Sacram Congregationem Propagandae Fidei, deambulando per diversa loca ad problemata cognoscenda, detegenda perscrutandaque. Quae pro-

blemata episcopis transmittantur pro solutione invenienda, Sacra Congregatione Propagandae Fidei instructa et consulenda: v. g. ut in America Meridionali.

3. Petitur ut, in Africa Orientali Britannica, pastoralis sacerdotum omnium educatio magis accurata detur: v. g. studiis specialibus prorogatis, per unum annum, in aliquo Instituto a Sacra Congregatione Propagandae Fidei fundato.

4. Ut in omnibus sacerdotibus toto orbe terrarum dissitis, mens atque factum universalis catholici sensus amplificetur stabiliaturque, speciatim in curia romana, ubi quadringenti sacerdotes et praelati pertinent fere eidem nationi. Sic destruatur opinio falsa quod Ecclesia est unius nationis.

5. Ut Officium Divinum allevietur saltem quoad matutinum: v. g. sit unius nocturni, ut in Paschae festo.

6. Ut in administratione sacramentorum, partes, quae pertinent ad instructionem fidelium, in lingua vernacula legantur.

7. Ut Epistola et Evangelium legantur aut cantentur in lingua vernacula sola.

8. Ut in coeremoniis Baptismi sacramenti interrogationes semel dicendae sint, ubi saltem quinque infantes adsunt.

✠ LUDOVICUS I. CABANA
Archiepiscopus Rubagaënsis

7

EXC.MI P. D. IOANNIS GREIF

Episcopi Tororoënsis (Tororo)

Tororo, die 20 octobris 1959

Eminentissime ac Illustrissime Princeps,

In responsione mea ad 1 C/59-1363 audeo proponere sequentia:

1. Nonnumquam apparet, saltem in Missionibus, sectas, sc. protestantes, in suis operibus unitatem admirabilem exhibere, quae inter Catholicos non raro abesse videtur. Quaeri potest an varietas nimis magna Religionum et Congregationum sit signum firmitatis vel defectio virium. Sine dubio melior cooperatio valde desideranda est. Forsitan coniunctio aliquarum Congregationum remedium praestare potest vel idonea et accommodata educatio in Novitiatu.

2. Revisio poenarum ecclesiasticarum nostris temporibus accommodata desiderabilis videtur.

3. In rebus matrimonii: Quomodo adiuvari possunt homines (his diebus quam multos!) in secta baptizati, divortio separati et veram fidem amplexari volentes, si etiam castum connubium cum parte catholica inire volunt?

Sacram purpuram exosculans et omnia fausta Eminentiae Vestrae adprecans

Eminentiae Vestrae
devotissimus in Domino servus

✠ IOANNES GREIF
Episcopus Tororoënsis

UNIO AFRICAE MERIDIONALIS
BASUTOLAND - SWAZILAND

1

Exc.mi P .D. IOANNIS LUECK

Episcopi Alivalensis (Aliwal)

Die 19 aprilis 1960

Eminentissime Princeps,

In responsione Eminentiae Vestrae litterae diei 21 martii 1960, mitto opiniones aliquas et vota, quae in futuro Concilio Oecumenico tractari possunt.

Annulum exosculans, sincere corde me profiteor

add.mum in Domino
✠ Ioannes Lueck
Episcopus Alivalensis

1. Dioeceses non constituantur in regionibus, ubi Curia Dioecesana non potest apte constitui ob parvum numerum sacerdotum.

2. Secretarii Sacrae Congregationis De Propagatione Fidei visitent regiones missionarias saltem semel in decennio.

3. Episcopi vestis sit una, nempe Episcopi semper deferant talarem tunicam nigram.

4. Ut Congregationes religiosae quibus regio missionaria concredita est, cogentur ad mittendum satis magnum numerum missionariorum.

5. Sacerdotes indigeni quantum fieri potest in suis regionibus et inter populos suos educentur.

6. Moneantur omnes sorores religiosae ut non credant ullis oraculis et praedictis neque ea pervulgent.

7. Missa Catechumenorum atque Communio et Postcommunio, etc., in lingua vernacula dicantur.

8. Divinum Officium curtetur pro cleris in regionibus missionariis saltem in festis et dominicis.

9. Ut Lingua Concilii non sit latina tantum, sed etiam linguae notae vernaculae adhibeantur. Aliter discussiones efficaces impossibiles sunt.

10. Cum Ecclesia non sit una cum cultura Europeana, consuetudines et mores Indigenarum, quantum fieri potest, adhibendae sunt ad explicandam et docendam doctrinam Catholicam.

11. Ita ut Ecclesia possit penetrare varias culturas, auctoritas in Ecclesia decentralisetur, i. e., maiores auctoritas et iurisdictio dentur episcopis.

12. Principia moralia quoad arma nuclearia stabilienda et definienda sunt.

✠ Ioannes Lueck
Episcopus Alivalensis

2

Exc.mi P. D. PETRI KELLETER
Episcopi Bethlehemensis (Bethlehem)

Die 3 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

In responsione ad litteras Eminentiae Tuae hodie ad me perventas, nonnulla vota propono:

De Sacrificio Missae

1. Privilegia iam multis Ordinariis in missionibus a Sancta Sede concessa, secundum quae fidelibus adstantibus licet, in Missis quae dicuntur « in cantu », Ordinarium (Kyrie, Gloria etc. quae ad populum pertinent) in lingua vernacula cantare, extendenda videntur ad omnia territoria missionalia.

2. Lectiones Missae immediate ab ipsis Ministris (vel a sacerdote celebrante) versus populum et in lingua populi adstantis proferre liceat.

3. Numerus pericoparum dominicalium e Sacra Scriptura desumptarum augeatur, quatenus cyclo e.g. quatuor annorum thesaurus Sacrae Scripturae fidelibus magis aperiatur.

4. Permittatur Episcopis in missionibus celebrandi Missam Pontificalem cum diacono tantum, si adiuncta postulant.

De Pontificali

Desideratur, ut in Ritu consecrationis Ecclesiae sermo ad populum et fundatorem circumstantiis hodiernis adaptetur.

De Rituali

1. Desideratur ut benedictiones ad utilitatem fidelium vel catechumenorum destinatae, lingua vernacula recitari possint, texto latino in libris semper addito.

2. Ritus Baptismi adultorum et parvulorum de integro restauretur; occasione talis restaurationis ritus baptismi adultorum ad modum antiqui catechumenatus in diversos gradus distribuere liceat, et forma aptior Exorcismorum inveniatur.

3. Celebratio Confirmationis talis sit, ut communitas Christiana, praesertim ipsi pueri confirmandi et parentes, melius perspiciat ingens momentum huius sacramenti.

4. Ritus matrimonii integretur celebratione Missae, ut iam factum est in Rituali Neerlandico.

5. Desideratur ut Confiteor etc. intra Missas ante distributionem S. Communionis deleatur, et verba « Corpus Domini... » non pro singulis sed pro pluribus dicantur.

De Sacra Scriptura et Catechismo

1. In missionibus, praesertim in territorio haereticorum tota Scriptura Sacra in vernaculum quam primum transferatur.

2. Unus idemque Catechismus in eodem territorio sit.

Omni quo par est obsequio Eminentiam Tuam prosequor meque profiteor

Eminentiae Tuae Rev.mae
addictissimum

✠ PETRUS KELLETER
Episcopus Bethlehemensis

3

EXC.MI P. D. GULIELMI P. WHELAN
Archiepiscopi Bloemfonteinensis (Bloemfontein)

Die 13 augusti 1959

Eminentissime Domine,

Summo Pontifici Ioanni XXIII fel. reg. humillime gratias reddimus, et pro promulgatione edicti circa Concilii Oecumenici convocationem, et pro Sanctitatis Suae sollicitudine paternali qua opiniones desiderat

cognoscere episcoporum etiam e dissitis regionibus ubi Fidei semen recenter tantum plantatum aegre nunc crescere incepit.

Qua par est reverentia audeo suggerere res sequentes quae in futuro Concilio tractari poterunt:

1. Reiteratio et amplificatio doctrinae Papae Leonis XIII de democratia et liberalismo.

2. Declaratio de relationibus cum christianis acatholicis in circumstantiis orationis publicae.

3. Impetus pro sanctificatione Cleri et fidelium per usum ampliorem linguae vernaculae in caeremoniis publicis, praesertim in Officio Divino.

Quae Tibi renuntians, ea, qua par est, observantia

Tibi addictissimus in Christo
✠ Gulielmus P. Whelan
Archiepiscopus Bloemfonteinensis

4

Exc.mi P. D. ATILII C. M. BARNESCHI
Episcopi Bremersdorpensis (Bremersdorp)

Die 28 augusti 1959

Eminentia Reverendissima,

Communicationem tuam de proximo futuro Concilio Oecumenico cum gaudio simul et timore excepimus.

Cum gaudio, cum et nos bene noscamus quanti momenti et quantae utilitatis toti Ecclesiae profuturum.

Cum timore, cum et ipsi nos in tam dissita parte Continentis Africani munus missionariorum perficimus, vocemur ad nostram cooperationem dandam.

Ovibus gregis Christi augendis intenti, pugna nostra est contra superstitiones illas et tenebras, de quibus S. Paulus ad Ephesios scribit: *Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem; sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum* (*Eph.* VI, 12).

Minus idoneos ergo nosmetipsos aestimamus ad agnoscendas et proponendas quaestiones tum doctrinales quam disciplinares quae in civilibus regionibus oriuntur et ab illis qui Theologiae studiis semper incumbunt aut vitam pastoralem exercent nosci et proponi possunt.

Pauca tamen, quae a Missionariis huius Dioecesis una cum Episcopo adunatis, tamquam alicuius momenti visa sunt et proposita, Tuae Eminentiae Reverendissimae committimus ut illa, si Tibi digna comperta fuerint, futuro Oecumenico Concilio subiciantur.

Genibus provolutus et Sacram Purpuram osculando, Eminentiae Tuae addictissimum me profiteor, in X. I.

✠ Atilius C. M. Barneschi
Episcopus Bremersdorpensis

* * *

1. *Solemnitas Paschatis* in perpetuum prima aut secunda die Dominica mensis aprilis celebretur ita ut omnes solemnitates a Paschate dependentes suis statutis Dominicis pariter in perpetuum celebrentur.

2. Aboleatur lex abstinentiae et ieiunii pro tota Ecclesia vel saltem pro territoriis missionum, ubi compertum est aborigines maximas experiri difficultates ad hanc legem observandam, sive pro defectu intelligentiae gravitatis huius legis, sive potius causa paupertatis et generalis miserrimae conditionis.

3. Examini subiciatur conditio illorum Sacerdotum, qui clericali statui valedicto et legaminibus illegitimis uxoris et prolis involuti fidem conservant et vitam christianam ducendam serio promittunt.

✠ Atilius C. M. Barneschi
Episcopus Bremersdorpensis

5

Exc.mi P. D. EUGENII McCANN
Archiepiscopi Civitatis Capitis (Cape Town)

Die 22 augusti 1960

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Rogo te me habere excusatum quod nullum responsum dedi litteris Commissionis Antepraeparatoriae Concilii Oecumenici. Credidi enim quod omnia puncta quae ego suggerere possem ab aliis iam tractata certe essent. Nunc autem post locutionem cum adiutoribus vestris video quod nihilominus debui puncta ista transmittere.

Ideo submitto in foliis adnexis ea quae mihi opportuniora videntur examini membrorum commissionis.

Peto veniam et indulgentiam Sancti Patris et Eminentiae Vestrae. Paratus sum facere quidquid Sanctitas Sua vellet.

Cum eo quo par est obsequium et osculando Sanctam Purpuram,

devotissime in Domino
✠ EUGENIUS MCCANN
Archiepiscopus Civitatis Capitis

1. Mihi videtur quod quaestiones iam pro Concilio Vaticano (1870) praeparatae et non tractatae iterum examinari et tractari debeant, et speciatim illae de Ecclesia, de Hierarchia et de Disciplina Cleri.

Quaestiones quae spectant ad Naturam et Constitutionem Ecclesiae in luce evolutionis doctrinae de Corpore Christi Mystico considerari debent.

Videtur etiam quod potestas Episcopatus in rebus pastoralibus necnon liturgicis clarificationem et elucidationem requirat quia Episcopus, uti pastor animarum, in suo territorio bene et clare cognoscit et agere potest quomodo fides catholica in modo proportionato circumstantiis loci et indolis populis annuntiari potest.

2. Mihi videtur quod tempus nondum opportunum est pro declaratione dogmatica de doctrina quae spectat ad munera Beatae Mariae Virginis, nempe de eius officio uti Co-Redemptrix et uti Mediatrix Omnium Gratiarum. Ratio est quia termini nondum clare elucidantur et fideles nondum doctrinas istas clare intelligunt.

3. Mihi etiam videtur quod variae doctrinae a Summis Pontificibus in litteris Encyclicis et aliis documentis enunciatae in summarium colligi et iterum proclamari debeant. Et principaliter quoad materias sic dictas medico-morales.

4. Videtur quod necessaria sit nova condemnatio errorum modernorum, nempe Communismi Atheistici, Modernismi, Positivismi, Materialismi et aliorum spectantium ad vitam necnon philosophiae hodiernae.

5. Mihi videtur quod etiam necessaria sit declaratio contra sic dictum « racialismum », ita ut dignitas uniuscuiusque hominis tamquam filii Dei et fratris Christi defendatur. Etiam iura omnis hominis quoad vitam oeconomicam, socialem, et politicam solemni modo declarari debent.

6. Momentum instructionis religiosae pro fidelibus omnium graduum vitae iterari debet, ita ut adulti comprehendere possint obligationem eorum de cognitionem matura fidei catholicae. Instructio puerorum etiam nova instantia indiget, et quidem ut parentes bene intelligant obligatio-

nem eorum in hac re. Videtur quod necesse sit, ut syllabus instructionis praeparetur similis Catechismo Concilii Tridentini sed in modo adaptato methodis modernis.

Pars qua Apostolatus Laicorum fungi debet in programmate huius naturae clare exponi debet.

Videtur quod ignorantia multorum fidelium de religione causa est multorum malorum nostri temporis.

7. Mihi etiam videtur quod Concilium declarationem edere possit quae invocet nationes, et « classes », et individua ad pacem, quae invitet omnes ad realizationem iustitiae socialis, quae roget ut arma « nuclearia » renuntientur a nationibus, et quae conceptus summae auctoritatis in relationem ad organizationes internationales clarificet.

8. Mihi etiam videtur quod opportunum erit ut positio et iura et obligationes Episcopi residentialis in relationibus cum Sacris Congregationibus Sanctae Sedis, cum Delegato Apostolico, et cum Ordinibus vel Congregationibus Religiosis qui in suo territorio adlaborant magis clarificentur.

Etiam in campo educationis iuventutis in scholis secondariis videtur quod necessarium est clarificatio quoad iura Congregationum Religiosorum et Religiosarum et iura Episcopi in rebus quae spectant ad curriculum, ad oeconomicas res, ad extensionem operum.

9. Mihi etiam videtur quod opportunum erit positionem canonicam sic dictae Conferentiae Nationalis Episcoporum statuere. Videtur quod si decentralisatio occurrit, Conferentia ista bene adaptari possit ad obtinendam unitatem practicam.

Mihi etiam videtur quod officio Metropolitae, i. e. Archiepiscopi alicuius Provinciae, uti debeat ut uniformitas in praxi obtineatur.

✠ EUGENIUS MCCANN
Archiepiscopus Civitatis Capitis

6

EXC.MI P. D. DIONYSII E. HURLEY
Archiepiscopi Durbaniani (Durban)

Die 15 aprilis 1960

Eminentissime Princeps,

Grati animi me profiteor pro litteris a Secretario Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae Pro Concilio Oecumenico die 21 martii datis (Prot. N. 1 C/59-468 bis) quibus de carentia responsionis ad priores

litteras me commonuit. Propter hanc meam deficientiam sincere doleo. Revera ante festum Natalis anni elapsi tentabam argumenta praeparare sed, appropinquante tempore conventus huius regionis episcoporum, qui versus finem ianuarii habitus est, cuiusque praeses fui, labor praeparationis huius conventus otium non concedebat ad opus perficiendum.

Peracto conventu credebam me nimis tardum esse ad argumenta transmittenda.

Acceptis litteris diei 21 martii autem puncta aliqua in foliis his litteris adnexis conscripsi quae iudicio Eminentiae Tuae Commissionisque Antepraeparatoriae submitto.

Omni quo par est obsequio Eminentiae Tuae in Christo addictissimum me profiteor.

✠ DIONYSIUS E. HURLEY
Archiepiscopus Durbanianus

A) *Tractatus dogmaticus*

1. De Ecclesia utpote Corpore Christi Mystico et plebe sancta Dei, necnon de opere eius liturgico et apostolico sub influxu Capitis Eiusque Spiritus.

2. De Hierarchis utpote collegio episcoporum Summo Pontifici, debito cum obsequio, in Ecclesiae gubernatione et magisterio coniunctorum.

3. De ordine sacerdotum utpote coadiutorum propriorum episcoporum in magisterio Ecclesiae et cura animarum.

4. De ordine laicali eiusque participatione, debita cum subordinatione ad Hierarchiam, in Christi sacerdotio et missione, et speciatim de Actione Catholica.

5. De relationibus inter Ecclesiam et Statum Civilem et de libertate humana relate ad exigentias Ecclesiae Christi et auctoritatis Status civilis.

B) *Tractatus practicus*

1. De methodo arctius coniungendi totius mundi episcopos cum Supremo Pontifice in gubernatione Ecclesiae.

Proponitur ut frequentiora fiant colloquia systematica de quaestionibus maioris momenti apostolatum Ecclesiae afficientibus ad hoc ut communi totius Hierarchiae consilio solutiones quaerantur et ad effectum reducantur.

In mentem venit possibilitas in omni regione sic dictam « conferentiam » episcoporum instituendi; quae unoquoque anno aut biennio

delegatos Romam mittet ad quaestiones in conventu aliquo, praeside Summo Pontifice, considerandas.

Fructus talis consultationis erit maior comprehensio apud Sanctam Sedem et omnes episcopos conditionum practicarum in quibus vita et labor universalis Ecclesiae versantur, comprehensio quoque melior apud episcopos mentis Sanctae Sedis, maiorque alacritas in ordinationibus accipiendis et ad praxim reducendis.

Saepe optimae ordinationes Sanctae Sedis exiguos omnino exitus consequuntur quia episcopi cognitione concreta et practica quaestionis carent atque nesciunt quomodo ad effectum obtinendum procedendum sit.

Meminisse iuvat lentum progressum in doctrina sociali Ecclesiae intelligenda et ad effectum reducenda.

Quando quaestiones communi consilio tractantur facilius omnes ad effectus obtinendos moventur.

2. De liturgia Ecclesiae in ordine ad hos fines maxime desiderabiles assequendos, videlicet, participatio fidelium eorumque plenior de Mysterio Christiano institutio, qui fines vix consequi possunt nisi sat frequens in liturgia fiat usus linguarum vulgarum.

3. De Actione Catholica.

4. De catechesi fidelium tam adultorum quam puerorum, respectu habito ad necessitatem totius institutionis catecheticae praebendae tamquam visio Mysterii Christi mentem et cor commovens, claritatem fervoremque e divinis scripturis et liturgia Ecclesiae exhauriens.

5. De institutione alumnorum in seminariis in ordine ad hanc institutionem melius ad necessitates pastorales adaptandam.

Hodierna institutio nimis theoretica evadere videtur.

Non confert veram illam visionem Mysterii Christi (totius Christi, Capitis et Corporis), plenamque intelligentiam operis Ecclesiae liturgici et apostolici; nec sufficienter levitas instruit in arte Mysterium annuntiandi tam verbis quam scriptis.

Melius forsitan esset si alumnis, in primo anno antequam philosophiae studium aggrediantur, Mysterium Christi in tota sua amplitudine, in quantum id capere possunt, patefieret; et si sedulo ad bene loquendum et scribendum instituerentur; ita ut, inde ab initio, apostolatus sacerdotalis ut Divini Magistri servitium practicum clare appareat, utque alumni hanc visionem et hunc finem semper prae oculis habentes, abundantiores e studio philosophiae et theologiae aliarumque scientiarum ecclesiasticarum fructus percipere valeant.

✠ Dionysius E. Hurley
Archiepiscopus Durbanianus

7

EXC.MI P. D. IOSEPHI A. BILGERI
Episcopi Eshowensis (Eshove)

Die 18 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Tuis litteris respondens sequentes animadversiones Commissioni, ut supra, submittere volo:

1. Nova *dogmata,* praesertim circa B. Mariam Virginem, promulgare importune videtur.

2. In *liturgia* et *Rituali Romano* magis utatur lingua vernacula, quin verba non sacramentalia, a sacerdote repetenda sint.

3. In ritu *baptismi,* quod spectat ad catechumenos liceat anticipare initio catechumenatus, imprimis in terra missionis, quin in actuali baptismo repeti debeat.

4. Gradus Minores *Ordinis Sacri* (ostiarii, acolyti etc.) restituantur, ita ut status certorum laicorum, praesertim catechistarum in missionibus, elevetur.

Diaconi non sacerdotes, matrimonio etiam iuncti, valde utiles esse videntur ad praedicandum et S. Eucharistiam reservandum et distribuendum in ecclesiis a parochia missionali valde distantibus.

5. Permittatur sacerdotibus *Breviarium* lingua vernacula persolvendi, ita ut facilius contemplata tradere possint in contionibus. Reformatio quoad lectiones necessaria esse videtur. Sit vere « brevis » ita ut e. g. semihora persolvi possit. Matutinum sit « ad libitum ».

6. Liceat episcopis, imprimis in regionibus torridis, praescribere vestes clericorum extra ecclesiam, quae magis secundum leges hygienicas sunt.

7. Studeatur omni modo reducere ad unitatem Ecclesiae ecclesias dissidentes. Ne prohibeantur rigorose contactus cum eis e. g. tempore congressuum publice orandi causa.

8. Concilia Oecumenica frequentius habeantur e.g. decimo quoque anno.

Omni qua par est reverentia me profiteor

Eminentiae Tuae Rev.mae
add.mum

✠ IOSEPHUS A. BILGERI
Episcopus Eshowensis

8

Exc.mi P. D. HUGONIS BOYLE

Episcopi Ioannesburgensis (Johannesburg)

Die 11 augusti 1959

Eminentissime Pater,

Litteris tuis die 18 mensis iunii v. a. datis respondeo atque sequentia forsitan in adveniente Concilio Oecumenico pertractanda humiliter propono:

1. Ut omnes libri liturgici recognoscantur, Pontificale Romanum particulari modo. Ut caeremoniae aliquae abbrevientur, v. g. Consecratio Altaris et Ecclesiae atque liturgia (ubi necessarium videtur) bono spirituali christifidelium in locis missionum aptetur.

2. Ut Missam Pontificalem sine Dalmatica, sine Tunica, et sine caligis, in plagis calidis celebrare liceat.

3. Ut Praelati in locis missionum Missam Cantatam sine Ministris, i.e. sine Diacono et Subdiacono celebrare valeant.

4. Ut in locis missionum Presbyteri SS. Sacramentum deferenti facultas detur, ad Benedictionem in illis Ecclesiis ubi SS. Eucharistia servari nequit impertiendam.

5. Forma brevior Missae pro necessitate gravi, tempore persecutionis utenda.

6. Ut queant Presbyteri, de consensu Ordinarii, gravi de necessitate, ob Presbyterorum penuriam, quater diebus Dominicis aliisque de praecepto Diebus litare. Hoc nunc possibile videtur, quum leges ieiunii Eucharistici mutatae sint, atque transvehendi nostrae aetati congrua media habeantur. Quod tamen quis nequeat eleemosynam plus quam pro una Missa recipere subintelligitur.

7. Ad dexteritates novarum haereticorum sectarum profligandas, ut Religiosi viri et mulieres ad hoc expliciter parati, suos Conventus relinquere atque activam pro fide propagandam sumere valeant, valde optandum est.

8. Ut clarescat quid hodie nomine « operis servilis » diebus Dominicis aliisque de praecepto diebus veniat, optabile est.

9. Leges ieiunii clara expositione indigent. Quum plurimi diebus istis ab his legibus eximantur, melius forsitan erit aliam poenitentiae formam in Quadragesima adhibere.

10. Gaudium magnum erit christifidelibus, si Sancti Ioseph nomen Canoni Missae addatur.

Unus ex tuis ex-discipulis ego cum sim, de tua ad Sacram Purpuram elatione tibi gratulor, Eminentissime Pater, meque, totamque Dioecesim mihi concreditam tuis precibus summopere commendo.

In Christo Domino,

Eminentissimae Paternitatis tuae

✠ Hugo Boyle
Episcopus Ioannesburgensis

9

Exc.mi P. D. IOANNIS E. McBRIDE
Episcopi Kokstadensis (Kokstad)

Die 25 aprilis 1960

Eminentia Vestra,

De litteris diei 18 iunii 1959 et 21 martii 1960 acceptionem velim agnoscere.

Quoad animadversiones circa actuositatem multiplicis generis in futuro Concilio Oecumenico tractandas, ab Eminentia Vestra requisitas, hae mihi videntur suggerendae.

1. Propter difficultatem politicam supplendi sacerdotes in sufficienti numero pro cura animarum inter populos indigenos, ut iidem indigeni, etiam ii qui vinculo matrimoniali adstringuntur, ad Ordinem Diaconatus promoveri possint.

2. Valde suadendum est quod Ordinarii locorum in exequendo munere, magis patres quam mere administratores se praebeant.

Reverentiae et obsequii sensus ex corde profiteor

addictissimum in Domino

✠ Ioannes Evangelista McBride
Episcopus Kokstandensis

10

EXC.MI P. D. GERARDI M. F. VAN VELSEN
Episcopi Kroonstadensis (Kroonstad)

Die 6 octobris 1959

Eminentissime et Reverendissime Domine,

Gerardus M. F. Van Velsen, Episcopus Kroonstadensis mittit ad Eminentiam Tuam et ad Commissionem Pontificiam Antepraeparatoriam pro Concilio Oecumenico, omni cum humilitate, consilia et vota sua, circa res et argumenta quae in futuro Concilio tractari poterunt.

Sacram purpuram exosculans et omnia fausta Eminentiae Tuae adprecans

Eminentiae Tuae humillimus in Xto servus

✠ GERARDUS VAN VELSEN
Episcopus Kroonstadensis

1. Quod Doctrina de Natura Ecclesiae et de Relatione inter Corpus Christi Mysticum et Ecclesiam Visibilem seu Iuridicam examine profundiore subicienda sit a Concilio.

2. Ut examinentur relationes inter Sanctam Sedem et Ordinarios Locorum et possibilitas maiorem libertatem in rebus disciplinariis propter circumstantias locales Ordinariis in suis territoriis concedendi, nam unitas non semper uniformitatem supponit.

3. Possibilitas relaxandi obligationem caelibatus pro clero saeculari indigeno Africano, eo quod propter illam obligationem optimae vocationes in his regionibus ab Ecclesia amittuntur.

4. Quod Syllabus Studiorum Theologicorum pro indigenis Africanis mutandus sit ita ut iuxta normas magis practicas pro eorum apostolatu praeparentur.

5. Quod Catechistae in territoriis Africanis aliquem statum officialem ecclesiasticum recipere possint.

6. Quod Ius Canonicum revisioni subiciatur et ad formam magis simplicem reducatur.

7. Quod regula Ecclesiae de ritibus orientalibus mutetur ita ut orientales qui permanenter in territoriis ritus latini commorantur, sint pleni iuris membra ritus latini si ita desiderant.

8. Quod regula illa quae ad Religiosos attinet, de Obligatione recipiendi sacramentum poenitentiae semel in hebdomada relaxanda sit.

9. Quod valde adiuvaret ad unitatem promovendam inter nos et fratres dissidentes si leges disciplinares ita modificarentur ut ecclesia appareat illis sub aspectu caritatis potius quam sub aspectu disciplinari.

10. Quod Concilium moneat auctoritates civiles catholicas in illis nationibus ut nimis severiter agunt contra acatholicos.

11. Quod administratio Sacramenti Eucharistiae sub duabus speciebus certis solummodo occasionibus et parvis coetibus fidelium liceret supposita semper expressa licentia Ordinarii Loci.

12. Quod administratio Sacramenti Confirmationis fiat inter missarum solemnia vel cum Missa integretur.

13. Quod Ordinarii Locorum totius Africae regulariter conveniant ut eorum activitates magis coordinentur.

14. Quod Concilium examinet possibilitatem convocandi Concilium Generalem quater in saeculo propter problemata quae oriuntur ex immenso progressu mundi hodierni.

15. Quod Liturgia Ecclesiae magis adaptetur mentalitati hodiernae, praesertim: quod lingua vernacula utatur in sacramentorum administratione, praesertim in illis partibus ubi instructio pro fidelibus continetur; quod caeremoniae nimius longae coarctentur; quod Missa catechumenorum mutetur et in illa maior usus fiat Veteris et Novi Testamenti; quod consuetudines locales in liturgia inserantur et quod consuetudines archaicae in liturgia quae hodie a fidelibus non intelliguntur removeantur; quod officium divinum ad novam formam redigatur et quod libellum precum ad instar divini officii pro laicis edatur.

✠ Gerardus M. F. Van Velsen
Episcopus Kroonstadensis

11

Exc.mi P. D. EMMANUELIS 'MABATHOANA
Episcopi Leribensis (Leribe)

19 aprilis 1960

Eminentissime Domine,

Litteras diei 21 martii huius anni, Prot. N. 1 C/742-bis, ab Eminentia Tua Reverendissima ad me missas recepi. Ex illis primam notitiam, pro dolor! habui de aliis litteris diei scil. 18 iunii 1959 circa

Concilium Oecumenicum. Ratio huius dilationis fuit mea absentia e dioecesi Leribensi per aliquot menses. Faveat, quaeso, Eminentia Tua me excusatum habere.

Praesentibus litteris communicare volo Eminentiae Tuae libenter sinceroque cum animo quaedam postulata optatissima circa rem praesertim liturgicam quae, inter alias, in futuro Concilio Oecumenico tractari possunt. En ordinatim:

1. *Circa celebrationem Missae.* Ut prima pars Missae, quam *Missam Catechumenorum* vocant, in lingua vernacula recitetur, ita ut fideles illico et incontinenter, ex auditu, salubrem instructionem spiritualem recipiant, ac secus si lectio praesertim e divinis eloquiis sermone latino liturgico fit.

2. *Circa Divini Officii recitationem.* Ut persolvatur recitatio privata Divini Officii in lingua vulgari, *ad libitum* tamen recitantis. Ratio enim pastoralis istinc haud minimum emolumentum caperet si sacerdos non solum in pia lectione sed etiam in oratione liturgica persolvenda in mente facile evolveret quae in concione ad populum habiturus est. Abs dubio hanc rationem agendi propositam favebit nova structura Breviarii Romani, scil. frequentior et congrua occurrentia Lectionum tam e Sacra Scriptura quam e Scriptis S. Patrum.

3. *Rituale Romanum.* Ut perlongus ritus pro *Baptismo Adultorum* ad aliquod compendium contrahatur.

4. *Pontificale Romanum.* Ut pariter compendiose paretur ritus de Ecclesiae Dedicatione seu Consecratione, necnon de Altaris Consecratione, quae fit sine Ecclesiae dedicatione.

Interim Deum, benignum bonorum omnium largitorem, humiliter adprecor ut Eminentiam Tuam cunctosque adiutores in Pontificia Commissione Antepraeparatoria pro Concilio Oecumenico, necnon tandem ipsum Concilium Oecumenicum, uberrimis coelestis gratiae auxiliis munerari dignetur.

Eminentiae Tuae addictissimus in Domino,

✠ EMMANUEL 'MABATHOANA, O. M. I.
Episcopus Leribensis

12

EXC.MI P. D. ANTONII REITERER

Episcopi Lydenburgensis (Lydenburg)

Witbank, 9 aprilis 1960

Eminentissime Princeps,

Ultimo anno per 7 menses in Europa et America Septentrionali colligendi pro Missionibus subsidii causa commoratus sum et ideo nullas animadversiones Commissioni Tuae communicavi usque adhuc de rebus tractandis in Concilio Oecumenico. Moram excusare velis pro benignitate Tua.

Sequentia proponenda puto:

1. Decentralizatio quaedam maior regiminis et administrationis Ecclesiae ne Episcopi quasi semper S. Sedem adire debeant.
2. Re-institutio diaconorum, etiam matrimonio iunctorum.
3. Usus amplior linguae vernaculae in Sacrificio Missae et in administratione Sacramentorum.
4. Simplificatio rubricarum in Missa Pontificali.
5. Universalitas Senatus S. R. E. aliarumque dignitatum quoad nationalitatem.
6. Ius particulare in terris Missionum.
7. Adaptatio rituum ad consuetudines diversarum nationum eorumque statum evolutionis.
8. Derogatio exemptionis monialium sub regimine Episcopi ponendarum.

Rogo Dominum ut Concilio Oecumenico Ecclesia confirmetur, augeatur, uniatur ad laudem et gloriam Nominis Dei.

Tibi omnia fausta bonaque adprecans me profiteor Eminentiae Vestrae Reverendissimae addictissimum

✠ ANTONIUS REITERER, M. F. S. C.
Episcopus Lydenburgensis

13

EXC.MI P. D. ALFONSI STREIT

Episcopi Collis Mariae (Mariannhill)

16 aprilis 1960

Eminentissime Princeps,

Grato animo et magno cum gaudio accepi litteras Tuas de Commissione Antepraeparatoria pro futuro Concilio Oecumenico datas e Civitate Vaticana die 18 iunii 1959.

Peto veniam quia responsionem suo tempore propter infirmam valetudinem dare non potui.

Novam Tuam epistolam accepi in nosocomio in Germania.

Libenter proponere volo vota de re liturgica.

In regionibus missionis valde esset si liceret in sacrificio Missae omnes orationes et lectiones ante Offertorium lingua vernacula proferre.

Imprimis in stationibus minoribus die dominica propter paucitatem sacerdotum et angustias temporis persaepe nullus sermo possibilis est. Ex orationibus autem et lectionibus Missae vernacula lingua dictis adhortationem et solamen accipere possent.

Etiam cantus ad aspersionem aquae benedictae et illud praeclarum et perpulchrum praeconium Paschale « Exultet » sermone nativo cantatum indigenos christianos magna laetitia afficerent.

Peto et oro ut concilium futurum faustum sit pro Ecclesia tota in universo mundo.

Eminentiae Tuae Rev.mae
add.mus

✠ ALFONSUS STREIT
Episcopus Collis Mariae

14

EXC.MI P. D. IOSEPH D. DES ROSIERS

Episcopi Maserueni (Maseru)

Ex missione « Romae » Basutolanden., 11 aprilis 1960

Eminentissime ac Reverendissime Princeps,

Pergratas die 18 iunii 1959 a Tua Eminentia datas litteras legeram, cum iamiam e regione Basutolandensi ad Americam Septemtrionalem, Maseruenae dioeceseos missionalis rei divulgandae causa, iter sumere debebam. Vota igitur atque consilia, quae nomine Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico ab Eminentia Tua expostulata sunt, communicare omnino non potui. Quod autem ultra diem 1 septembris 1959 amplius fieri non posse putaveram, occasione iterum concessa, grato animo filialique cum obsequio, Eminentiae Tuae Reverendissimae nunc propono:

1. *De maiori inter utrumque clerum saecularem scilicet et regularem consensione promovenda.*

Cum apostolicum munus quod ad effectum deduci debet permagnum sit, clerus autem qui suscepto muneri insudat, praesertim in territoriis missionum seu infidelium regionibus, pusillus nimis, mihi consentaneum necessariumque videtur ut cum arctiori coniunctione maiorique consensione in caritate Christi adlaborent omnes ex variis coetibus, saeculari nempe et regulari, praecones qui ad regnum Dei in orbem terrarum diffundendum operam navant. Quam ob rem, ad quosdam qui ad ipsas res conducendas deducuntur errores refellendos doctrinaeque aliqua haud accurate proposita, quae voluntatum et cordium consensioni obsunt, capita definitius dicenda, summopere optandum est ut venturum Oecumenicum Concilium haec in praesenti materia solida sacrae theologiae principia revocet, quae a sanctae recordationis Pontifice magno Pio XII delegatis primo conventui generali ex universis religiosis coetibus Romae die 8 decembris mensis a 1950 habito declarata sunt et quae in praesentibus rerum adiunctis valde opportuna duco: (*A. A. S.,* vol. XVIII, a. 1951, pp. 26-37).

a) sacerdos, sive saecularis sive religiosus, ita munia exercere debet sua, ut Episcopo auxiliator adsit et subsit (p. 28).

b) si in sacrarum expeditionum territoriis res evenit ut universus qui illic versatur clerus, non excepto Antistite, regularis sit militiae, ne

autumet quisquam id prorsus extra ordinem suetamque normam esse, ita ut censeatur hoc ad tempus tantum contingere (p. 28).

c) clericus regularis, prout est religiosus, evangelicae perfectionis condicionem et statum profitetur (p. 29).

d) si Dei vocis invitamentum certo indicio aliquem ad evangelicae perfectionis culmen arcesserit, qualibet amota haesitatione, celsi huius propositi causa, ei proponatur libertatis libera immolatio, prout oboedientiae votum exposcit, votum, inquimus, quod Ecclesia per tot saeculorum decursum perpendit, experta est, definivit, comprobavit (p. 31).

e) nemo invitus ad huiusmodi devovendi se studium propellatur; sed si is velit, nemo sit, qui eum dehortetur, nedum detineat (p. 31).

2. *De christocentrica indole catholicae fidei.*

Ut magis ad Ecclesiam accedant illi ab ipsa separati fratres qui falsam Novatorum religionem profitentur, ipsosque maiori cum vi attrahendi gratia, etiam optandum est ut futurum Oecumenicum Concilium maiorem in lucem solemnissimoque quo fieri potest modo exponat quae ad catholicae fidei christocentricam formam atque indolem attinent, secundum illud Matthaei: « magister vester unus est Christus » (*Mt.* 23, 10); ita quod simul universum catholicum clerum suaviter urgeat ut christifideles edoceantur quanta sit incitamenti vis, quanta sublimitas ac quanta pulchritudo mystici corporis Christi doctrinae quae ab ipso Apostolo iterum atque proponitur: ... « evangelizare investigabiles divitias Christi » (*Eph.* 3, 8); « in aedificationem corporis Christi » (*Eph.* 4, 13). « Ipse est caput corporis Ecclesiae » (*Col.* 1, 18). « Crescamus in illo per omnia qui est caput Christus » (*Eph.* 4, 15). « Mihi vivere Christus est » (*Phil.* 1, 21) « Instaurare omnia in Christo » (*Eph.* 1, 10). « Omnia et in omnibus Christus » (*Col.* 3, 11) etc. etc.

3. *De apostolica successione atque de coniunctione cum successore Petri.*

Ut ipsis christifidelibus magis ac magis sit conspicua illa unitas quae in magisterii atque iurisdictionis hierarchica potestate invenitur, et quae, in apostolica successione fundata, in episcoporum communione cum Summo Pontifice perficitur, secundum verba ipsius Codicis Iuris Canonici: « Romanus Pontifex, Beati Petri in primatu successor habet... supremam potestatem iurisdictionis in universam Ecclesiam » (can. 218), venturum Oecumenicum Concilium summa cum reverentia magnaque cum utilitate expostulare posset, saltem mihi videtur, ut Augustus Pontifex quaedam, si id opportunum duxerit, privilegia omnibus cum ipso communionem habentibus episcopis concedat, quibus relucescat atque magis patefiat huiusmodi apostolica successio et cum Summo Pontifice coniunctio. Nam « episcopi sunt Apostolorum successores atque ex di-

vina institutione peculiaribus ecclesiis praeficiuntur quas cum potestate ordinaria regunt sub auctoritate Romani Pontificis » (*C.I.C.*, can. 329). Optandum foret, exempli gratia, ut noster in Christo Sanctissimus Pater, si id opportunum duxerit, omnibus residentialibus Episcopis et Vicariis Apostolicis concedat:

a) Potestatem Apostolicam Benedictionem impertiendi cum indulgentia plenaria quoties ipsi in proprio territorio solemni ac pontificali Ritu sacrum peragunt, ita ut tale privilegium locum teneat previlegii in Libro Pontificali descripti: « Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus N. Dei et Apostolicae Sedis gratia huius Sanctae N. Ecclesiae Episcopus, dat et concedit omnibus hic praesentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiae consueta » ... eo vel magis quod iam christifideles ope simplicis et brevissimae piae invocationis 300 dierum indulgentiam lucrari possunt.

b) Potestatem christifidelibus qui episcopi anulum deosculantur ampliorem concedendi indulgentiam ac illam quae simplici piae invocationi adnectitur.

c) Personalem iurisdictionem ad confessiones ubique terrarum audiendas.

Amplissimis effusis gratiis atque omni quo par est obsequio, gratitudine et oboedientia Tuam Eminentiam prosequendo, me profiteor

Eminentiae Tuae Rev.mae
gratissimum et add.mum
in Christo et M. I. filius
✠ IOSEPHUS D. DES ROSIERS
Episcopus Maseruenus

15

EXC.MI P. D. BRUNONIS A. HIPPEL
Episcopi Oudtshoornensis (Oudtshoorn)

Oudtshoorn, 26 augusti 1960

Eminentissime Pater,

Litteras Eminentiae Vestrae (1 C/59-973) die 18 iunii ad me datas nuperrime accepi.

Ad invitationem Eminentiae Vestrae, ut « omni cum libertate et sinceritate » animadversiones quae ad futurum Concilium quodammodo

spectare poterunt, communicarem, hisce litteris ex animi et conscientiae meae iudicio respondere velim.

Veniam Eminentiae Vestrae rogo, si ob brevitatem temporis non tam accurate et subtiliter ut gravitas rei tam magni momenti postulat, infra propositas quaestiones confeci.

De restauratione Ordinum Minorum ad pristinum statum

Concilium Tridentinum (Sess. XXIII, C. II) dicit:

« Ab ipso Ecclesiae initio sequentium Ordinum nomina atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, Subdiaconatus scilicet Acolythi, Exorcistae, Lectoris et Ostiarii in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradus, nam Subdiaconatus ad maiores Ordines a Patribus et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus ».

Antiquissimis ergo temporibus in Ecclesia Ordines minores non tantum sicuti gradus ad Sacerdotium habebantur, sed clericis in his Ordinibus constitutis etiam ministeria et officia inferiora in Ecclesia simul cum Ordinatione conferebantur. Ministeria singulorum Ordinum minorum usque ad hodiernam diem in Pontificali Romano enumerantur. Remansit etiam oratio Fer. VI mai. Hebd.: « Oremus... pro Acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiariis... ».

Decursu temporum haec ministeria minora in Ecclesia ad laicos trnslata sunt.

Attamen idem Concilium Tridentinum (Sess. XXIII. C. 17 de Ref.) postulat, ut primaeva consuetudo instauretur et haec ministeria clericis iterum tradantur.

Decretum hoc bonum et perutile mihi videtur, saltem, hic in Africa Meridionali, si Ordines minores ad antiquum statum restaurari possint. En exempla, quae rem clarius explanare possunt.

In omni fere paroecia vel Missione sunt quaedam personae, quae praecipuis virtutibus prominent in morum exemplis, in operibus caritatis etc., quae multos iam annos Ecclesiae devotissime serviunt, magnoque sunt sacerdotibus et missionariis adiutorio in moderatione, paroeciae, in cura animarum, in apostolatu etc.

Catechistae indigeni magis ac magis necessarii sunt antequam sufficiens cleri indigeni numerus praeparari et educari potest. Novissime scholae Catechistarum apertae sunt. Officium autem Catechistarum idem est, quale fuit Lectorum in antiqua Ecclesia. « Accipe librum et esto Lector Verbi Dei, habiturus, si fideliter impleveris officium suum, partem cum eis, qui Verbum Dei ministraverint » (*Pontific. Rom.*).

Bonum et perutile videtur mihi, si electi ex supradictis personis, imprimis autem ex Catechistis ad statum clericalem per Ordines minores aggregari possint. Tunc ad honorem clericorum evecti, impensiore cura atque maiore cum auctoritate et cum efficaciore effectu munus suum perficere possint.

Auctoritas Catechistae clerici apud indigenas nigros procul dubio multo maior erit quam laici.

Sperandum etiam fore, ut plures Catechistae post aliquot tempus ad sacerdotium admitti poterunt.

Fratres laicos omnes fere Congregationes Religiosorum habent. Existunt etiam Societates Fratrum sine sacerdotibus.

Quamvis fratres laici habitu clericali utantur et per professionem votorum totam vitam in servitium Christo et Ecclesiae offerant tamen semper laici vocantur. Officium fratrum laicorum magna ex parte ministeriis ordinum minorum in antiqua ecclesia respondet. In ecclesia, in scholis, in institutis ecclesiasticis adiutricem operam sacerdotibus et missionariis praestant.

Dignum ergo et iustum mihi videtur, ut fratres laici, si Congregationes Religiosorum id postulaverint, ad statum clericalem acceptis Ordinibus minoribus adnumerentur, nec iam « laici » sed Regulares minorum Ordinum vocentur.

Certus sum, dignitatem status clericalis fratribus laicis collatam magno incitamento ad meliora et maiora assequenda tam in sanctificatione sui ipsius quam in ministeriis persolvendis esse.

Spero etiam fore, ut Sacrum Concilium discrimen inter Ecclesiam Latinam et Ritus Orientales quoad numerum Ordinum minorum amovere atque Subdiaconatum verum esse Sacramentum Ordinis decernere et definire velit.

De officio divino

Officium divinum recitatur aut communiter in choro e. g. in Monasteriis, Congregationibus, Capitulis etc., aut privatim a singulis sacerdotibus.

In primo casu certo atque ad hoc destinato tempore diei omnes ad Horas Canonicas recitandas conveniunt, nullamque habent difficultatem in persolvendo Officio.

E contrario sacerdotes in cura animarum occupati et in Missionibus laborantes magna cum difficultate necessarium tempus invenire possunt ad Officium « digne, attente ac devote » recitandum. Ideoque decretum Sacrae Congregationis Rituum de Rubricis ad simpliciorem formam redigendis grato animo acceptum est.

Sed reformatio haec quamvis difficultates minuit, tamen eas non amovit. Videtur mihi, ampliorem reformationem Breviarii necessariam esse. Quoniam autem lectiones difficiliorem partem Breviarii praestant, mutationes eo modo fiant, ut Matutinum cuiusque Officii unum tantum Nocturnum contineat, ad modum Officii Paschalis aut simplicis cum tribus lectionibus: 1 de Scriptura Sacra, 2 historica, 3 homilia.

Reformatio haec solum sacerdotibus in cura animarum occupatis necessaria videtur. Officium in choro in hodierna forma manere potest. Diversitas, quae inde orietur, non est magni momenti, nam etiam nunc varii Ordines Religiosorum proprium Breviarium habent.

Breviarium in quattuor partes dividitur, quae a quattuor anni temporibus denominantur. Denominatio autem haec contradicit temporibus anni in meridionali parte orbis. In Africa Meridionali e. g. partem hiemalem incipimus ardentissimo anni tempore.

Ecclesia est universalis, propterea et supradicta denominatio congruenter mutanda est.

De relationibus mutuis inter episcopum et superiorem religiosorum

Post introductionem Hierarchiae Ecclesiasticae in territoriis quae Congregationibus et Societatibus Religiosorum concredita sunt, quaedam difficultates exortae sunt in mutuis relationibus inter Episcopum Ordinarium et Superiorem Religiosum.

Ex Codice etiam ex pactis inter Episcopum et singulas Congregationes limites inter iura et onera Episcopi et Superioris clare et sine dubio cognosci non possunt. Necesse itaque est ut hi limites accuratius circumscribantur et definiantur, ita ut unusquisque sciat sine ullo dubio qualem habeat potestatem erga sacerdotes Religiosos in sua dioecesi laborantes, erga fratres laicos, Sorores, Domus et Conventus Religiosarum.

De usu linguae vernaculae in Missali et Rituali Romano

Praeteritis temporibus, sicut historia Ecclesiae docet, saepius christifideles ex variis nationibus eorumque Episcopi a Sancta Sede postulabant permissionem usus linguae vernaculae non solum in ceremoniis sacris et administratione sacramentorum sed etiam in Sanctae Missae sacrificio. Varii etiam temporibus nonnulla privilegia a Summis Pontificibus singulis nationibus concessa erant (Cirillus et Methodius, Paulus V in lingua Sinarum, novissime pro Patriarchatu Hierosolimitano in lingua Hebraica). Fortasse autem nunquam desiderium et conatus linguam vernaculam in liturgiam sacram introducendi vehementior fuit, quam nostris

temporibus. Certissime etiam proximum Sacrum Concilium materiam ranc disputabit, decernet et normas pro universa Ecclesia proclamabit. Liceat mihi opinionem et sententiam de hac re enunciare.

Tridentinum (Sess. XXII. C. 8.) decrevit Sanctae Missae Sacrificium in lingua liturgica cuiusque Ritus persolvendum esse atque eos, qui dicunt Missam in lingua vernacula cuiusque nationis celebrari posse, condemnavit.

Canon 819 eamdem obligationem universae Ecclesiae imposuit. Nullam esse rationem, existimo, decreta haec totaliter mutare. S. Missa saltem ab Offertorio intacta remanere debet nullaque mutatio in his Missae partibus admittenda est.

In Rituali Romano ampliores concessiones in favorem linguae vernaculae dari possunt. Tamen forma sacramenti, benedictiones et exorcismi semper in lingua liturgica persolvenda sunt.

Puto etiam rem magni momenti esse, alumnos in Seminariis meliorem scientiam linguae latinae acquirere debere.

Has opiniones Eminentiae Vestrae et Pontificiae Commissioni Antepraeparatoriae submittere ausus sum. In confectione earum semper prae oculis habui conditiones et rerum circumstantias, in quibus hic in Africa Meridionali versamur et vivimus. Conscius sum quod Sacrum Concilium multas graviores et maioris momenti quaestiones solvendas habet.

Faxit hoc Deus, ut Sacrum Concilium per nova decreta et per instaurationem veterum, sicut « Paterfamilias, proferens de thesauro suo nova et vetera », Ecclesiam Christi novo splendore refulgere faciat.

Nomine meiipsius et totius Dioeceseos mihi concreditae in hac intentione orare atque in quantum possumus laborare promittens,

Purpuram sacram annulumque deosculor meque addictissimum in Christo servum Eminentiae Vestrae profiteor.

✠ Bruno A. Hippel, S. A. C.
Episcopus Oudtshoornensis

16

EXC.MI P. D. ERNESTI A. GREEN

Episcopi Portus Elizabethensis (Port Elizabeth)

14th april 1960

Your Eminence,

In thanking Your Eminence for the opportunity to put forth points for the consideration of the Commission I wish to mention two.

1. I believe it would be in the better interests of the Church, if the position of the Bishop were strengthened in his Diocese in relation to Exempt Religious.

2. A more frequent use of the Vernacular Language in Liturgical Functions.

Wishing Your Eminence all God's blessings.

Sincerely in Christ
ERNEST A. GREEN
Bishop of Port Elizabeth

17

EXC.MI P. D. IOANNIS C. GARNER

Archiepiscopi Praetoriensis (Pretoria)

Die 25 iunii 1960

Eminentissime Princeps,

Veniam ab Eminentia Tua ex animo peto ob longam moram in mittendo « animadversiones, consilia et vota » pro Concilio Oecumenico, ab Eminentia Tua in duabus epistulis iamdudum petita.

Duas habeo tantum propositiones:

I. *Ut declaretur a Concilio Oecumenico status acatholicorum* (v. g. « *Protestantium* ») *in civitatibus et republicis catholicis.*

Hodierno tempore in republicis acatholicis guadent communitates Catholicae minores (sic dictae « Catholic minorities ») libertate religiosa. Ex altera parte — asseverant acatholici — in aliquibus locis Catho-

licis proscribuntur religiones acatholicae; expostulant « iura » (sic dicunt) « humana » religionis eorum exercendi vel etiam propagandi. Quid dicendum?

II. *Ut habeantur frequentius in Civitate Romana coetus Episcoporum totius mundi.*

Hodie in partibus missionum habentur sic dictae « Conferentiae » Episcoporum annuales vel biennales, ubi Ordinarii amice et absque caerimonia problemata missionaria et totam rationem Fidei propagandae inter se disceptant. Num possibile esset huiusmodi « Conferentias » Episcoporum totius mundi *singulis annis vicesimis* in Civitate Romana habere. Et ratio est rapida vicissitudo morum in mundo hodierno, quae rapidam expostulat « reactionem » Ecclesiae.

Omni quo par est obsequio Eminentiam Tuam prosequor meque profiteor

Eminentiae Tuae Rev.mae
add.mum

✠ IOANNES C. GARNER
Archiepiscopus Praetoriensis

18

EXC.MI P. D. IOANNIS BAPTISTAE ROSENTHAL
Episcopi Civitatis Reginae (Queenstown)

Die 26 aprilis 1960

Eminentissime Princeps,

Respondendo ad litteras Vestrae Eminentiae Prot. N. 1 C/59-1083 die 18 mensis iunii 1959 datas, quibus respondere praefinito tempore (« non ultra diem 1 m. septembris ») — proh dolor — non potui, nunc ea quae sequuntur Eminentiae Vestrae submittenda et coram futuro Concilio Oecumenico tractanda esse censeo pro Universalis Ecclesiae legislatione vel nova ordinatione, si Sanctissimo placuerit.

Ea quae proponuntur, « omni cum libertate et sinceritate », et illo commotus principio scil. « Salus animarum suprema lex » propono, quae duplicem intendunt finem, scil.:

1. Ecclesiam Catholicam quam solidissime in populi mentibus fundatam et radicatam tamquam substantiam Christianam quarumvis nationum omniumque hominum, et uti principium totius vitae stabiliendi; et

2. laicos ad maiorem participationem activam et responsabilem in apostolatu hierarchico exsequendo non solum educandi, sed etiam vocandi et invitandi.

Quapropter, auditis consultoribus Dioecesanis, sequentes opiniones et sententias omni cum reverentia propono:

A) *Quoad res liturgicas*:

1. *Missa:*

a) ut S. Missae Sacrificium in lingua vernacula per totum et integrum celebrari liceat, saltem si fidelibus adstantibus celebretur;

b) ut Missa incipiatur immediate ab Introitu, omissis Psalmo Iudica et confessione generali quae celebrantis privatae praeparationi relinquantur;

c) ut Missa finiatur benedictione data, omisso ultimo Evangelio S. Ioannis;

d) ut epistolae, evangelia, lectiones, maiore varietate diversis officiis Missalis inserantur;

e) ut in Missis sollemnibus vel cantatis ea quae a ministris vel a choro cantantur, a celebrante legi amplius non debeant; (sicuti fit iam in hebdomadae sacrae instaurato ordine);

f) ut S. Missae Sacrificium celebrari queat quavis diei hora prudenti Ordinarii loci iudicio;

g) ut sacra synaxis recipi possit sub utraque specie, debitis reverentia et cautelis adhibitis;

h) ut in Canone Missae pro antiquorum Sanctorum nominibus substituatur nomen generale, quia difficulter pronunciantur in linguis alienis, praesertim in Missis quas dialogatas vocant;

i) ut omnes commemorationes et orationes de tempore vel diei (in missis votivis) aboleantur;

j) ut, quandocumque oratio Ss.mi Sacramenti, vel de Spiritu Sancto, vel de gratiarum actione, addenda sit, ea sub una conclusione dicatur.

2. *Ieiunium Eucharisticum:*

ut iure communi locorum Ordinariis potestas sit adaptandi normas generales condicionibus et circumstantiis pro diversitate locorum et temporum variantibus, praesertim quoad tempus ieiunandi, et sublata omnino distinctione cibum inter et « aliquid per modum potus », quia lege ieiunii recentissime promulgata in casibus nonnullis ieiunium reapse non mitigatur sed severius evadit, ita ut sacerdotes missionarii bis vel

etiam ter litantes in locis valde dissitis propter penuriam sacerdotum, ientaculum horis tantum vespertinis sumere possunt.

3. *Breviarium seu Officium Divinum:*

a) ut introducatur breviarium speciale pastorum seu eorum qui animarum curae addicti sunt, diversum a breviario monastico vel canonicorum, pro privata recitatione adaptatum;

b) ut tale officium sit brevius ad instar officii Paschalis;

c) ut lectiones historicae emendentur;

d) ut pars Divini Officii, sive Matutinum cum Laudibus, sive horae minores, ad lubitum sacerdotis dici possint, seu saltem ne obligent sub gravi;

e) ut psalmi per totam hebdomadam currant etiam diebus festis, psalmo 118 suo dumtaxat die dicendo.

4. *Rituale Romanum*:

a) ut sacri ritus in lingua vernacula omnino compleantur, vel saltem ad instar Ritualis pro Dioecesibus Germaniae concessi, Rituale edatur pro Universali Ecclesia, ita ut fideles eos fructuosius sequi, eisque participare, eosque melius intelligere possint;

b) ut Rituali Romano novus inseratur ritus scil. benedictionis catechistarum seu eorum qui « missione canonica » ab Ordinariis locorum instructi catechismum docent vel instructiones in doctrina Catholica peragunt.

5. *Pontificale Romanum:*

ut Pontificale Romanum de novo edatur emendatum, adaptatum, et sacri ritus Pontificales necnon vestimenta liturgica simplificentur; et uti Episcopis liceat celebrare Missam simpliciter cantatam, vel etiam cum Diacono et Subdiacono sollemnem.

6. *Rubricae in genere:*

a) ut rubricae in genere simplificentur;

b) ut dies Dominicae nunquam supprimantur nisi festis duplicibus primae classis.

B) *Quoad apostolatum Ecclesiae in genere:*

1. *Actio Catholica:*

a) ut participatio laicorum in apostolatu hierarchico clarius definiatur, eisque maior quam adhuc responsabilitas in diversis campis apostolatus adsignetur:

aa) restaurando Minores Ordines ad propria cuiusque Ordinis officia et munera;

bb) imponendo s. caelibatus legem sacerdotibus dumtaxat et Episcopis, excludendo diaconos, subdiaconos et minoristas qui ad sacerdotium non adspirant;

cc) exarando et instituendo studiorum curricula pro diversorum graduum clericis in Minoribus respective constitutis, quae ipsos ad varia sui Ordinis munera et officia praeparant, proque eis sufficiant;

dd) instituendo Sacram Romanam Congregationem pro Institutis saecularibus et associationibus Actionis Catholicae, independentem a Sacra Congregatione pro Religiosis;

ee) codificando statuta et leges pro Institutis saecularibus;

b) ut Episcopis seu locorum Ordinariis in consultatione cum ceteris cuiusvis gentis vel nationis Ordinariis maior iurisdictio lege communi detur, ita ut non vi privilegiorum et Indultorum, sed potestate Ordinaria invigilare et munere pastorali fungi queant, ita tamen ut unitas omnino praeservetur non uniformiter tamen, sed potius conformiter.

2. *Problemata socialia:*

Omnium Episcoporum valde premens est cura adgrediendi et solvendi, in quantum fieri potest, problemata socialia quae vocantur, inque toto rerum socialium ambitu ducatum praebendi.

Quae in Europa per centennium proxime elapsum sub hoc respectu facta sunt, nunc tota Continens Africana — ut de aliis taceam — evolutione rapida, ut ita dicam saltuatim paucorum spatio annorum experiri videtur.

Quare propono, ut S. Romana Congregatio independens pro rebus socialibus instituatur, quae totum campum socialem dirigat, ut Pastoribus Ecclesiae auxilium gubernii, ducendi et invigilandi, a parte Supremae auctoritatis Ecclesiasticae praesto sit, ut meliores inveniantur problematum solutiones, et ut tota res socialis efficacius et securius dirigatur.

3. *Ius Canonicum:*

a) ut Codex Iuris Canonici denuo redigatur et emendetur consideratis recentioribus legibus et ordinationibus;

b) ut terminologia in Codice Iuris Canonici adhibita clarius exaretur et aequivoce per totum Codicem praeservetur;

c) ut leges quae Privilegium Paulinum spectant elucidatius definiantur;

d) ut Ius Missionale seu Missionariorum codificetur;

e) ut exemptio religiosorum et religiosarum aliquomodo restringatur praesertim in terris missionum.

C) *Additamenta:*

Quamvis in eis quae supra dicta vel potius scripta sunt linguae vernaculae faveri videatur, sacerdotes vel adspirantes ad sacerdotium in lingua Latina proprie et optime instruantur necesse est; laicis fidelibus autem doctrina Christiana sacrique ritus in sua quorumque lingua patria tradantur.

Quae proposita Eminentiae Vestrae Vestraeque Commissioni humillime subicio consideranda quae solam intendunt salutem animarum, bonum Ecclesiae, et infinitam Dei gloriam omnimode promovendam.

Dum sacram deosculor purpuram hac libentissime utens occasione Vobis, Eminentissime Pater et Princeps, quaecumque felicia faustaque omnia in Domino exopto uti

Eminentiae Vestrae Reverendissimae

in Xto oboedientissimus et addictissimus
✠ IOANNES BAPTISTA ROSENTHAL
Episcopus civitatis Reginae

19

EXC.MI P. D. IOSEPHI GRUETER
Episcopi Umtatani (Umtata)

Umtata, die 21 aprilis 1960

Invitatione iterata permotus Commissioni Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico humillime submittere audeo animadversiones consiliaque quaedam:

a) *Quaestiones liturgicae*: Bono animarum omnium, praesertim autem indigenarum profutura immo necessaria videtur nova legislatio de lingua liturgica. Alii illitterati sunt, alii incapaces emendi libros, ita ut permulti nullo modo participare possint in liturgia orationibusque Ecclesiae. Qua de causa necessarium videtur, ut sacerdotibus permittatur legere vel cantare Introitum, Orationes, Epistolam, Evangelium et Credo Missae in lingua indigena, saltem die dominica et festis de praecepto.

Fortasse Epistolae quaedam difficiles intellectu mutari possint, e. g.

Epistola Septuagesimae (*I Cor.* 10, 1-5);
Epistola Dominicae quartae Quadragesimae (*Gal.* 4, 22-31);
Epistola Dominicae XIII post Pentecosten (*Gal.* 3, 16-22).

b) *Rituale*: Omnes Missionarii valde desiderant, ut in administratione Sacramentorum — excepta ipsa forma sacramentali — lingua indigena utatur, ita ut omnes fideles caeremonias precesque intelligant.

c) *Praecepta Ecclesiae*: Territorio Missionis relative pauci tantum Catholici sunt. Qua de causa matrimonia mixta (disparitatis cultus et mixtae religionis) evitari non possunt; immo multis in locis plurima matrimonia de facto mixta sunt.

Talibus circumstantiis lex abstinentiae saepe ansam dat controversiae inter coniuges. Concessio ex parte coniugis catholicae ducit ad peccatum et onerandam conscientiam, altera ex parte ducit ad onus praeparandi alium cibum cum sumptibus specialibus coniunctum. Porro condiciones temperiei (climatis) saepe non admittunt asservationem carnis, ita ut catholici occasione iam rara edendi carnes quandoque privantur.

His in casibus permissio petitur, ut parochi dispensare possint fideles particulares. Fortasse lex generalis talibus circumstantiis providere potest.

✠ Iosephus Grueter
Episcopus Umtatanus

20

Exc.mi P. D. P. BONAVENTURAE DLAMINI
Episcopi Umzimkulensis (Umzimkulu)

Problems in Mission Countries: For discussion in the next Oecumenical Council.

1. As there are so few priests in Mission Countries especially here in the New Dioceses of Umzimkulu, could a Missionary Bishop who acts as a Parish Priest be allowed to sing Ordinary Missa Cantata and Missa de Requie?

2. As Missionary Bishops are sometimes so poor that they could hardly find means to support their Minor Seminaries, could then a missionary Bishop in this case be allowed to take Stipend for Bination Mass for the Support of his Minor Seminary?

✠ Pius B. Dlamini
Bishop of Umzimkulu

21

EXC.MI P. D. FRANCISCI C. VAN HOECK

Episcopi tit. Cissitani, Abbatis nullius Pietersburgensis (Pietersburg)

Pietersburgi, die 29 augusti 1959

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Communico Eminentiae Vestrae Reverendissimae quaedam vota relate ad Confraternitatem Doctrinae Christianae pro casu quo circa Actionem Catholicam in futuro Concilio tractari poterit.

Sincero profundoque animi obsequio et reverentia permaneo

Eminentiae Vestrae humillimus servus
✠ CLEMENS C. VAN HOECK
Episcopus tit. Cissitanus
Abbas nullius Pietersburgensis

Canon 711 *Codicis Iuris Canonici* praescribit Ordinariis locorum ut curent in qualibet paroecia Confraternitatem Doctrinae Christianae instituere.

Multis in locis huiusmodi Confraternitatis erectio non videtur necessaria, quia institutioni christianae aliis mediis iam provisum est, vel quia associationes catholicae nuper erectae faciunt opus, quod ab illa esset perficiendum.

Inde exorta est conditio rerum sat ambigua: alibi associatio quaedam Actionis Catholicae evulgat doctrinam christianam titulo Confraternitatis Doctrinae Christianae, stricte adhaerens praecepto *Codicis Iuris Canonici;* alibi associatio altera Actionis Catholicae idem opus facit, sed non titulo Confraternitatis Doctrinae Christianae, ergo neglecta littera Codicis. Maior insuper adest confusio ubi Confraternitas Doctrinae Christianae et aliae associationes simul in eodem loco apostolatui christianae doctrinae diffundendae operam dant.

Quibus perspectis orta est suggestio ad considerandam denuo vim vocabuli « Confraternitatis Doctrinae Christianae », ita ut can. 711 possit adaptari conditionibus hodiernis Actionis Catholicae.

Pius Papa XI scripsit: « Apparet Actionem Catholicam alio non spectare nisi ut laici apostolatum hierarchicum quodammodo participent » (*Quae nobis,* diei 13 novembris 1928, *A.A.S.,* vol. XX, p. 385). Consistit ergo Actio Catholica in participatione muneris docendi et sanc-

tificandi Ecclesiae, vel directe, sicut faciunt cathechistae et omnes qui in scholis catholicam doctrinam tradunt, vel indirecte per alia opera Actionis Catholicae.

Actio Catholica debet semper intendere apostolatum et aliquo modo fidem et christianam doctrinam diffundere, et consequenter unaquaeque forma Actionis Catholicae deberet suam sedem habere in ipsa Confraternitate Doctrinae Christianae.

Suggestio nunc est: Confraternitas Doctrinae Christianae, in sensu Codicis non consideretur tamquam una ex formis Actionis Catholicae sed tamquam praebens elementum « mandati » quod ex ipsa notione Actionis Catholicae requiratur.

Confraternitas Doctrinae Christianae tunc possit definiri: « Associatio cuius membra, dum eidem nomen dant, declarant se ab Hierarchia accipere mandatum ad principia doctrinae christianae disseminanda in sanctificationem Corporis Christi Mystici methodis ac mediis cuiuscumque actionis, associationis vel coetus ab Hierarchia approbati ».

Accepta hac definitione sequitur:

1. Ordinarius promulgando decretum erectionis Confraternitatis, laicis mandatum secum cooperandi in munere docendi ac sanctificandi Ecclesiae confert.

2. Mandatum generale confertur omnibus membris cuiuscumque formae Actionis Catholicae, Associationis vel Coetus approbati in paroecia aut dioecesi, vel etiam singulis personis, quae cum Ordinario cooperari exoptant.

3. Dum se Confraternitati adiungunt singuli socii significant se acceptare Ordinarii mandatum et sic « Membra cum mandato » fiunt.

4. Socii non constituunt novum coetum aut novam formam Actionis Catholicae, sed fiunt membra unius magnae confraternitatis in paroecia vel dioecesi.

5. Et sic tota Actio Catholica ab ipso dioecesano officio catechetico inspiratur et regitur.

Insuper haec suggestio addi possit: Quo aptius Confraternitas Doctrinae Christianae conditionibus hodiernis Actionis Catholicae adaptaretur, etiam « Confraternitas Doctrinae Christianae » posset vocari « Confraternitas Apostolatus Laicorum ». Ita patebit hanc Confraternitatem amplecti omnia media apostolatus, scilicet directam institutionem Doctrinae Christianae per Cathechistas et indirectam institutionem per alia opera Actionis Catholicae.

✠ Franciscus C. Van Hoeck
Episcopus tit. Cissitanus
Abbas nullius Pietersburgensis

22

Exc.mi P. D. CAELESTINI I. DAMIANO

Archiepiscopi tit. Nicopolitani in Epiro,
Delegati Ap. in Africa Meridionali

26 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Gratias ago pro opportunitate aliquid dicendi, omni cum libertate et sinceritate, in relatione cum futuro Concilio Oecumenico.

Pluries habeo occasionem audendi et videndi Episcopos praesertim de lingua anglica qui partem sat conspicuam Ecclesiae efformant sive quoad numerum sive quoad modum et organisationem educativam.

Quasi una voce dicunt Ecclesiam Romae universalitatem humanae familiae reflectere debere. Ad hanc assertionem addere possum Ecclesias extra Urbem magis Romanas esse debere. In breve, forsitan anglice melius exprimitur: *Internationalize Rome and Romanize the World.*

Quomodo hoc fiet scilicet: Internationalize Rome: hoc libenter Curiae Romanae relinquo.

Quoad vero — Romanize the World — forsitan aliquas animadversiones afferre possum:

I - Plura sunt puncta quae hucusque, data particulari circumstantia, aliquo modo Ecclesias extra Urbem cum Roma connectuntur e. g. Relationes quinquennales, itinera ad Limina, honores ecclesiastici, collegia nationalia etc. Sed sicut in aliis societatibus internationalibus et praesertim acatholicis, aliquid ordinarium et quotidianum esse debet. Video Breviarium Romanum reformatum et in lingua latina cum calendario Romano (cum adiunctis localibus) ad hanc necessitatem respondere.

II - Officia et munera Nuntii et Delegati Apostolici et aliorum sunt maximi momenti pro ligamine cum Roma et Summo Pontifice. Munera esse debent talia quae intimo modo Romanum Pontificem uti Vicarium Christi Nationi Populoque manifestant. In omnibus rebus praesertim pontificibus et Indultis pro Ecclesia universali, repraesentans Summi Pontificis vehiculum transmissionis et opinionis esse debet. Plura Indulta pro tota Ecclesia inutilia evadunt quia non tempestive publicantur et statim murmuratio incipitur. Repraesentantes pontificales plures occasiones videndi, vigilandi et observationes faciendi habent. Sunt in loco. Frequentes mutationes personarum quas habent ista officia praevenire possunt ut parvi Papae fiant.

Insuper, alia animadversio quae totam Ecclesiam in orbe terrarum respicit est quoad exemptionem Religiosorum amborum sexuum. Datis in primo loco penuria sacerdotum et ingenti opere evangelizationis sive in locis sic dictis catholicis sive in aliis, Ordinarius Loci potest et debet operibus omnium sacerdotum et sororum et aliorum uti. Aliis verbis, exemptio Religiosorum valet pro vita interna singularum Societatum sed Bonum Animarum, iudicio Ordinarii Loci audito Superiori maiori, suprema lex est. Hoc modo, forsitans quaestio nunc agitata de diaconibus matrimonio coniunctis non amplius ab Episcopis inculcabitur.

Interim impensos animi sensus ex corde profiteor Eminentiae Tuae, et osculando Sacram Purpuram

Eminentiae Tuae Rev.mae
Add.mus et umill.mus in Domino

✠ CAELESTINUS I. DAMIANO
Archiepiscopus tit. Nicopolitanus in Epiro
Delegatus Ap. in Africa Meridionali

23

EXC.MI P. D. FRANCISCI ESSER

Episcopi tit. Claniensis, Coadiutoris c. s. Keimoesani

28th April, 1960

Your Excellency,

In this late reply to your esteemed communication, Prot. N. 1 C/59-671-bis., of the 31st March, 1960, and the previous correspondence, has in any way caused you inconvenience, I humbly beg your pardon, as it has been due to the following facts, viz:

a) The Ordinary of the Diocese of Keimoes, the Most Rev. Bishop Henry J. Thünemann, O.S.F.S., suffered a paralytic stroke, some five years ago, brought on by a cerebral haemorrhage, and which has left him an invalid, suffering from paralysis and aphasia.

b) By the Grace of God and Favour of the Apostolic See I was appointed Coadjutor Bishop of the said Diocese, and as such, due to the total incapacity of the Ordinary of the Diocese of Keimoes, the many duties, concomitant with this high office, have devolved on my shoulders.

c) As may be noted from the letter head I am not resident in Pofadder, but in Springbok, which is more centrally situated, and for which permission was granted me by the Apostolic See, due to the good graces

of the recent Apostolic Delegate to South Africa, the Most Reverend Archbishop Celestine J. Damiano. As Springbok is situated quite a good distance from Pofadder, and the postal communications quite irregular, the reforwarding of letters takes some considerable time.

Herewith I due trust that my explanation as to the tardiness of this reply has not imposed too much on your precious time, and I accordingly do thank you.

Needless to say the Universal Church is elated by the fact that Our Sovereign Pontiff, His Holiness Pope John XXIII, is convoking an Oecumenical Council, and we in the Mission territories, which are so dear to his paternal heart, will especially pray and labour that it meets with the success it so richly merits.

Relative to the proposed Oecumenical Council it gives me the very great honour and privilege to make the following suggestions, in all humility, submissiveness, love and devotion to the Holy See and to the person of Our Sovereign Pontiff, John XXIII, now gloriously reigning, viz:

1. That should the suggestions and recommendations of those delegated with iurisdictional faculties, concerning the re-institution of the Diaconate, among laymen, meet with the august approval of Our Sovereign Pontiff, and the Ecumenical Council, may I humbly suggest that:

a) that it be conferred mainly on laybrothers and that the necessary faculties be granted them, viz: to preach to the people, and with special permission, in cases of necessity, to administer solemn Baptism and to give Holy Communion.

b) In suggesting that laybrothers should mainly be ordained, I have in mind the celibacy of Sacred Orders. Catholics of the Latin Church are familiar with the idea that one who has dedicated his life to God, and here in particular where Holy Orders are concerned, is one who has voluntarily sacrificed all that is near and dear to him, in order thereby to be better able to devote himself entirely to God's service. And this particularly holds good in Mission territories, where those who administer the consolations of the Church are not only highly esteemed and respected in the light of their manifold duties, but also by the very fact that they have no worldly ties to hinder them in the performance of these duties. In this respect we cannot but reiterate the words of St. Paul when he says: « He that is without a wife is solicitous for the things that belong to the Lord, how he may please God; but he that is with wife is solicitous for the things of the world, how he may please his wife, and he is divided ».

2. That the precept of the Church concerning the receiption of Holy Communion at least once a year, i. e. as from Ash Wednesday to the

Octave of the Feast of SS. Peter et Paul, be altered to the Christmas Season, at least in the Mission territories. Personally it has been experienced in this Diocese that the majority of the Faithful, and here specifically the shepherds and other farm labourers, who are situated or resident on the farms, which in some instances lie great distances from the nearest Mission station, are practically speaking only able to attend Church and receive the sacraments round about that time of the year. This is due to their economic conditions and also to the fact, as already mentioned, that the Mission stations are widely scattered and that there is no regular and cheap means of conveyance from their places of employment to the nearest particular Mission Station.

In offering these suggestions I do so with the full knowledge of the especial love which His Holiness has for the Missions and for their welfare in every respect. I offer them thus in all humility and submissiveness and with love and devotion to the Holy See and to the person of Our Sovereign Pontiff, John XXIII.

With greetings of esteem and respect and with our prayers and sacrifices for the success of the Oecumenical Council,

Believe me,
Yours devotedly in Our Lord
✠ FRANCIS ESSER, O. S. F. S.
Coadjutor Bishop of Keimoes

24

EXC.MI P. D. HERMANNI I. MEYSING
Episcopi tit. Dercensis

Die 1 octobris 1959

Eminentissime Princeps,

Excellentissimus Dominus Hermannus Ioseph Meysing, Archiepiscopus tit. Dercensis et residens in Africa Meridionali (Catholic Mission, Assisi, Farm Fort Savage, P. O. Marseilles, O. F. S.), ultimis hisce diebus scribens a me petiit ut Eminentiam Vestram Reverendissimam de Litteris eius circa Concilium Oecumenicum (1 C/59-2659) rite acceptis certiorem facerem, atque simul rogarem ut Eminentia Vestra illum excusatum habere dignaretur quia ob suas infirmitates et praesertim oculorum gravem debilitatem responsa variis quaesitis congruenter dare non valet.

Eodem tempore Exc.mus Antistes sua vota exprimere vult pro felici exitu laboris Commissionis antepraeparatoriae Concilii pro quo etiam supplices preces ex animo fundit.

Dum haec omni cum reverentia communico, Sacram Purpuram humiliter deosculans, hanc occasionem laetus nanciscor me profitendi,

Eminentiae Vestrae Reverendissimae
addictissimum servum in I. C. et M. I.

IOSEPH ROUSSEAU, O. M. I.
Procurator Generalis

25

REV.MI P. D. CHRISTOPHORI ULYATT
Praefecti Ap. Volkrustensis (Volksrust)

Volksrust, die 28 augusti 1959

Eminentissime Princeps,

Gratias quam maximas humiliter ago pro litteris quas mihi benigne mittere dignatus es (Prot. N. I C/59-2006) in quibus annuntiatur opus praeparatorium pro Concilio Oecumenico. Desideriis Summi Pontificis libenter obsecundans, festino litteris mandare, debita cum reverentia, aliqua argumenta quae respiciunt actuositatem missionariam Ecclesiae et quae, ut mihi videtur, tractari possunt in futuro Concilio Oecumenico.

I. *De Sacramento Ordinis*

De opportunitate conferendi aliquam dignitatem ecclesiasticam iis laicis indigenis adiutoribus in missionibus, qui vulgo « catechistae » vocantur. Forsitan Ordines, non excluso S. Diaconatus Ordine, ab iis recipi possunt, licet sint in matrimonio coniuncti, dummodo qualitatibus intellectualibus et moralibus necessariis sint praediti et studia, quae forte a S. Sede praescribentur, ab iis fideliter peragantur.

II. *De S. Liturgiae instauratione*

A) De fidelium participatione in S. Missa. Valde exoptandum est ut, servata lingua latina a celebrante et ministris, fideles in territoriis missionum active participent S. Missae lingua vernacula. Pro his indigenis missionum, lingua latina est omnino ignota et aliena ut, experientia teste,

concessiones recenter a S. C. Rituum factae, parum aut nihil conferunt ad activam participationem liturgicam fidelium promovendam in missionibus exteris.

B) De reformatione Breviarii. Valde desideratur forma Divini Officii accomodata necessitatibus missionariorum qui, uti omnes norunt, gravibus et diuturnis curis pro salute animarum sunt gravati. Forsitan facta distinctione privatam inter et publicam Divini Officii recitationem, forma brevis Divini Officii praeparari potest, accommodata hodiernis necessitatibus cleri, praesertim in missionibus.

III. *De causis matrimonialibus*

De revisione iuris processualis Codicis, ita ut, servata seria factuum indagatione in causis matrimonialibus necessaria sed omissis aliquibus iuris formalitatibus, causae matrimoniales facilius et securius ad exitum perducantur.

Haec mea vota humiliter submitto iudicio Eminentiae Vestrae et interim, sacram purpuram deosculans, permaneo

Eminentiae Vestrae
addictissimus in Domino

CHRISTOPHORUS ULYATT
Praefectus Ap. Volkrustensis

INDEX

AETHIOPIA

AFRICA AEQUATORIALIS

AFRICA MERIDIONALIS OCCIDENTALIS

AFRICA OCCIDENTALIS

ALGERIA

ANGOLA

CAMERUN

CONGO

ERYTHRAEA

GAMBIA

GHANA

GUINEA

INSULAE CAPITIS VIRIDIS

INSULAE SEYCHELLES

INSULA MAURICIUS

INSULA REUNIONIS

KENYA

LIBERIA

LYBIA

MADAGASCARIA

MAURITANIA TINGITANA

MOZAMBICO

NIGERIA

NYASALAND

R.A.U. (AEGYPTUS)

RHODESIA

RUANDA-URUNDI

SIERRA LEONE

SOMALIA

SUDAN

TANGANICA

TOGO

TUNISIA

UGANDA

UNIO AFRICAE MERIDIONALIS
BASUTOLAND-SWAZILAND